


BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXII
E
14

FRANCISCI

SADARINI

I· C· MEDIOLANENSIS

RESPONSA

CVM REBVS IVDICATIS·



FRANCISCI SADARINI

I. C. MEDIOLANENSIS

RESPONSORVM.

RERVMQVE

(A SENATV ETIAM)

IVDICATARVM.

QVIBVS

AMOENÆ QVÆSTIONES

EXPLICANTVR,

ET ERVDITIONE ORNANTVR:

HABETQVE LECTOR, QVÆ FACIANT,

Cum ad Fori praxim, tum ad Theoriam, & iucunditatem.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.





BONONIÆ M. DC. LXXXI.

Typis HH. de Barberijs. *Superiorum permissu.*

LECTORI.



EMINEM futurum opinor in foro, in quo (nisi me philautia fallit) ita versatus sum, vt defenderim multos, læserim, datâ operâ, neminem, qui Responsa hæc mea naso suspendat adunco, quòd illis variam eruditionem adsperserim. Prophanum tamen ablego, si quisquam est, qui Iunonis Monetæ cultor politiores literas fastidiat,

Largasque captet diuitum clientelas,
Et formularum cantor erret in Circo,

cuiusque palatum acipenserem non amet (quem tamen à dapibus meis abesse scio)

Sed semirosa frusta, semiconcocta,
Interpretumque nauseantium nugas
Inelegantes, languidas, metum frigus.

Vtinam huic amuso aurem vellat Tullius, qui cum Bruto suo verba faciens de Scæuola (quem alibi Iurisperitorum eloquentissimum, et Eloquentium Iurisperitissimum appellauit) illum ideò laudat, quòd non solum Dialecticam attulerit quasi lucem ad ea, quæ obscurè ab alijs aut respondebantur, aut agebantur, sed etiam adiunxerit literarum scientiam, & loquendi elegantiam, quæ ex scriptis eius, quorum similia nulla sunt, perspici potest. Vidit hoc etiam more suo, acutè scilicet, ingeniorum Aquila Scaliger, qui Syluio filio suo edixit, ne absque nitidà mundàque supellectile se ipsum inferret in sacrosancta templa Iurisprudentiæ, quæ vt ad humani generis coniunctionem, atque æquabilitatem instituta fuit, ita neutiquam sita est in nudis opinionibus, aut in pertinacia potius numeroue, quàm in pondere soliditateuè sententiarum: profectò vera philosophiæ Diuina soboles, sed absque orbe scientiarum abortiua. Vtrosque verò auscultasse videntur Alciatus, Budæus, Gifanius, Cuiaccius, Brissonius, Tiraquellus, *totque alij non obesæ naris Iure-Consulti, qui eò validiores ætatis, & ingenij neruos contulerunt, vt è meliorum scriptorum fontibus elocutionem, & eruditionem haurirent, vtque non nisi auspicatò ad grauiora studia aggrederentur, ne alioquin adytis, & mysterijs Iustitiæ arcerentur. Intellexere nimirum tam bene conuenire mansuetioribus Musis cum Astræa, vt nemo vnquàm arcanos huius recessus penetrauerit, cui fax eruditionis, et antiquitatis notitia non præluxerit; nec vsque adeò seueras aut horridas ciuiles esse scientias crediderunt, quin suas amœnitates habeant &*

lauris

lauris etiam suis identidem coronentur. Nauigent ergo Anticyras, qui nullum præsentius numen habent indocta rusticitate, qui cruda studia propellunt in forum, qui se tum Papinianos esse putant, cum centum Bartoli leges ob oculos habuerunt: Hi sunt nimirum proh dolor? qui stylum Oratorum acuunt contra nos: hi sunt, qui legibus nostris nasum affingunt cereum; qui calamo suo Volusianas & emporeticas chartas ita referciunt, vt miseris iudicibus nunquam sit finis ineptiarum legendi; qui matronam Iurisprudentiam sibilis cachinnisque offerunt, & doctissimorum hominum scriptis, atque sermonibus traducendam. Et sanè quis à Satyra temperet, et audiat garrulos equitantes in punctis, triumphantes in apicibus, & in aucupio syllabarum gloriantes? Quis aliquando non admiretur cum Persio, vnde hæc sartago loquendi sine succo moralium rationum venerit in buccas? Vnde hæc portentosa dicendi atq; scribendi volubilitas in Italiam ex Asia commigrauerit? Vnde tot venerint cicadæ, quæ non æstate sola, sed totum annum argutentur? Sapuit mehercule, sapuit Ferdinandus Rex Hispaniarum, qui, vt ex Francisco Albarez *refert Bodinus, argentarias hasce elecebras (vt cum Plauto loquar) vetuit in Indiam Occidentalem traijcere, vt ne quis nouum Orbem intraret, qui clamosi rabiosa fori iurgia venderet, irasque, & verba locaret, neue semen exoticum terra illa exciperet gremio, ex quo inter animas simplices litium seges excresceret. Nolim autem quemquam esse, qui putet à me hìc aliquem atro dente peti ex his, qui in huiusce præclaro puluere fori versantur; absit enim hoc à moribus meis, et ab homine, qui nunquam vsus est nigro Momi sale, sed candido Mercurij, qui nullas simultates suscepit, cui iniuriarum nomine dica scripta non fuit, et qui sibi scopum nullum proposuit, dum has emittit per inane sagittas. Letetur potius Ciuitas nostra Mediolanum habere se Aduocatos et Causidicos, integritate non minus, quàm doctrina præstantes, qui iuridicos furfures norunt à lecto polline secernere. Viue Lector ac vale.*

De Repub. lib.5.cap.1.

INDEX
ARGVMENTORVM,
SEV
QVÆSTIONVM,
Quæ in ſingulis hiſce Reſponſis diſputantur, & eis præfiguntur.

I.

Materia §. *Collegijs N.C.tit.de pœnis*, plena manu tractatur.

II.

Partus quinquemeſtris an proſit ad conſequendam immunitatem duodecim liberorum in Dominio Mediolani.

III.

Agitur (vt pragmatici loquuntur) de præcedentia in ordine ſedendi, & de adminiſtris qui ſupra numerum ordinarium eliguntur.

IV.

In hoc, & in ſequenti Reſponſo, diſcutitur Statutum Mediolani 284. *illa perſona vol.* 1.

V.

Agitur de eiuſdem Statuti materia doctè, & ſubtilitèr, & iuxtà hoc Reſponſum declaratum fuit hoc anno 1671. per Conſilium Secretum contra D. Sororem D. olim Com. Ioannis Mandelli ſuccedere fratri volentem ab inteſtato, quamuis iàm diu profeſſionem emiſiſſet in Monaſterio S. Lazari Mediolani.

VI.

Pictorum antiquitas, nobilitas, & decus, adductis primùm ex iure ciuili, & ex hiſtorijs; deinde ex omni antiquitate teſtimonijs comprobatur.

VII.

Agitur de ſupplenda per heredem annua quantitate legata in cauſſam Miſſæ quotidianæ, & quæ ex accidenti defecit.

VIII.

Agitur de actione quanti minoris.

IX.

Agitur diligenter de imputatione dotis maternę facienda, nec ne, per nepotes in legitimam ipſis debitam in bonis aui.

X.

Agitur eruditè de Bibliopolis; de Bibliothecis; Libris, & de Typographia, & Typographis, & de Charta.

XI.

Agitur de immunitate reali, qua Professores gaudere debent.

XII.

Pro iurisdictione Senatus Mediolanensis in materia §. matrimonia clandestina, in tit. de pœn. in Nouis Const. scribebat Paulus Rhaudensis Senator.

XIII.

Agitur de Hasta Fiscali; eius origine, & significatione; *de adiectione*, vulgò *abbocatione*: *de addictione*, seù *deliberatione*.

XIV.

Agitur de delatoribus, & aliqua erudita de illis afferuntur.

XV.

Probatur officium *Rationatoris* Generalis in hoc Dominio Mediolani nobile esse: illud verò *Capserij* Thesaurarij Generalis: Coadiutoris: *Scribarum*, non obesse nobilitati; incidenter verò erudita plura tanguntur de *Quæstoribus*, Secretarijs, Thesaurario, alijsque administris.

XVI.

Agitur de infringenda transactione; & de *Paulina* Constitutione, seù *extrauaganti Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.*

XVII.

Agitur matri ne, an auiæ paternæ, decernenda sit tutela, & cura?

XVIII.

Agitur de Medicis: de mercede eis debita: de actione, quę Medicis competit: An legatum præsumatur animo compensandi cum debito; & incidentèr aliqua erudita proponuntur de Medicis, & Medicina.

XIX.

Agitur de reuocatione promissionis: de actione de constituta pecunia; & examinatur quæstio, an & quando fideiussio per epistolam, & inter quos fieri possit.

XX.

Agitur de literis cambij, & quo tempore incipiat hypotheca, quam ijs dant N. C. Mediolani; & an hypotheca oriatur de iure communi à die recognitionis: & alia ad rem pertinentia examinantur.

XXI.

Quæstori, qui à Rege Domino innocens declaratus fuit, omnia emolumenta debentur, nō secus, ac si Magistratum suum præsens obiuisset.

XXII.

Agitur de fideicommisso gentilitio transuersali.

XXIII.

Rex ex potestate sua ordinaria potest creare Officialem cum præ-

prærogatiua præcedendi alijs, nec reliqui conqueri possunt de aliquo præiuditio; maximè vbi electus laboribus vincit, vel est antiquior, quamuis nō sit in eodem Tribunali. Electus Quæstor cum prærogatiua præcedendi reliquis, nullo excepto, vti antiquior omnium; an Decano, seù antiquiori Quæstorum præcedat, vbi etiā plura proponuntur de dignitate Decani, qualitate, & essentia secundùm ius Canonicum, & quomodò accipiendū id sit in Magistratibus Secularibus ad differentiam iuris Canonici. *Scribebat I. C. Don Franciscus Villanus Capitaneus Iustitiæ; deindè Senator.*

XXIV.

Agitur de iurisdictione Præfectorum Annonæ: eorum origine, & dignitate: distinguitur inter annonam ciuilem, & militarem; & quid iuris sit Mediolani.

XXV.

Agitur de gratia expectatiua in alium transferenda.

XXVI.

Agitur de caussis legitimæ suspicionis in Senatore Relatore.

XXVII.

Agitur de legitima filijs debita in bonis matris confiscatæ.

XXVIII.

Agitur de errore formulæ iuramenti in contradictione proposita Cridis publicaris: & de Claritate necessaria edictis, & legibus, erudita nonnulla recensentur.

XXIX.

Syndici munus nobilitati non officit.

XXX.

Agitur de dote nepribus assignāda in bonis aui: de actione, quæ ad hanc competit: an debeat hæc dos declarari ante annum 18. de successione patris, & filiorum in hereditate filij prædefuncti: de materia *l. fœminæ C. de 2. nupt.* quæ latè illustratur per examen aliquarum quæstionum: an ex cohabitatione, & taciturnitate filiorum, colligatur approbatio secundarum nuptiarum patris: An portio dotis maternę, quam vnus filius lucratus fuit, & quæ in patrem binubū peruenit tanquam coheredem ipsius filij, reseruanda sit alijs prioris matrimonij filijs: proponitur etiam patrem nullū habere vsumfructū in ijs bonis filiorum in quibus habuit consortium successionis simul cum ipsis filijs: agitur de vsufructu paterno impediēte bonorum filij cōfiscationem: an banniti incapaces sint successionis in hoc Mediol. Ducatu: Illustratur *l. si extraneus ff. de iur. dot.*: agitur de marito moroso in exigenda dote; & cuius damno cedat mora: an & quādo

Fide-

XXXVII.

Fideiussor quando non teneatur ad vsuras.

XXXVIII.

In fauorem filij, tempus natiuitatis attenditur, non conceptionis.

XXXIX.

Filij primi matrimonij diuidentes cum Vitrico dotē ad normam *Statuti Mediol.* 298. *vol.* 1 prædeducunt legitimam; mox residuum diuidunt æqualiter per capita: etiam si mater (vltra dictam dotem) reliquerit filijs bona extradotalia plura.

XL.

Testamentum nuncupatiuum in fauorem pię caussę, quando sit perfectum voluntate.

XLI.

Explicatur, & confutatur assertio *Fiscus non litigat sine possessione*.

XLII.

Explicatur assertio *filius ergo heres*, & quis teneatur probare.

XLIII.

Quæritur an *Vrsulina* degens in Collegio S. Marcellinæ Mediolani, & Canonicus Lateranēsis connumerentur, ad hoc vt legitima semis sit ad fauorem fratrum, & contra Vitricum.

Agitur etiam de amborum capacitate, & iure successionis ad commodum fratrum in concursu fratris Vterini, & de hypotheca bonorum mariti ducentis viduam, quæ rationes filijs non reddidit.

XLIV.

Bona Soceri quando sint obligata pro dote nurus recepta per filium: & an hæc tacita legis hypotheca præferatur expressæ posteriori.

VL.

Mater heres particularis à filio nominata in certis bonis cum ampla facultate capiendi possessionem propria authoritate: & indicta alijs heredibus se opponentibus pœna priuationis, & *pro omni, & toto eo, quod tam ratione dotis, & legitimæ, quàm ex quacunque alia caussa petere posset*, continuari debet in possessione, nec tenetur dicta bona capere de manu heredis vniuersalis: ad *tit. N.C. Mediolani de continuanda possessone defuncti*.

XXXXVI.

Consensus à marito præstitus vxori, vt testaretur de dote, Mediolani, an sit in fraudem creditorum hypothecariorū eiusdem mariti, accuratè discutitur.

IIIL.

Redimens domum, tenetur stare locationi, quæ interim per emptorem facta fuit. Pactum

standi

INDEX
RERVM LOCVPLETISSIMVS,
QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR.



Numerus primus Responsum indicat, secundus numerum Responsi, tertius Folium: vbi verò duo tantùm sunt numeri, alter Folium, alter numerum in Folio monstrat.

Verbum

INDEX.

Ban-

INDEX.

B.

C.

b

INDEX.

Do-

INDEX.

E.

Pau-

F.

INDEX.

INDEX.

Fis-

INDEX.

INDEX.

Insti-

INDEX.

Lex,

INDEX.

Lici-

Quo-

Con-

N.

INDEX.

Nuben-

Po-

Q.

R.

Ru-

INDEX.

Item

INDEX.

INDEX.

Bene-

INDEX.

V.

Pre-

INDEX.

Indicis Finis.

LIBRVM, cui Titulus est FRANCISCI SADARINI I. C. MEDIOLANENSIS RESPONSA IVRIS CVM SVIS DECISIONIBVS, ex ordine Reuerendiss. P. Inquisitoris diligenter perlègi, nihilque in eo, quod non sit bonis moribus, ac Catholicæ Fidei consonum adinueni, imò omni eruditione locupletissimum reperui. Et pro fide &c.
Dat. Mediolani die 6. Februarij 1671.

Alexander Castillionæus I. C. C. Mediolani Librorum Censor.

Die 7. Februarij 1671.

IMPRIMATVR.

Fr. Antónius Maria Cruceius Ord. Prædic. Sac. Theol. Magister, ac Commissarius Sancti Officij Mediolani.

Carolus Ghioldus Theol. S. Nazarij pro Eminentiss. & Reuerendiss. D. D. Cardinali Litta Archiepiscopo.

Franciscus Arbona pro Excellentiss. Senatu.



FRANCISCI SADARINI
I. C. MEDIOLANENSIS
RESPONSA
CVM SVIS DECISIONIBVS.

Reſponſum I.

Materia *§.Collegijs N.C.tit.de pœnis*, plena manu tractatur.

SVMMARIVM.

Afferuntur rationes, quibus videntur N. C. Mediolani in tit. de pœnis §. Collegijs *verſ.* eò amplius, *non comprahendere originarium num.*1.

*Ius originis immutabile num.*2.

*Origini renuntiari non poteſt num.*3.

*Senatus Mediol. pro originario iudicauit nu.*4.

*Contraria ſententia rationes proponuntur in hac ſpecie facti num.*5.

*Origo aui non prodeſt nondum nato, nec concepto tempore mortis aui num.*6.

*Origo patris quando non attendatur num.*7.

*Ciuilitatis effectus, ſeù commodum quando amittatur num.*8.

*Domicilium ex facto, & animo conſtituitur num.*9.

*Qua requirantur ad factum num.*10.

*Vxor ducta conſecturā præbet domicilij nu.*11.

*Habitatio per decennium domicilium probat num.*12.

*Limita quando caſualiter, vel certi negotij cauſſa quis habitat num.*13.

*In dubio, quid dicendum num.*14.

*Paria ſunt ſubijcere ſe Statutis, & forum ſortiri num.*15.

*Quando quis ligetur Statutis num.*16.

Argumenta quibus animus conſtituendi domicilij comprobatur num 17.

*Sigonij erudita doctrina de hoc num.*18.

*Argumenta forenſitatis num.*19.

*Vera origo unde veniat. num.*20.

*Statutum prohibens non ſubditum ſuccedere, arcet originarium num.*21.

*Etiam filium primi gradus num.*22.

Rationes prædictorum adducuntur num. 23. 24. 25.

Mens Legislatoris prædominatur verbis num. 26. *&* 28.

*Etiam in materijs correctorijs, pœnalibus, & odioſis num.*27.

*Ratio finalis N.C. Mediolani num.*28. *&* 29.

*Statutum huiuſmodi cōmune Italiæ toti nu.*30.

*Cur latiſſimam excludendi interpretationem admittat num.*31.

*Fontes iuris ciuilis indicantur, ex quibus hæc Statuta profluxerunt num.*32.

Ponderantur verba illa, de non ſubditis huic Dominio, *qua non ſubiectum iuriſdictioni denotant num.*33.

*Et tunc originis domicilium non attēditur n.*34.

*Reſpondetur ad argumentum immutabilitatis num.*35. 36. *&* 37. *vbi aurea verba*, Iacobi de Arena, & Alberici *laudantur, et Baldi doctrina num.*38.

*Textus in l. aſſumptio §. filius ff. ad municip. explicatur num.*39.

Contra originarios multoties iudicauit Senatus 40.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Audio I.C. primæ notæ pro D. Catharina Pizzotta accuratè scripsisse, & reclusis legum fontibus ad eius fauorē vberrima corriuasse; ego autem venia dignus ero si non vndique dignas Amplissimorum Patrum auribus, dignas subtili quæstione ponderationes in medium attulero.

Retenta igitur facti serie, prima fronte non videtur obstare D. Iacobo de Pizzottis dispositio §. *Collegiis vers. cò amplius N. C. tit. de pæn.* quin ad successionem vniuersam de qua controuertitur admittendus sit.

Primo enim loco cum dispositio *d.* §. *per* verba negatiua loquatur, nō videtur comprehendere eum, qui aliqua ratione *subditus* dici possit ad tradita per *Carpan. ibid. d. n.* 130. *Rhauden. cons.* 8. *nu.* 63. *lib.* 2. cumq; pœnalis illa sit & odiosa, &
1 ius commune corrigat *Garon. ibid. nu.* 34. & liberam rerum suarum dispositionem impediat *Honded. cons.* 13. *num.* 17. *lib.* 2. strictè interpretanda videtur *c. odia de reg. iur. in 6. Gozadin. cons.* 19. *num.* 5. *Cephal. cons.* 13. *nu.* 4. *Surd. cons.* 48. *num.* 9. *Menoch. cons.* 165. *nu.* 5. vnde sufficit origine subditum esse ne constitutio ista locum habeat, dum appellatione subditi venit originarius *Plot. cons.* 19. *nu.* 70. *Berett. cons.* 95. *nu.* 9. *Menoch. cons.* 1129. *nu.* 64. *Surd. cons.* 553. *nu.* 14. *in fine.*

Secundo ius originis immutabile est *l. origine C. de Municip. lib. x. l. adsumptio in princip. et ibi Bart. ff. ad municip. et de incol. l. vltim. C. eod. et ibi Ioannes de Pla-*
2 *tea*, ergo viget originalis subiectio etiam post translationem domicilij, & mutari non potest, manetq; originis virtus, licèt originarius per longissimum tempus alibi habitauerit, vt inquit *Garon. var. resol. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. imò huic origini non potest renunciari nec tacitè, nec expressè *textus est in d. l. adsumptio*, ibi
3 *neque recusando, quis patriam. Cuman. cons.* 177. *col.* 3. *vers. nouissimè. Gallerat. cent.* 1. *renunt.* 2. *num.* 45. *et* 46. vbi quod subditus contrahens domicilium extra territorium originis adhuc remanet subditus, cum ius illud originis repudiari non possit, quia naturalia immutabilia sunt, faciunt optimè *textus in d. l. adsumptio* §. *filius, et adducta per Gayl. obseru.* 36. *nu.* 5. *lib.* 2.

Tertio pro originario sæpè iudicasse Senatum, tradunt *Garon. dicto num.* 34.
4 *Cauagnol. in consult. decis.* 6. & in fortioribus terminis tradit *Berett. dicto cons.* 95. *num.* 9. à Senatu admitti originarium etiam si hereditas iam in alium fuisset translata: quæ Senatus, & maximè Mediolanensis sententiæ faciunt ius in similibus *Plot. cons.* 3. *nu.* 3. *Franch. decis.* 238. *in fin.* imò pro legibus sunt *Oldrad. de lit. & mand. princip. par.* 1. *prælud.* 1. *num.* 29. *Clar. in* §. *fin. quæst.* 38. vers. *vidi aliquando. Thesaur. in præfat. suarum decis. n.* 32.

His tamen non obstantibus in contrariam sententiam libens descendo, & sentio excludendum esse D. Iacobum in to-
5 tum à successione petita. Moueor quia non suffragatur ei origo aui; non illa patris; non propria, vtpotè extra Prouinciam nato; igitur comprehenditur dispositione *d.* §. *Collegiis.*

Primum membrum conclusionis probatur, quia D. Iacobus nec conceptus, nec natus est viuente auo, vnde nec origo, nec ciuilitas aui eidem suffragatur: ità in terminis docent, *Bart. in dicta l. adsumptio in* §. *filius num.* 1. *Ioannes de Platea in l. filios num.* 2. *C. de municip. et origin. lib.* 10. *per textum expressum in l.*
6 1. §. *si quis proximior ff. vnde cognati*, ibi, *sed hoc ità demum erit accipiendum si hic, qui in vtero esse dicitur viuo eo, de cuius bonorum possessione agitur fuit conceptus; nam si post mortem, neque ipse admittetur: quia non fuit proximus cognatus ei, quo viuo nondum animal fuerit*, & per text. *in l. emancipatum de Senat.* cuius etiam opinionis asseclam *Cynum* adducit loco ibi citato. *Iacobus de Arena in l.* 2. *in fin.* vers. *quare potest dici C. de iurisdict. omn. Iudicum. Lucas de Peña in dicta l. filios num.* 21. *C. de municip. et origin. lib.* 10. *Mascard. concl.* 1146. *num.* 12.

Cephal.

Cephal. omnino videndus in conf.246.nu. 30.cum ibi adductis. In confesso est apud Philosophos hæc doctrina *; siquidem* ad relationem istam ciuilitatis, originalis adæquatè constituendam, terminus ad quem requirebatur intrinsecè, qui cum nunquam in esse positus fuerit nondum nato D.Iacobo, meritò relatio, & transmissio ista constitui non potuit.

Secundum membrum probatur ex eo quod origo patris non attenditur, quando cum origine propria filij concurrit etiam domicilium; cum enim in casu origo iuncta domicilio vincenditur, & duo vincula vni præualent, & arctiùs ad-
7 stringunt. Ita in puncto *Cephal. dicto conf.246.nu.20.Dec. conf.352.viso puncto num.2.* in fin. *& Boer. decis.13.nu.36.* qui vult paternam originem si cum domicilio filij iuncta sit, origini ipsius filij præferendam esse, ergo ex identitate rationis, scilicet quod duo vincula vni prępualeant, arguendo à contrario sensu, si iungatur domicilium Patris, & filij cum eiusdem filij origine, (vt in casu nostro factum est,) origo patris non attenditur, latè *Beroius conf.173.nu.45.& 52. lib.1.* ita de communi sententia testantur *Menoch.conf.80. num.13.vol.1.& cum alijs Mascard.* de probat *concl.1146.num.11.* Insuper probatur ex eo, quod cum D. Iacobi pater, relicto Mediolano, alibi domicilium extra prouinciam ex certa destinatione animi constituerit, & ibi vsque ad mortẽ cum tota familia commoratus sit, non potuit in filium deinde susceptum transferre illam ciuilitatem, quam amiserat *l.nemo plus iuris ff.de reg. iur.* & docet præceteris, *Alciat. in l. prouinciales 190. vers. quamuis igitur ff. de verb.signif.& eleganter, Mascard. vbi supra num.10.* nam per desertionem extinctum est ius illud originariæ ciuilitatis,
8 saltem secundarium ratione subiectionis, & effectus successionis promanans in hoc dominio ab ea subiectione sublatus est (vt infra in responsione ad secundum argumentum contrarium lucidè, nisi fallor, ostendam) remanente tantummodo in ipso patre caractère illo, vt ità dicam, originis primario, & de iure naturæ immutabili, qui vtpote ab eius persona inseparabilis, in filium deinde natum transmitti nequaquam potuit.

Quod autem Thomas pater relicta Mediolanensi ditione alibi domicilium constituerit, & citra redeundi animum
9 larem fixerit, euidenter ostendo; cum autem domiciliũ ex facto, & animo constituatur, *l. domicilium ff. ad municip. & de incol. Mascard. concl.535.n.16.& 18. Hieronym.Gabriel.conf.189.nu.22.vol.2.* ideò de vtroqne extremo dicendum est.

Et quod attinet ad factum duo potissimum requirnntur, vt domicilium constitutum esse dicatur, translatio videlicet maioris partis bonorum, & assidua habi-
10 tatio. Ità expressè cauetur *in l.2.C.vbi Senat.vel clariss.* per illa verba, *aut vbi maiorem partem bonorum possident, & assiduè versantur* secundum communem literam, & intellectum quem sequuntur ibi *DD.* & præcipuè, *Menoch.de arbitrar. lib.2.cent.1.cas.86.num.12.Grat.discept. forens.cap.181.num.4.Hieronym.Gabriel. dicto cons.189.num.22.lib.2. Ludouis.in puncto decis.279.nu.6.* ita etiam cauetur *in l.ciues C.de incolis lib.10. ibi, vbi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituerit, vnde rursus non sit discessurus.* Quid igitur in casu nostro dicendum erit, in quo non solùm hæc
11 duo potissima requisita concurrunt, sed vxor ducta fuit, quæ sanè magna est constituti domicilij coniectura *Bartol. ad l. 1.§.habitari ff.de his qui deiecer.vel effud. Cyriac.contron.448.nu.42.& seq.Menoch. dicto casu num.28.propè fin. Alciat. resp. 719.nu.5.?* Amplius si hæc assidua habitatio ad constitutionem domicilij à lege requisita decennio clauditur *glos. in l.2. & 3.C. de incol. lib.10. Bald. in dicta l.2. num.3. C. vbi Senat.vel clariss. Abbas in cap.postulasti num.4. vers.ego puto de for.*
12 *compet.Menoch.vbi supra nu.15.* qui alios congerit, quid in casu nostro vbi vsque ad mortem pater perseuerauit, & filius etiam nunc perseuerat? latè *D. Andreolus* post hæc scripta visus *controu.428. num.6.& seq.*

Et licèt ciuilitatem quis etiam retinere possit alibi habitando; hoc tamen procedit, quando quis alibi habitaret causaliter, aut certæ negotiationis gra-

ia, non ex animi certa destinatione Afflict.decis.num.14. Rimin. Iun. cons.353.
num.145.cum seq. lib.4. Gratian. discept.
13 for. cap.559. nu.33. vel quando quis declaret suæ mentis esse non contrahere ibi domicilium aut expresè id protestetur, vt fusè apud Menoch.loco citato nu. 6.& apud Mascard.dicta concl.535. n.18. nisi tamen facta contrarium demonstrarent.

Siq; versaremur in dubio nulla protestatione facta, tūc ex maiori bonorum parte translata, domicilium contractum esse præsumitur Bart. in l.de iure num. 2. ff.ad municip.Mascard dicta concl, nu.21.
14 vbi multa, & præclara iura pro hac parte recenset, & authores nnmero, & pondere grauissimos adducit Menoch.vbi supra num.18. qui de communi testatur. Tiraquel. de retract. lignagier, §.36. glos.3. num.7.vers.nam & quisquoque; cui doctrinę accinitritum prouerbium vbi bona ibi Patria; in loco namque vnde quis maiorem fortunarum summam euehit ibi domicilium deserl placet, Bart. in sapecitata l. adsumptio, §.iuris prudentibus num.2. Abbati in cap.fin.de paroch. nu. 8.Petro Roiz.decis.Lituan.3. num.147.& pluribus quos omitto.

Larem igitur alibi fixit Thomas, & statutis eiusdem loci se subiecit; primo dum forum sortitus est; à pari namque procedunt statutis se subijcere, & forum sortiri Gayl.obs.35.num.6. lib.2. Socin. in cap.licèt ratione de for. compet. Ruin. cons.
15 49.num.6.lib.3.Laderch.cons.74.num.16. Cyriac. controu.448. num.54. Garon.cum pluribus var.resol.dicto cap.3.num.79. secundo quia ratione domicilij, præsertim habitando cum tota familia, Thomas effectus est subditus statuentium, & per consequens ligabatur statutis eius loci, glos.in clem.vnic.§.eisdem etiam in verbo subditos de for.compet.Dec. in cap. ad nos-
16 tram num.9.de appell.& cons.661.in casu num. 6. Socin. cons.79. si essemus col. 3. in fin.num.15.lib.4. quos sequitur Gratian. discep.forens.cap.431. nu.11. & 12. subditus enim propriè dicitur ratione domicilij, & habitationis l. si in patria C. do incol.lib.10. l. domicilium, ff. ad municip. Cyriac.dicta controu.448. nu.56. & 450. num.7. Alex. in addit. ad Bart. in dicta l. adsumptio in §. filius in verbo item in eo in fin.Grat.cap.431. num.13. Cephal. cons. 13.num.15.cons.161. num.9. & 246. nu. 13.Plot.dicto cons.19.num.41.Gayl.de pignorat. obseru. 15. num. 7. Natta cons. 4. num.1.

Quod attinet ad animum constituendi domicilium, licèt ille in dubio ex habitatione decennali præsumatur. Roland. à Val.cons.79.nu.53.lib.3.Surd. cons.371. num.47. Beltramin. cum Rot. ad Ludouis. decis.279.num.26. Vuesembec.in paratit. ff. ad municip. num. 7. imò ex minori
17 etiam spatio si adsint coniecturæ, Mascard.dicta concl.535.nu.10.Menoch. dicto casu nu. 16. vers. ego absolutè: ille tamen luce clarior apparet ex factis, translatione scilicet bonorum omnium, & familiæ, vxore ducta, cæterisq; supra commemoratis legis præsumptionibus, quæ liquidissimæ probationes sunt, l. licèt Imperator de legat.1. Mascard.concl.1227. nu.11. & 26. Menoch.cons.5. nu.10. Bursat.cons.53.num.21.& doctiss. Burrus de incend.num.371. animus vero factis magis, quàm verbis declaratur, cap. dilecti il secundo, & ibi glos.in verb.facto prouocare, de appell. Anchar. in cap. degradatio nu.2. de pæn. in 6. & potentior est intentio factis declarata, quàm verbis Gratian.dicto cap.181. num.9.& tantò magis facta loquuntur dum nulla in contrarium protestatio facta est, & Thomas non alicuius certi negotij causa aliò se contulit, vt eo finito reuerteretur vt ait apostilla ad Roman.cons.264. in verbo requiruntur, sed absque determinata causa abijt statim, ac emancipatus est, vt ibi de fortuna, & de omni vita, & fortunarum suarum ratione experiretur.

Quam sanè apostillam comprobat elegantissimus. Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum lib.1.cap.2.in fine, vbi
18 ait, quod igitur, vt ad rem redeam, ciuem Romanæ Vrbis, agriue Romani incolam definiui, id non habet eam vim, vt si is extra hos fines, negotij fortasse gerendi caussa, aliquando habitarit; cum ius ipsum Ciuitatis Romanæ statim amissurum esse constituam; sed vt illud intelligatur, si in aliam ille Vrbem profectus, ab ea in ci-

ciuium

uium numerum recipi se permiserit, cum
continuò ciuem Romanum esse desiturum.

Tertium membrum conclusionis ex
persona D. Iacobi probatur per se, nam
si pater eius obtinere non posset ex su-
pradictis, multò minus ipse obtinere de-
bet, qui natus est extra prouinciam, qui
nunquam hic habitauit, nulla bona te-
19 nuit nulla subiuit onera, quæ de natura
ciuilitatis sunt annexa. Gratian.cap.559.
num.32.Castrens.in l.si duo de acquir.hæ-
red.num.2.Boss.de Princip.num.362.ante
med.Alex.cons.32.num.1.lib.5. imò ciui-
litatis signa sunt, vt per Bald. in l.si non
speciali num.6.C.de testam.Aretin.de ma-
lef. in verbo de Bononia num. 5. Dec.cons.
283. num.10. Socin. Sen. cons.79. num.7.
vers. tertio ad idem vol. 4. Laderch. cons.
74.num.5.: qui non huius Ciuitatis Me-
diolani, sed eius loci in quo natus est,
originarius est, & dici debet, dum pa-
rens ibi ex certa destinatione animi do-
micilium constituit. ità planè Bald. in l.
huiusmodi, §. legatum est de leg. 1. qui
vultnatum in loco, vbi parens casualiter
erat eius loci non esse originarium, ea ra-
tione, quia partus contingit casu, ergo
natus in loco vbi parens ex destinatione
animi domicilium habet, eius loci, non
Patriæ in qua pater ortus est, originarius
erit, ità etiam, & clariùs sensit, Castren-
sis ad eundem, §. num. 3. ibi, ex quo vi-
detur, quod non sit ciuis originarius loci
vbi nascetur ex quo mater non erat ibi, vt
esset perpetuò, sed ad tempus, ergo si pa-
rens ibi fuisset, vt perpetuò permaneret,
vt in casu nostro, filius eius loci non eius
vnde venerat parens dicendus esset ori-
ginarius, vera namq; origo à natiuitate
propria venit non à paterna, Montepic.
20 cons. 22. nu.4. & ità etiam docent cæteri
quos adducit, Cæsar de Grass. dicta decis.
61. alias 15. de probat. num.3.& 4.& præ-
cipuè Abbas in cap. Rodulphus nu.9. vers.
sed est dubium de rescript. & ibi addens
in verbo vtrum lit. H. qui Grassus licèt
nihil decisum fuisse dicat, in hanc tamen
sentẽtiam patres inclinasse testatur, ibid.
num.11. in fin. & ita de stylo Curiæ serua-
ri, latè etiam, Beroi. cons.173.nu. 45. &
52.lib.1. Afflict. dicta decis. nu.9. Gratian.
dicto cap. 559. num. 18.

In puncto etiam quod statutum pro-
hibens non subditum succedere com-
præhendat originarium docent Tusc.lit.
S.concl.563. num.9.D. Ioannea Petrus Bi-
mius cons.385. nu.25. qui se citat.in cons.
49.nu.18. Rimin. iun. omnino vt dixi vi-
21 dendus cons. 353. num. 66. lib.4. & num.
127.& fortiùs, Beroi. consulit dicto cons.
173. per tot. filias eius, qui Bagnoli erat
deinde Regij domicilium fixit tanquam
non subditas excludi à successione bo-
norum quæ pater in territorio Bagnoli
habebat stante statuto ne non subiecta
persona acquireret; quàm sanè senten-
tiam, vt nimirum talis statuti dispositio
etiã in filijs primi gradus obtineat aper-
tè pręcæteris profitentur Surd.cons.437.
num.7.vol.3.Bursat.cons.37.num.11.vol.
1.Bald.cons.357.nu.4.vers. sit ergo exem-
22 plum tale lib.1. Ruin.cons.47.num.3. & 4.
vol.3.Syluest.Aldobrand.cons.2.num.109.
& seq. Brun. in tract. stant. mascul. art.6.
quæst.24.num.298.

Illa quoque ratio prædictorum afferri
potest, quia statuta huiusmodi, requirere
videantur domicilium in ijs hominibus,
23 qui succedere volunt. Ita Castrensis cons.
89.vers. sed ad hoc respondetur lib.2. Ruin.
cons.200.nu.12. in fine & seq.lib.2. Socin.
Iun. cons.7. num.11. & 12. lib. 2. Alciat.
cons.1.num.15.lib.2.Surd.cons.371.num.
47.& 48.& alij.

In terminis verò N.C.Mediolani, per-
sonam non subditam eam esse, quæ do-
miciliũ non habet in hoc dominio scrip-
sere Cephal.cons.161.num.8.& 9. Rimin.
Iun.cons.15.num.5.6.65. & 66. P. Anto-
24 nius Anguisciola cons.vlt.lib.7. Torniola.
cons.36.num.61.& seq. Tortus ad stat. cĩ-
uil. Papia 147.num.14.Bim.cons.49. nu.
15.vers. non obstat, & seq. & cons. 344.
num.6.& 7.vol.4.

Et ratio rationis assignatur, quia
finis statutorum elusus alioquin rema-
net, qui is fuit, vt possessores bonorum
faciliùs adigantur ad subeunda onera
personalia, realia, & mixta, vt bene ex-
25 plicant Surdus cons. 276. num. 9. Saccha
cons.231.num.26.& seq. lib.2. Bim. cons.
77.num.1.& seq. Alba cons.218.num.8.

Aliqua pro hac parte dicenda resta-
rent, sed quia tota vis sita est in remo-

uendis

liendis contrarijs, vbi multa ad rem per-
tinentia congerentur, & quibus resolu-
tis ad fauorem D. Catharinæ res clarior
apparebit, ideo.

Ad primum respondeo (vltra iam
datas responsiones) mentem legislatoris
manifestam prædominari verbis; scire
enim leges non est verba earum tenere,
sed vim atque potestatem *l. scire leges ff.
de legibus*, quæ legum potestas ex mente
26 legislatoris deducitur *l. non dubium C. de
legibus*; quò etiam respicit regula *l. 6. ff.
de verb. signif.* dum docet ea descendere
ex legibus, quæ deducuntur ex mente
legislatorum, etiam si per verba non
possit compræhendi, quæ regula proce-
dit etiam in materijs correctorjs, pæna-
libus, & odiosis, vt liquet ex legibus al-
legatis à *glos. & ex l. 7. §. 1. ff. qui pet. tut.*
27 *l. 2. §. quod si curatores ff. ad S. C. Tertyll.
l. 22. §. item non continetur ff. ad l. Cornel.
de fals.* cùm itaque clara sit mens legisla-
toris in hac constitutione, scilicet effi-
ciendi, vt ad verè subditos habitantes, &
onera sustinentes huiusmodi successio-
nes deuoluantur, vt tali ratione locuple-
tiores fiant, quod interest Reipub. *auth.
col. 2. nouell. 8. in præfat.* & ne alioquin ij,
qui alibi extra prouintiam habitantes
nulla sustinuerunt onera, nullo pro bo-
no publico facultatum dispendia passi
sunt, diuitias alienis partas laboribus
28 consequantur, propterea sequitur, vt
particulam *N. C.* negatiuam, quod ad
hanc successionem tàm religiosè inter-
pretari non debeamus, ne contra legis-
latorum mentem, contra caussam fina-
lem ipsarumnet Constitutionum in so-
lis verborum apicibus triumphemus, *&
si enim maximè verba legis hunc habeant
intellectum, tamen mens legislatoris aliud
vult*. inquit *textus in l. scire §. aliud ff. de
excusat. tutor.* vnde à verbis recedimus,
& stamus rationi legis, inquit ibid. *Bal-
dus cum Raynerio, & Dyno; verbum namq;
ex legibus sic accipiendum est tàm ex le-
gum sententia* (idest voluntate) *quam ex
verbis* inquit etiam magistraliter *textus
in dicta l. 6. ff. de verb. signif.* Quod verò
publica hæc vtilitas talis constitutionis
fuerit caussa principalis cum *Castrensi,
Ripa, & Alexandro alijsq;* docet *Cephal.*

29 *in cons. 53. num. 8. 9. 10. 26. & cons. 246.
num. 38. Decian. cons. 33. nu. 20. vers. quia
respondetur Surd. cons. 276. num. 9. Bim.
cons. 77. num. 4. & seq. Alba cons. 218. nu.
8. Honded. cons. 6. num. 31. & in terminis
Rimin. Iun. omnino videndus in cons. 354.
num. 14. 16. 40. lib. 4.* vbi huiusmodi sta-
tutum commune per totam Italiam dicit
& fauorabile primariò, prout & *Tusc.*
30 *dicta concl. 563. nu. 1. litt. S.* & cum pro-
hibeat in certum genus personarum, non
onus, sed iustitiam, & æquitatem conti-
nere *Beroi. d. cons. 173. nu. 15. & 16.* vnde
cum ob publicam vtilitatem talis dispo-
sitio inducta sit, latissimam excludendi
interpretationem recipit *Ripa in l. filius
§. Diui num. 102. de leg. p. Socin. Iun. cons.
19. num. 6. in p.* licèt etiam pænalis esset
*Crott. in l. omnes populi num. 177. vers. 3.
conclusio ff. de iustitia, & iure Dec. cons.
660. n. 6. & ibi plures & Rimin. vbi supra,*
31 qui ad omnia fere à me initio in contra-
rium adducta respondet, & ad quem am-
plissimos Patres remitto.

Quod si quis fontes ipsos recogno-
scere velit; ex quibus legumslatores no-
stri, dispositionem *d. §. Collegijs* corriua-
32 runt; indicamus *l. vnicam C. non licere
habitat metrocon. ciuit. lib. 11.* vbi *Lucas
de Penna Iacob. Rebuff. Io. de Platea*, & alij
bene scribunt, Indicamus ciuilem op-
timi Gubernij rationem, vt Respublica
floreat; vt ciuitates populo repleantur;
de qua sunt textus *l. fin. §. penult. ff. de bon.
damnat. in l. 2. C. de indicta viduit. toll. &
in l. 1. ff. solut. matrim.*

Indicamus vtilitatem publicam, vt
subditi fiant locupletiores ex *l. 1. ff. de
ventre inspic. §. 1. auth. vt sine quoquo suf-
frag. Iudic. Calcan. cons. 4. num. 2. & 3.* &
ne pecuniæ alio deferantur per forenses
*Cyriac. controuers. 448. num. 13. Ciarlin.
controu. 37. num. 31. in fine*; vtq; actu sus-
tineantur onera personalia, & mixta
Antar. iun. q. 9. num. 19. & seqq. vnde tot
commoda Principi, ac Ciuitati manant
Surdus cons. 313. nu. 57. & bene *Menoch.
cons. 1176. num. 12.* antè finem vers. *est
enim æquum est. Galeota respons. Fiscal. 9.
num. 18.* & latè *Mastrill. de Magistrat. lib.
4. cap. 18. à n. 83. ad 99.* & benè *Anguian.
de ll. libro 2. controu. 15. num. 5.* Et de-

inum,

mum, vt iurisdictio etiam in personam exerceri possit.

Dico secundo D. Iacobum etiam nullo modo subditum esse, vt liquet ex omnibus à me deductis; ratione namque originis, qua obtinere conatur, originarius est eius loci in quo natus est vt supra proximè ostendi, concurrente domicilio patris, vnde subditus originarius Mediolani esse nequit.

Dico tertio *N.C.* non simpliciter loqui *de non subditis*, sed demonstratiuè de *non subditis huic Dominio*, quod verbum *Dominio* propriè subditum ratione iurisdi-
33 ctionis importat *Garon. dict. nu. 34. vers. neque refragatur post med.* quæ iurisdictio, quia exerceri non potest in eum, qui alibi domicilium habet, quamuis ab hoc dominio oriundus dici posset, domicilium enim, & incolatus sunt potissima causa iurisdictionis passiuæ, vt inquit *Natta cons. 4. nu. 1.* nec ille amplius conueniri potest ratione iurisdictionis, vt de communi testantur *Abb. in c. postulasti num. 5. de for. compet. Alex. in l. cum quadam puella num. 5. vbi Castrens. num. 6. et Dectan. num. 5. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Gayl. dicta obseru. 36. num. 6. Boss. de citat. nu. 38. et cum plurib. Grat. discept. for. cap. 868. num. 9. et* 10. propterea sequitur, vt alibi domicilium habens sub dispositione *dicti* §. omnino comprehendatur. Quæ sententia videtur etiam esse *Decij in dicto cons. 660. incip. reuocatur in dubium*
34 *num. 6.* negantis originarium extra territorium degentem dici subditum, & *Laderchij dicto cons. 74. num. 8.* qui ait qualitatem hanc subiectionis, quæ à lege municipali desideratur exigere, vt quis pro libito iusdicentis conueniri possit; quod verò vbi ratio iurisdictionis habenda est nihil attendatur originis domicilium, quià potentius est illud incolatus docent, *Alciat. cons. 62. num. 12. Socin. Sen. cons. 101. num. 6. vers. solùm videtur in fin. vol. 1. Alba cons. 258. num. 12. Rimin. Iun. dicto cons. 354. num. 54. et 55. lib. 4. et cum his Garon. dicto var. resol. cap. 3. num. 10.*

Ad secundum respondeo primùm cum SanFelicio (videndo) *decis. 74. lib. 1.*
35 procedere obiectum in origine propria; secùs in paterna, & de illa leges loqui, quæ nobis opponuntur; Respondeo deinde distinguendo antecedens: ius originis immutari non potest, quod ad essentiam siuè naturam, concedo, *dicta l.*
36 *iura sanguinis, ff. de reg. iur.* secundum communem intellectum, quem sequuntur ibi, *Cagnol. num. 1. et Bolognet. in l. penult. nu. 35. ff. de iustit. et iur.* quod ad effectum siue commodum, vt in casu nostro, nego; eodemque modo distinguo consequens, iura enim ab ipsa natura siue consanguinitate prouenientia bene tolli possunt, vt inquit ibid. *Cagnolus*; impediri scilicet possunt effectus iuris, & impediri successio, obueniens, ob sanguinis vinculum, *et licèt iura sanguinis non possint tolli, tollitur tamen id, quod per legem ciuilem fuerat statutum ratione, vel occasione sanguinis, et licèt nõ tollatur ius agnationis, tollitur tamen id, quod à iure ciuili fuerat dispositum ratione agnationis*, vt ijsdem omnino verbis loquitur *Gulielmus Maynerius in dicta l. iura sanguinis nu. 8. de reg. iur.* naturalis videlicet illa operatio tolli potest, *et per legem fieri, vt effectus iuris naturalis, vel ciuiles effectus tributi propter ius naturale tollantur pro parte in omnibus personis ex causa, vel in totum in certis personis, & in alijs distinguantur*, vt pulchrè philosophatur idem *Galleratus cent. 1. renunc. 2. num. 53. 54. 55.* & pulchrè *Roman. cons. 82. incip. quoad id quod quæritur*, qui loquitur de effectu agnationis.

Nam, & si certũ est, ius naturale in genere sumptum esse immutabile, *in specie tamen pati potest eclypsim*, inquit mira-
37 biliter *Iacobus de Arena in l. quoties nu. 5. fol. mihi 6. C. de precibus imperat offer. &* circa indiuidua distingui, & declarari vt ait, *Alberic. ibidem nu. 12.* præcipuè *CIRCA SVCCESSIOMES DE IVRE NATVRALI DEBITAS, vt ait Albericus ibidem nu. 14. & Galleratus vbi supra*, vbi etiam *nu. 60.* distinguendo declarat origini renunciari posse in respicientibus fauorem ipsius renuntiantis, secus in præiudicium Ciuitatis, prout etiam firmat ex *Bartolo, et Platea, Costa tract. aut sciebat, aut ignor. cent. 2. distinct. 29. nu. 11.*

Et supra dictæ doctrinæ suffragatur

ex-

38 exprefsè *Baldus*, cuius auctoritas mihi eft inftar omnium *in rubr. extrà de præfcript. propè fin. nu. mihi* 23. dum inquit, *dubitatur an quis poffit præfcribere ciuilitatem, et priuilegia ciuium alicuius terræ; videtur quòd fic, excepta origine, quæ præfcribi nō poteft, fed COMMODA ORIGINIS BENE POSSVNT PRÆSCRIBI;* quid enim aliud hifce verbis, nifi à nobis allata diftinctio, comprobatur? originem fcilicet quod ad effentiam fiue naturā amitti non poffe, fecus quòd ad effectum fiue commodum ab ipfa natura fiue origine promanans, quemadmodum etiam bene docent, *Cæfar de Graff. dicta decif. 61. alias 15. de probat. num. 8. & 9. Rot. decif. 327. num. 5. part. 1. in nouiff.m. Nicolaus Reufner. lib. 2. decif. 2. num. 27.* Concludo igitur quòd ad effectum huius fucceffionis, nihil originariam fubiectionem ex aduerfo allatam attendendam effe, obftantibus fupra deductis, maximè in perfona, quæ declarauit fe in hoc dominio bona neque immobilia, neque mobilia velle, & hoc in publica fcriptura, prout mihi fupponitur, vnde totalis auerfio luce clarior apparet.

Ad textum autem in dicta *l. adfumptio §. filius* refpondet plenè *Andreolus* videndus dicta *controu. 428. nu. 13.* & feq. & ego cum eo, dico primò inuolutæ quæftionis effe, in quibusnam fequàtur filius iftam patris Ciuitatem, vt videre eft apud interpretes ibi, & præcipue
39 *Bartolum*: dico fecundò §. *filius*, procedere quòd ad honores, & munera perfonalia tantùm *Caldas poft fuum tract. de in integ. reftit. min. refp. 1. num. 9.* tertiò refpondeo cum *glof. ibid. in* verbo *nō domicilium in fine, cum Cephalo d. conf. 246. num. 18. cum Afflicto dicta decif. 384. nu. 2.* (qui contra hanc noftram refponfionem fentientes carpit) originem paternam, imò propriam nullo modo confiderabilem effe vbi quis alibi domicilium habet, quæ tantò fortiùs vrgent in cafu noftro vbi pater, & ipfe alibi domicilium conftituit.

Ad tertium dico ex fupra dictis D. Iacobum originarium dici non poffe. Se-
40 cundò Senatum Excellentifs. etiam ad exclufionem originarij iudicaffe, idque multoties tefte *Boffio de pæn. num. 43. in fin. verf. & ità feruat Senatus*, vnde patet ex varijs facti circunftantijs & rationibus diuerfis, in diuerfas etiam fententias defcendiffe Senatum. Quare cum in cafu noftro concurrant omnes illæ, & iuris, & facti probationes, & circunftantiæ, quæ mouere poffunt Ampliffimum Ordinem ad exclufionem originarij, & præcipuè fuadeant translatum patris domicilium, euidens non redeundi animus etiam in filio, qui plurimi faciendus eft in cafu noftro, *Garon. dicto num. 34. verf. neque refragatur in fin.* nulla in hoc Dominio bona, imò patens auerfio D. Iacobi ab hac ditione, vt ex declaratione ab ipfo facta conftat, prout mihi fupponitur; iure àc meritò Senatus Excellētifs. partes erunt ad exclufionem D. Iacobi pronunciare: maximè quia etiam in dubio pro verè fubdita ftare debent arbitria. Quid enim æquitati magis confentaneum eft, quàm vt in dubio ad eos fubditos deferantur fucceffiones, qui iam tot annos quibus florentiffima hæc Mediolanenfis regio fub Martis ictibus ingemuit; hinc hoftium incurfu, hinc affiduis hofpitationibus militum, hinc collectarum, pondere prægrauati tenuem cenfum fouent; non autem ad eos qui extra teli iactum aurea in tranquillitate degentes, fplendidam opulentiæ fcenam inftruere potuerunt? Et ita fentio Mediolani.

Caufa pendet adhùc indecifa.

Refponfum II.

Partus quinquemeftris an profit ad confequendam immunitatem duodecim liberorum in Dominio Mediolani.

SVMMARIVM.

Dubitatum olim Romæ fuit de cafu confimili num. 1.

Quinquemeftris partus potius vifus fuit aliquibus abortus effe num. 2.

Et

Et ità sensit Rota num.3.
Contrarium defenditur, & creditur verius num.4.
Maximè quia hæc immunitas fauorabilis semper fuit, & latissimam explicationem admittit num.5.
Imperium augendum potius hominibus, quàm pecunijs num.6.
Ius trium liberorum apud Romanos, & Lacedæmonios num.7. & 8.
Priuilegium non desinit esse fauorabile etiam si alijs noceat in consequentiam num.9.
Ratio huius immunitatis ex Aristotele n.10.
Opinio Stoicorum de fatu nondum nato.n.11.
Sufficit edi viuum num.12.
L.3. C. de posthum. hered. instituendis *explicatur, & exornatur num.13.& seq.*
Infans statim, ac natus erat statuebatur in terra num.14.& 15.
Sed de hoc more non loquitur dicta lex tertia num.16.
Partus quinquemestris vitalis esse potest, & vixit num.17.
Ita iudicatum fuit in Senatu Parisiensi n.18.
Borellus, *&* Baldus *pro immunitate senserunt, & rationem adduxerunt num. 19. & 20. & etiam* Alexander *num.22.*
Distinctio Vlpiani inter fauorem partus, & fauorem pueri nascentis num.21.
Quæstio clarior fit ex verbis N.C.num.23.
Respondetur Claro num.24.
Decisio Senatus num.25.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Vbitatur an partus quinquemestris ex improuiso in lucem editus, & qui semi hora vixit (vt plenè probatum fuit, & Fiscus admittit) patri prosit ad consequendam immunitatem duodecim liberorum de qua N.C. Mediolani loquuntur.

Romæ verò dubitatum fuisse in casu immunitatis non dissimili refert *Agellius noctium Attic. lib.3.cap.26.propè finem,*
1 cuius hæc verba sunt, *Memini ego Romæ accusatè atque sollicitè quæsitum, negotio tunc rei non parua postulante, an octauo mense infans ex vtero viuus editus, & statim mortuus ius trium liberorum suppleuisset, cum abortio quibusdam non partus videretur mensis octaui intempestiuitas;* sed quid decisum fuerit non memorat,
2 Ratio igitur dubitationis est, tum quia, hic potius videtur abortus, quàm partus; tum quia natus non videtur, qui de medicorum sententia viuere non solet, vt apud *Clar. in §.testamentum q.45.num.3. Caluin.de æquitate lib.2.cap.120.*præsertim *num.3.17.18.Ramon.cons.63.num.1. Rotam Romanam post quæstiones medico-*
3 *legales Pauli Zacchiæ decis.45.num.8. ad seq.ex Hipocrate, Galeno; Amato, Lusitano, Bonauentura,* & alijs, quam sanè Rotæ decisionem attulerat, etiam *Donatus Antonius de Marinis resol.277.lib.1.*

Sed iuditio meo, patris caussam meliorem faciunt rationes sequentes.

Prima sit, quod priuilegium dictæ immunitatis omni fauore dignum est, ideoque potius latiori interpretatione explicandum, quàm restringendum.
4 Textus legitur pulcher in *l.cum ratio 7.§.si plures ff. de bon. damnat. lib.48. tit. 20.*vbi *Paulus*, ait *fauorabilem apud me caussam Albini, filiorum numerus facit, cum ampliari imperium hominum adiectione potius quàm pecuniarum copia malim.*

Expedit enim Reipublicæ, vt homines ad iustas nuptias, propositis etiam
5 priuilegijs inuitentur: cum maximè sit necessarium repleri liberis hominibus Ciuitatem, vt perbellè explicauit Imperator in *l.2.C.de indicta viduit. tollenda,* ibi *augeri etenim magis nostram Rempublicam, et multis hominibus legitimè progenitis frequentari.*
6 Pluribusq; ijsque eruditis rationibus, & exemplis probant *Henningus Arnisæus in doctrina politica lib.1.cap.3.* vers. *Reip. quippè interest, & Georgius Schonbornerus politicorum lib.1.cap.6.* adeò, vt Romani lege Papia Poppæa parentibus concesserint ius, & priuilegium trium li-
7 berorum ex iusto matrimonio, vt lubentiùs liberis operam darent, vt ex *Dionysio Halycar. lib. 3.* & alijs apparet, quo iure olim etiam Lacedæmonij vsi sunt;
8 vt apud *Aristotelem lib.2.politic. et Duarenum Anniuers.disput.lib.1.cap.40.*

Et ſi enim priuilegium hoc, alios non
immunes grauare videatur; non tamen
fauor ei denegatur, quia vtilitas publica
potior eſſe debet; nec deſinit eſſe lex fa-
uorabilis, licèt in conſequentiam aliqui-
9 bus damno ſit, vt benè docet *Suarez. de
ll. lib. 5. cap. 2. num. 12.* & in puncto *The-
ſaur. Iun. ad patris deciſ. 267. num. 6. verſ.
quia iſta immunitas. Surdus deciſ. 123.
Gabriel. conſ. 161. lib. 2. Papon. conſ. 157.
num. 4. Martha conſ. 108. num. 17. Tortus
ad Stat. Pap. rubr. 145. in ciuil. num. 2. et 3.
Io. Ant. Bellonus conſ. 69. num. 8.*

Quia, vt me docebat D.I.C. Dondeus,
cum prius generari debuerint homines,
quàm Ciuitates formari, vt tradit *Ari-
10 ſtoteles polit. lib. 1. cap. 1.* & explicat ibi
Giſanius in textu *neceſſe igitur pag. 17.*
non quidem ex concubitu vago, ac pro-
miſcuo, ſed ex legitimis nuptijs, vt do-
cet ibi philoſophus §. *atque natura*, vbi
Giſanius, & ſcripſit *Vacon. in ſuis decla-
rat. lib. 1. declarat. 5.* & bene etiam *Caluin.
de æquit. lib. 1. cap. 96. num. 15. et ſeq.*, con-
ſequitur, vt quemadmodum bonum hoc
legitimæ prolis cunctis præſtantius re-
putatur, ita, & cunctis præferendus ſit
fauor huius immunitatis. Bene *P. Æro-
dius rer. iud. lib. 10. cap. 14. fol. 940.*

Secunda erit ratio, quia Nouæ Con-
ſtitutiones expreſsè compræhendunt
filium, qui in vtero matris ſit; licèt ille
pars matris, & ſpes hominis potiùs,
11 quàm homo vocatus fuerit à Stoicis
olim philoſophis, vt *apud Senatorem Ra-
mos de parricidis lib. 7. pag. 396. et ſeq.*

Nec Senatus noſter aliam conditio-
nem adijcit, quàm vt fætus naſcatur vi-
uus (vt liquet ex formulario Cancella-
12 riæ) non igitur quærendum erit an vi-
uere diu poſſit nec ne, cum ſatis ſit eum
natum fuiſſe viuum, & aliquantiſper vi-
xiſſe, etiam ſi diu viuere nequiret *Caluin.
loco citato num. 27. 29. 60. et 62.*

Faciunt ad hoc optimè verba illa Im-
peratoris in *l. quod certatum 3. C. de poſt-
13 hum. hered. inſtit.* ibi *ſi viuus natus eſt, li-
cèt illicò poſtquam in terram cecidit, vel
in manibus obſtetricis deceſſit: nihilo-
minus teſtamentum rumpi: hoc tantum-
modò requirendo ſi viuus ad orbem totum
proceſſit ad nullum declinans monſtrum,
vel prodigium*, vbi cum *Borello conſ. 28.
num. 51.* noto particulam illam *tantum-
modò*, quæ oppoſitas rationes tollit.

Obiter verò conſidero illa verba *poſt-
14 quam in terram cecidit*: non referri (vt
voluerunt ibi, *Gothofredus littera K.* &
Cuiaccius lib. 1. obſeruat. cap. 30. alijq;) ad
priſcum illum morem, vt natus infans
ſimul ac ſublatus erat ab obſtetrice ſta-
tueretur in terra, de quo latè, & eruditè
ſcribit *Caranza de partu cap. 4. ſect. 4. n. 8.
15 et ſeq.* qui alios recenſet: & Thomas
Dempſterus *in paralipom. ad Roſin. anti-
quit. Roman. lib. 2. cap. 19. pag. mihi 245. et
ſeq.* ſed intelligi debere de partu præ-
propero in terram cadente ob obſtetri-
cis defectum, vel incuriam, vt docet
idem *Caranza num. 13. et* 14. fortè quia,
vt memini me legere in libris medico-
rum parturientes collocabantur in qua-
16 dam ſella aperta, ex qua poterat repente
partus decidere: loquitur enim hìc Iu-
ſtinianus de morte, & verbum illud *de-
ceſſit* vtramq; partem orationis deter-
minat.

Tertia proponitur ratio, quia oppo-
ſitum fundamentum, quod Rota ponit:
partum nempè quinquemeſtrem abor-
tiuum eſſe, & præter naturam, ideoque
non haberi pro nato, vel non ſubſiſtit,
vel non adaptatur ad hunc caſum im-
munitatis.

Si quidem partum quinquemeſtrem,
17 & naturalem eſſe, & viuere poſſe, cum
natura nullum tempus determinatum
naſcendi præfixerit homini, vt docet
Caluinus de æquitate *cap. 128. num. 37.
et ſeq.*, rationibus, & exemplis diſertè, &
eruditè demonſtrat vnus inſtar omnium
videndus *Alphonſus à Caranza I.C. de
partu cap. 9. num. 1. et* 2. & plures pro hac
ſententia laudat, inter quos recenſet *Va-
leſium, Ferdinandum Menam, Perematum,
Schenchium, Cardanum, et nu. 38. 39. 47.
et num. 48.* vbi rationibus contrarijs reſ-
pondet: & tandem concludit firmam
eſſe, & irrefragabilem concluſionem
partus humani tempora eſſe varia.

Quamuis verò alius (& is etiam eru-
ditus) Hiſpanus *Didacus de Narbona* in
ſuo tractatu *de ætate anno primo q. 6. nu.
11. et ſeq.* diſentiat à *Caranza*.

Nihi-

Nihilominus præterquam, quod rationibus, & exemplis, quæ ille attulit, cumulatè (meo iuditio) non respondet; stat amplius pro sententia Alphonsi à
18 Caranza res iudicata in Senatu Parisiensi de quinque mestri partu, cæso matris vtero, educto, & spirasse viso, de qua meminerunt *Renatus Chopinus de priuileg.rustic.lib.3.cap.8.num.5.in fine*, & *Gothofredus ad nouell.constitut. Iustiniani 39. de restitut. et ea, qua parit. vndec.mense cap.2.* in verbo *circa terminum anni*.

His calculum addit Camillus Borellus eruditus I.C. in laudato cons. 28. per tot, vbi sustinet natum in octauo mense numerum duodenarium implere ad ob-
19 tinendam immunitatem, nam vt ait n. 8. *pro adquirendo immunitatis priuilegio, de quo agitur, nulla facienda vis est, quo quisque nascatur mense; unico enim eodemq; tempore sufficit duodecim liberos uiuos habere*.

Id quod à fortiori sensit *Baldus* videndus *cons.128.ad intelligentiam lib.1. nu.2.uers.et licèt natus fuerit octauo men-
20 se, qui non potest uiuere secundum Physicos* (quod tamen non esse verum latissimè probat *Caranza cap. 11.*) tamen sufficit *momento uixisse*; id quod rursus scribit *cons.113.proponitur in fine lib.2.*

Pro conclusione autem nostra facere videtur etiam distinctio illa *Vlpiani in l.
21 1.§.et generaliter 15.ff. de uentre in possessionem mittendo*, ibi *eò faciliùs, quòd fauorabilior est causa partus, quàm pueri; partui enim in hoc fauetur, vt in lucem producatur; puero vt in familiam inducatur: partus enim iste alendus est, qui si non tantùm parenti cuius esse dicitur, verum etiam Reipublicæ nascitur*.

Suffragatur quoque nobis ratio illa *Alexandri*, quam refert *Garon. ad tit. de immun.et iure 12. liber.* in verbo *duode-
22 cim pag.85.in fine*; non adesse scilicet diuersitatem *cur magis pro mortuo reputandus sit is, qui statim decessurus est, quia natus in sexto, quàm alter, qui ob aliam quamlibet caussam decederet*.

Omnia verò prædicta validiora sunt in hoc casu, attentis illis verbis N.C.
23 *quicunque numerum duodecim liberorum habuerit, ità vt in eis duodecimus, si in vtero matris fuerit comprehendatur*, & illis *modò fœtus nascatur viuus*, quæ de forma Senatus apponit, & in solum tempus natiuitatis diriguntur.

Demum ad Doctrinam *Clari*, & aliorum, qui possunt in contrarium afferri, respondetur eam procedere posse ad
24 summum in casu testamenti, vel successionis (de qua tamen assertione videndus contra erit idem *Caranza*) non autem in casu priuilegij fauorabilis; Me tamen &c.

*Senatus 1662. 23. Augusti referente Senatore Bragherio censuit partum prodesse Carolo
25 Radaelli patri, & hunc esse in casu immunitatis.*

Responsum III.

Agitur (vt pragmatici loquuntur) de præcedentia in ordine sedendi, & de administris qui supra numerum ordinarium eliguntur.

SVMMARIDM.

Decisio prælationis in hac facti specie (quæ ex toto responso colligitur) vnde desumenda num. 1.

Supernumerariorum species duæ. nu. 2.

Dignitas cum administratione præcellit honorariæ: & quasi gradu differt num. 3.

Ab Ecclesiasticis dignitatibus ad Seculares argumentamur 4.

Verba priuilegij Regij. 5.

Exequatus gaudet aliorum præminentijs 6.

Inter pares dignitate præfertur antiquior 7.

Potissimùm in munere quod habet administrationem; tunc enim qui prior possessionem capit præfertur habenti datam (*vt vocant*) *anteriorem nu. 8.*

Idem de Canonico num. 9.

Respondetur ad extrinsecam denominationem supernumerarij num. 10. et 11. eam scilicet non inducere differentiam formalem.

Cur Rex Dominus hac denominatione vsus sit num. 12.
Regula vt ordinarius præferatur supernumerario, vbi locum habeat. 13.
Exemplum in supremo Italiæ Consilio 14.
Respondetur oppositioni 15.
Certorum negotiorum cura peculiaris DD. Quæstoribus demandata nihil accessionis tribuit dignitati eorum 16. *et* 17.
Distributio harum Prouinciarum à Rege vetita nu. 18.
Præcedentia, & præminentiæ nemo renuntiare valet 19. *&* 20.
Thesaurarij generales propriè Quæstores non sunt num. 21.
Dedecet vt qui in classe Tribunalis prius meruit, decedat iuniori 22.
Stipendium, & salarium maius maioritatem arguit 23.
Decisio Senatus nu. 24.

DOMINVS ILLVMINATIO ME 1.



1 VÆSTIO prioris sedis de qua agitur, pendet à decisione alterius quæstionis, an scilicet per creationem D. Quæstoris Larriateguy frangatur, seu augeatur numerus Egregiorum Quæstorum quibus Tribunal Magistratus ante constabat; *nam si numerus frangitur* (inquit *Abbas in c. cũ M. Ferrariensis 9. de constit. num. 30. propè fin.*) *non video quare iste receptus non debeat omnia habere, quæ habent cæteri* Quæstores.

Intelligitur autem (ait *Barbos. in collectan. ibid. n. 16. et Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 19. num. 45.*) *solui vel non solui numerus, cum id verbis vel facto declaratur.*

Sunt enim duplicis, speciei Supernumerarij, qui eliguntur à Principe.

2 Alteri subsidiales, qui in defectum numerariorum tantummodò sufficiuntur, nec habent ius integrum, *sed pot ius quoddam ius extraordinarium, et præparatorium ad integrum ius obtinendum*, vt ait idem *Abbas ibid. num. 31. et 32.*

Alteri cum possessione, & administratione officij, iure suffragij, salario, emolumentis, præminentijs, & prærogatiuis, omniq; plenitudine iuris, ac si ordinarij essent.

Primos explorati iuris est, numerũ non frangere, & consequenter non gaudere priuilegijs, & præminentijs numerariorum, vt docent Canonistæ communiter, præsertim *in dicto c. cum M. et Mastrill. decis. 156. num. 31. et 32.* & apertus est textus in *l. Decurionibus 3. ad fin. C. de silentiar. lib. 12. tit. 16.* & in *l. fin. C. de Apparit. Magistror. milit. eod. lib. tit. 55.*

Secundos autẽ sic, quia dignitas alicui collata cum administratione longè præ-
3 cellit *D. Præses Picenardus in responso de præcedentia num. 99. Caphal. cons. 615. num. 125. vol. 5.* adeo vt gradu hanc ob honoraria diferre dixerit *Purpuratus in l. 1. num. 247. ff. de officio eius etc.* & in terminis sic apertè senserunt præ cæteris.

Gratian. discept. forens. cap. 867. n. 1. ibi, *sed cum plenitudine iuris canonicalis, quo casu omnia prædicta veniunt* (priuilegia scilicet, & præminentiæ ordinariorum) *cum censeatur auctus numerus antiquorum Canonicorum, non autem creatum ius extraordinarium.*

Felin. in d. c. cum M. n. 23. post med. vers. sed vbi Papa non mandat simpliciter quem recipi, sed cum plenitudine iuris Canonicalis, procedit dicta conclusio, vt nempe supernumerarius huiusmodi, instar ordinariorum sit, & frangat numerum, & clariùs in versic. *ex quo numerus non frangitur, non connumeratur in alijs.*

Alciatus ad l. 4. C. de SS. Eccles. nu. 6. vers. quod arbitror verum, nisi ex institutione instar aliorum redactus sit, quem sequitur *Mastrill. d. decis. 156. num. 33.*

Alexander cons. 178. nu. 11. vers. aut noui familiares lib. 2.

Barbosa vidẽdus *de Canonic. et dignit. cap. 3. nu. 15. et cap. 21. nu. 15.* vbi alios laudat.

Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 19. nu. 42. cum seq.

4 Siquidem concludenter argumentamur in subiecta materia præcedentiæ ab Ecclesiasticis dignitatibus ad seculares. *Gama decis. 1. num. 15.*

D. autem

D. autem Quæstorem de Larriateguy in secunda supernumerariorum specie recenseri, probant illa verba diplomatis *vnà cum salario annuo, et emolumentis, quæ vtraque percepturus est, uolumusq; ut*
5 *percipiat à die adepta possessionis, AC SI ESSET HOC MVNVS EX NVMERO ORDINARIO; nec non auctoritate, honoribus, oneribus, præminentijs, prærogatiuis, et commodis ad ipsum spectantibus, et pertinentibus, ac per reliquos dicti Magistratus Quæstores COLLEGAS suos perceptis, ac percipi solitis, et consuetis, EX NVNC damus, conferimus, et commendamus.*

Et consequenter numerum frangere, vt probant etiam demonstratiuè verba sequẽtia. *Volumus autem quod vbi dictus D. Ioannes de Larriateguy subintrauerit in locum ordinarium, Quæstores ad solitum pristinumq; numerum reducantur.* Nam quomodo tunc reducendus est numerus, nisi interim auctus sit? & quì fiet vt priuationi sit locus nisi habitus per necesse, & quidem *eiusdem conditionis & naturæ*, præsuponatur? vt magistraliter docet *Euerard. in loco à priuat. ad habit.*

Ideoq; sequitur, vt ab alijs DD. Quæstoribus Ordinarijs intrinsecè, entitatiuè, & formaliter non distinguatur, vnde iuuat repetere cum Felino, *ex quo numerus frangitur, connumeratur in alijs.*

6 Quia præminentiæ omnes eorum, ad quos exæquatio fit, transeunt in adæquatum, vt ait in puncto præcedentiæ *Cyriac. controuers. for. 202. num. 36. ex Bartolo, Decio, et alijs* & *nu.* 21. docuitq; *Barbos. ad l. binos* 10. *C. de aduoc. diuers. iuditiorum.*

His iactis, fundamentis de paritate intrinseca dignitatis (nam de extrinseca, & accidentali denominatione supernumerarij dicam infra seorsim,) conclusio communis est, vt in quæstione præcedentiæ decidenda, ratio prioritatis temporis habeatur, ita vt antiquior semper præcedat, & sedeat.

Quæ probatur primo loco per *textum in l. 1. C. de Consulibus lib. 12. tit. 3.* ibi *pa-*
7 *res vero infulis, consideratione tantùm tẽporis anteire; quis enim in vno eodemq; genere dignitatis, prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem?* vbi latè *Iacobus Rebuffus, & Io. de Platea*, & nouissimè *Fuluius Constantius super C. & Garsias Toletanus in lucerna rubricarum Codicis.*

Secundo per textum *in l. 1. C. de præposit. sacri cubic. lib. 12. tit. 5.* ibi *vt in sedibus & in consessu eis ordo seruetur, quem ordo prouectionis ostenderit.*

Tertio per textum *in l. quisquis 2. C. de Præfect. Præt. lib. 12. tit. 4.* ibi *sit igitur sedes prior ante prouectis, locus cõspectior, decernendi loquendiq; facultas antiquior, cui est splendor adepti Magistratus vetustior.*

Quarto per textum in *l. vnicuique 7. C. de prox. sacror. scrin. lib. 12. tit. 19.* ibi præsertim *vt nemini penitus liceat cum sit posterior tempore in locum præcedentis abire.*

Quinto per textum in *l. 2. §. illud præcipuè C. de Primic. & Secundicerio lib. 12. tit. 7.* ibi *ne cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare, et temporum ratione calcata dudum militantibus anteferri.*

Sexto per textum in *l. vlt. C. de priuileg. eor. qui in sacr. palat. milit. lib. 12. tit. 29.* ibi *vt his omnibus præferantur in ordine atque consessu, qui posteriori tempore regendas prouincias dignitatesque susceperint.*

Septimo per textum *in l. vlt. C. Th. de hon.* ibi *ne quis sibi expetat, siuè imaginarios, siue inter agentes codicillos acceperit, vt ei, qui egerit, ratione temporis præferatur*, quem textum laudat *Cuiac. ad l. 2. C. vt dignit. Ordo seruetur.*

Et fortiùs stringit conclusio, quia agitatur hìc quæstio, non de præcedentia in simplici dignitate, sed in officio annexam administrationem habente; quo sanè in casu, qui prior in possessionem
8 officij missus est, præfertur etiam habenti gratiam anteriorem in data: *neq; enim prodest creatio nisi sit subsequuta administratio*, dicit *Boer. decis.* 150. *num.* 7. ex Baldo, qui mihi instar omnium est *in l. sed & milites* 8. §. *quæsitum est* 10. *vers. in textu ibi creatum esse ff. de excusation. tutor.* & optimè de more *Io. de Platea in d. l. 1. C. de consul. lib. 12. nu. 1. in fine vers. vel*

vel actus administrationis, qui cesset in alio; & sic primus sit in habitu, secundus in actu, tunc enim limitat regulam antepositam, vt inter pares dignitate præferatur, qui eam primò adeptus est.

Idemque tradiderunt ex neotericis *Tapia decis. 21. num. 15. & 16. Sanfelic. decis. 269. sub num. 2.* vers. *tria enim requiruntur. Capyc. Galeot. controuers. 45. à num. 6. p. 2. Tasson. in obseruat. ad pragmatic. de antephato* vers. *tertio, obseruat. 2. fol. 85. num. 31.* & omnes ferè colligens *Castill. de Tertijs tom. 7. cap. 41. à num. 29.* præcipuè *num. 46. & 51.*

Et probatur à fortiori; nam si Canonicus antiquior in possessione, præfertur antiquiori *in data*, & in possessione posteriori, vt cum *Riccio*, & alijs probat
9 *Ferrus Manrique de precedentijs, & prælat. Ecclesiast. q. 10. num. 10.* multò magis præferetur posteriori in data.

Sed quia in hypothesi nostra, vis maximè facienda est in retinenda mordicus paritate dignitatis, vt dixi; ideò operæ pretium est, nonnulla, quæ ex aduerso opponuntur argumenta discutere, vt per contraria euentilata veritas elucescat.

Non igitur facessunt negotium extrinseca illa denominatio supernumerarij, & qualitas *subintrandi in primum locum ordinarium Quæstoris Hispanici breuioris togæ, qui vacauerit*; quasi Rex interim augere noluerit numerum ordina-
10 rium, locumq; propterea sibi vindicet regula, vt numerarius supernumerario præcedat, ne membra à corpore Tribunalis separentur, & dimidientur, maiorque sit supernumerarius ordinario; quàm regulam latè præ cæteris exornauerunt *Ferr. de precedentia dicta q. 10. num. 5. Rebuff. Platea, cæteriq;* quos laudat *Solorzan. en su memorial y discurso informatiuo &c. de los derechos &c. num. 209.*

Nàm præter ea, quæ dixi supra, *licèt* D. Quæstor *habeat diuersum nomen, tamen in dignitate iudicanda non inspicitur nomen, sed effectus*, ait cum Ancharano, & Paciano *Cyriacus d. controu. 202. num. 35.* ex actibus enim, & exercitijs, non à nomine dignitas dignoscitur *c. intelligentia 6. extra de verb. signif.* ibi, *quia non sermoni res, sed rei est sermo subiec-*

11 *tus*; cum in confessio sit apud omnes Philosophos denominationem extrinsecam, non importare differentiam formalem, seù substantialem, sed accidentalem simpliciter, vt in hoc casu, in quo nomen supernumerarij, eo modo, quo sumitur in diplomate, connotat substantialiter, & in effectu, dignitatem, ordinem, & administrationem omninò cæteris numerarijs parem; accidentalitèr verò, quod D. Quæstor sit interim vltra illum numerum Egreg. Quæstorum, qui antea erat, donec vacauerit alia sedes; in quam ingressus, ideo præfixus est, vt ne tunc temporis Quæstor alius eligatur; imò vt Rex se conformet cum *l. 11. tit. 3. lib. 7. Recopil. & l. 14. & l. 26. eod. tit. & libro,*
12 quibus cauetur, vt vbi certæ erant officialium sedes, consumantur quæ vacauerint, donec ad antiquum numerum reducantur.

Regula verò, vt ordinarius supernumerario præferatur, procedit in supernumerario primæ speciei, scilicet subsi-
13 diali, & habente solum ius præparatorium, & in fieri; secus in electo cum omni plenitudine iuris, & qui in facto numerum ordinarium frangit, vt dixi.

Et præter iam adducta, ità singularitèr limitatur à *Rebuff. in l. 1. §. quod autem C. de Collegiat. lib. 12. tit. 17.* qui sic ait, *qui supra numerum admittuntur in Collegio, non gaudent beneficijs Collegij, si seruientes, qui sunt vltra numerum statutum, non habent priuilegia, nec stipendia illorum, qui sunt intra numerum* arguendo à contrario sensu; & in terminis terminantibus ab eodem *Solorzano*, qui itura, & Doctores primi nominis laudat apud eum videndos in hanc sententiam *num. 211. vers. por que en tal caso, desde luego entreran à gozar de su precedentia como en limitacion de la regla propuesta, lo reconocen muchos de los Autores, que se han referido, y lo aduierte la glosa &c.* postea subdit, *y assi se praticò cō esta Corte sobre el pleito reñido, sobre la precedencia del Consejo, entre el Licenciado D. Diego de Corral Auellano, y Licenciado D. Gonzalo Perez de Valenzuela.*

Imò à fortiori exemplum nobis illustrius versatur ob oculus in Supremo re-

rum

rum Italicarum Consilio: in quo D.Felloaga, qui Aduocati Fiscalis munere fungebatur (quod ex se est infra dignitatem Regentis) nihilominus præcessit
14 D. Regenti Cantono, non alio titulo, quàm electionis, de ipso (sic mihi dicitur) factę in Aduocatum Fiscalem eum voto, siuè iure suffragii, in quo cæteris DD. Regentibus æquiparatus est; cum tamen attento ordine qualitatis, seù maioritatis, præcedentia deferenda videretur D. Cantono *Caßan. in catalog. glor. Mundi par. 1. consid. 78.*

Nimirum censuit Supremus ille consessus, *vt is gradu cæteros antecedat, quem labor prolixior fecerit anteire*, vt dicit *textus in l. nemo 2. C. de offic. Magistr. offic.* & *cui laborum assiduitas, & prolixitas suffragantur.* vt loquitur Imperator Honorius in *l. fin. C. de Tyron. lib. 12. tit. 44.* & pulchrè idem *Rebuff. in l. vnicuique 7. num. 9. verf. item nota, quod præferendus est ille, qui maiorem laborem sustinuit C. de prox. sac. scrin. lib. 12. tit. 19.*

Vnde cessat etiam ratio, quod membra à Corpore Tribunalis separari, vel dimidiari non debeant, quia etiam D. Quæstor de Larriateguy, à Rege factus est de hoc corpore, corpusque pro hoc
15 tempore, quo Rex voluit, his membris constatur, quæ relationem vtique dicunt ad suum corpus, sed solùm respectu numeri, qui pendet à Regio beneplacito; non autem respectu situs, aut loci.

Maximè quia, si D. Quæstor non gauderet prærogatiua temporis in sedendo, inferior esset Quæstore Ordinario; cum tamen Rex voluerit eum esse æqualem, & gaudere omnibus *præminentijs, & prærogatiuis* spectantibus, & pertinentibus ad cæteros DD. Quæstores, *ac si esset hoc munus ex numero Ordinario.*

Æque non obstat, quod nulla particularis prouinciæ negotia demandata sint D. Quæstori, prout cæteris ex numero ordinario, quia plus, & minus spe-
16 ciem non mutat *l. fin. ff. de fund. instructo;* nec maior, aut minor extensio administrationis, maioritatem arguit dignitatis, cum sola consideretur intensio *Decian. resp. 19. num. 208. vol. 3.*

Maior enim potentia non respicit dignitatem, nec illam auget; Sed cum sit qualitas à dignitate separata, minimè tollit prærogatiuam temporis, *Lanfranchinus in tract. vtrum præferendus sit Doctor an miles num. 54.* Bodin. *de Repub. lib.*
17 *1. cap. 10. Theodor. Gothofred. in annot. sur l'Histoire du Roy Charles VI. fol. 590. Cephal. cons. 615. num. 136. Boss. de Princip. num. 136.* hæc enim qualitas, vt eo nomine præferatur quis, quia pluribus præsit, non est à legibus approbata, vbi subest imparitas temporis *Scotus respons. tom. 1. lib. 6. resp. 28. num. 134.*

Præterea, tantùm abest, vt hæc prouinciarum distributio (scilicet particularium redditum cura, puta vectigalis ex mercatura; vel ex Sale) eminentioris administrationis signum sit; vt imò expressè prohibita reperiatur, vt *ex ordine Regio diei 27. May 1592.* pro cuius ob-
18 seruantia, vltimus Mediolanensis ditionis censor, siuè Visitator generalis, grauamen centesimum trigesimum sextum in ordine, Magistratui excitauit.

Licèt demum sufficiat respondere, quod quatenus hæc distributio, aliquid maioris præminentiæ connotaret, integrum adhuc est D. Quæstori illam petere, cum virtute diplomatis æqualis aliis in omnibus esse debeat.

Adeò, vt si quid etiam ab aliis præiuditii in hanc vsque diem sibi passus esset inferri in ordine sedendi; nunc primùm ipsi fas sit quæstionem mouere; tùm quia *licèt quis priori iuri renuntiauerit, non propterea posteriori renuntiasse videtur*,
19 ait *Rebuff. ad dictam l. vnicuique 7. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. tit. 19.* & pulchrè *Io. de Platea* ibid. *nu. 5. verf. ex quo infert, hic Ant. quod si vnus subrogandus in locum priorum, vel consiliariorum mortuorum, renuntiat subrogationi in locum vnius prioris, vel consiliarij mortui, non prohibetur quin alia ex actione priorum, vel Consiliariorum possit acceptare subrogationem in locum alterius prioris, vel Consiliarij mortui, per hanc legem, quæ vult, quod renuntiatio prioris non excluditur à iure posterioris ff. de reg. iur. l. quoties duplici*; tùm quia præcedentiæ, & prælationis ordini renuntiare nemo potest, vt in puncto docuerunt *Cyriac. dicta*

contr.

contr.201.num.20. & latè *Decian. conf.7.*
num.71.& 72.vol.3.Fabius Capyc.Galeot.
d.controu.45.à nu.1.ad 5.Bobadill.Politic.
lib.3.cap.2.num.5. ad med. verſ. *y ſi lo re-*
nunciaſſe, ò cedieſſe, no valdria ni aun en
ſu prejuycio. Et clariùs *Caſtill. de tertijs*
20 *tom.7.cap.41. nu.66.* ait *deducitur etiam,*
quod cum Magiſtratuum, & Senatorum
publicorumq; Officialium honores, & præ-
minentiæ ſint iuris publici; priuati ali-
cuius, aut priuatorum conſenſu, remiſſio-
ne, aut negligentia amitti non poſſunt &c.
vt latè probat cum *Baldo*, & pluribus
aliis apud eum videndis.

Et ſanè mirum videtur in controuer-
ſiam reuocari cum Domino Quæſtore
de Larriateguy tot prærogatiuis a R. M.
decorato, & in numerum Ordinariorum
relato, quod nunquam cum Theſaurariis
Generalibus in quæſtione poſitum fuit:
hi enim quamuis de numero non eſſent,
imò ſemiquæſtores potius viderentur,
cum ius ſedendi in Magiſtratu non habe-
21 rent niſi vltima hora, vt de negotiis æra-
rii referant ad Magiſtratum, optarunt ni-
hilominis ſedes tunc cum Quæſtores de
numero deceſſerunt; nec qui in locum
defunctorum, poſtea creati ſunt, quæſ-
tionem mouerunt Theſaurariis, ſed eos
ſine querela præcedere permiſerũt; pro-
ut oculati ſunt teſtes aliqui ex ampliſsi-
mis Patribus, qui ita obſeruatum eſſe vi-
derunt cum DD. Theſaurarijs Generali-
bus, Comitibus D. Franciſco Parrauici-
no, & Carolo Vicecomite.

Inſuper *nimis indecorum videretur* (in
oculis pręſertim ſubditorum, qui extrin-
ſeca, vt plurimùm rerum ſuperficie ca-
piuntur) *illum, qui tot annis in Tribuna-*
litia claſſe meruiſſet, nuncq; etiam meret,
22 *in ordine ſedendi alijs iunionibus poſt ha-*
beri, inquit *Langlaus ſemeſtrium lib. 7.*
cap.8. pag. mihi 461. vbi enim inter Offi-
ciales contentio eſt *ille præferendus eſt,*
qui laborum comparatione alios ſuperauit
ait *Petrus Belluga in ſpeculo Princip. de*
ordine, & forma ſtandi, vel ſedendi n.11.
quem citat, & ſequitur *San Felicius in*
addit.ad deciſ.223.tom.2.

Poſtremò prætereundum non eſt, ema-
natam deciſionem Senatus Excellentiſſ.
inter D. Marchionem Iſinbardum, & D.
Quæſtorem de Saluaterra, adaptari non
poſſe caſui noſtro; primò quia D. Iſin-
bardo ſalarium attributum non fuerat,
ex quo ſolo capite, præcedentia decer-
nenda fuit D. Saluaterræ, vt habetur in
23 dicta *l.nemo 2.C.de offic.Magiſtr.offic.verſ.*
vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipen-
dia meliora, aut labor prolixior fecerit an-
teire, & in *l. 1. verſ. ſed is, qui ordine ſti-*
pendiorum C.de agent.in reb.lib.12.tit.20
& in *l. 1. verſ. pro merito laborum ſtipen-*
diorumq; C. de Caſtreſ. lib. 12. tit. 26. &
latè proſequitur *Caſſan. in Catalog. glor.*
mund.p.7.conſid.39.verſ.item, & par.10.
conſid.27.

Secundò, quia in diplomate dicti D.
Marchionis non legebatur clauſula, quę
in hoc legitur, AC SI ESSET HOC
MVNVS EX NVMERO ORDINA-
RIO, quæ omnimodam æquiparatio-
nem importat.

Tertiò, quia Rex, poſtquam ſimplici-
tèr creaſſet D. Marchionem in Quæſto-
rem ſupernumerarium, eidem inſuper
locum ſupernumerarium aſsignauit, vt
patet ex illis verbis, *In ſupernumerarium*
Quæſtorem &c. creamus, & deputamus,
eiq; locum Quæſtoris ſupernumerarij con-
cedimus, & elargimur, ità vt optioni loci
ordinarij, interim dùm caſus futuræ ſuc-
ceſsionis eueniret, locus eſſe non poſſet;
cum ex dictis, & alijs appareret Regem
noluiſſe numerum frangere, ſed ius ſim-
plicitèr extraordinarium, & præparato-
rium creare.

Et hæc dicta ſint ſatis coram Iuſperi-
tiſsimis Viris, qui ad ſolum labiorum
motum intelligunt, vt dicebat de Nello
Bartolus in l.1.num.7.ff. de verb. obligat.
quia nec etiam D. Quæſtor ornatiùs à
me cauſſam ſuam dici voluit, quàm ſim-
plex ratio veritatis ferebat.

In hac cauſſa, cenſuit Sena-
tus, referente Magnif. Senatore
Andrea Aliphero, præcedere de-
24 *bere D. Stampam: vera porrò*
ratio deciſionis mihi hactenus
latet: tu qui Sapientior es, co-
gita Lector.

Responsum IV.

In hoc, & in sequenti Responso, plena manu tractatur Statutum Mediolani 284. *illa persona vol.* 1.

SVMMARIVM.

Præsens quæstio semper torsit Aduocatos Mediolanenses num. 1.

Relatiuum quoscunque *species omnes includit num.* 2.

Clausula masculos fœminis præferendo demonstrat non haberi præcisam rationem agnationis num. 3.

Religiosus non excluditur à fideicommisso nisi manifesta sit exclusio num. 4.

Examinatur verba dicti Statuti de iure ciuili pro mortua ciuiliter reputatur nu. 5.

Fœmina ingressa Religionem Dominij capacem, non moritur Mundo, quod ad iura successionis, & possessionis bonorum num. 6. *&* 7.

Iura sanguinis suitatis, & agnationis retinet num. 8.

Et fortiùs post Tridentinum Concilium in hac Prouincia absolutè receptum, quod repugnat dicto Statuto num. 9. *&* 10.

In re dubia Statutum positum sub rubrica intestati non trahitur ad casum testamenti num. 11.

Recensentur aliqui DD. qui in puncto senserunt dictum Statutum non procedere in successione testamentaria num. 12.

Et alij, qui docuerunt Statutum excludens fœminas intelligi ab intestato solùm n. 13.

Successiones ab intestato, & ex testamento pugnant inter se num. 14.

Rubrica etiam si non disponant, indicant tamen mentem statuentis num. 15.

Ex Rubrica, quando sumatur interpretatio nigri num. 16. *&* 17.

Respondetur argumento contrario num. 18.

Examinantur verba illa, non admittatur ad partem, nec faciat partem *nu.* 19. *& illa tàm eius, quàm alterius num.* 20.

Ratio rationis adducitur num. 21. 22. *&* 23.

Argumentum, quod testator se conformasse censeatur cum Statuto non aptatur ad hunc casum num. 24. *&* 25.

Doctores afferuntur docentes illud nullius esse roboris num. 27.

Respondetur verbis, antequam reputari possit pro mortua *num.* 28. *& seq.*

De aduerbio antequam *num.* 30.

Nouitius non subiacet iurisdictioni Seculari num. 31.

Tempus in quod confertur effectus Statuti attenditur num. 32.

Respondetur fauori agnationis num. 33.

Coniectura exclusionis Religiosorum nu. 34.

Ratio finalis Statuti potest esse multiplex num. 35.

Extensioni casus quando non sit locus nu. 36.

Respondetur argumento exactionis onerum num. 37.

Exempla rerum iudicatarum nu. 38. *&* 41.

Statutum efficiens subditum incapacem cum afficit vbique gentium num. 39.

Adducitur ratio num. 40.

Ardua quæstio de validitate huius Statuti: præsertim post Concilium Tridenti num num. 42.

Decisio Senatus num. 43.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



N hac actione fideicommissaria, quæ proponitur ad bona Ioannis Petri Racchetti; primus est, isque capitalis, articulus, an obstet Moniali (& ex eius persona Monasterio S. Mariæ ad Clusiam bonoru capaci) Statutum Mediolani 284. vol. 1.

Scio quidem huiusce Statuti quæstionem (an scilicet in testamentaria successione locum habeat) omnium ferè aduocatorum, qui in hoc præclaro puluere
1 fori desudauerunt, ingenia exercuisse. Intendam igitur ego quoque neruos, vt veritatem in lucem educam: Mihi enim ista quæstio in fauorem Monialis decidenda esse videtur, retentis etiam rationibus, & doctrinis, quas acutissimi vir ingenii D. meus Dondeus, & alii de hac quæstione consulti afferrebant.

Considero igitur primo loco certam

esse, & expressam vocationem filiarum
ex Diomede fratre testatoris nascitura-
rum; tùm ex clausula illa, & *quoscunque
alios eius filios; si quos etiam in futurum
suscipere contigerit*; quod sanè relati-
2 uum *quoscunque* nullam speciem, aut
qualitatem filiorum excludit, vt decidit
Papinianus *in l. ex facto 17. §. si quis ro-
gatus ff. ad Trebell.* tùm ex clausula illa
masculos fœminis præferendo; quæ de-
monstrat testatorem non habuisse ratio-
nem præcisam agnationis, ideoq; admit-
3 tendam fœminam esse, vt ordo per testa-
torem præscriptus obseruetur. *Cabed.
decis.33.nu.9.* vers. *cæterùm, vbi Mastrill.
decis.65.num.1. & seq. Magon. decis. Flo-
rent.10. num. Costa Papiens. cons.14.
nu.35.* vers. *verùm tamen, & nu.49. Gama
decis.6. sub num.4.* Deinde quia Religio-
sus non debet excludi à fideicommisso,
nisi verba testamenti ipsum excludentia
4 manifesta sint: *Molinaeus ad Alex. cons.
121 num.3 lib.3. Auendan. ad l.40. Taur.
glos.4 num.43 Roderic. q.q. Regul. tom.2.
q.78. art.13.*

Considero secundo loco statutum lo-
qui non simplicitèr de persona, quæ in
opinione vulgi mortua reputetur, sed
5 restrictiuè de *illa persona, quæ de iure ci-
uili pro mortua ciuiliter reputatur in suc-
cessione*: cum igitur de iure ciuili, mulier
ingressa religionem dominij capacem,
non habeatur pro mortua, quod ad ef-
fectum successionis tàm ex testamento,
quàm ab intestato, propterea dicendum
6 videretur Statutum conformare se cum
regulis religionis; verumtamen demus,
vt aliquid operetur corrigendo ius com-
mune; profectò sufficiet, vt operetur in
successione ab intestato.

Probatur minor propositio, quia, vt
tradit *Io. Geddaeus cons.25 num.68.* homo
dans nomen religioni, moritur quidem
moraliter Mundo, quod ad opera eiusq;
vanitates, non tamen physicè, quod ad
iura sua, & hereditates, ac bonorum
7 possessionem textus aperti sunt in *l. san-
cimus 53. §. ad hæc, sancimus 3. & in l. Deo
nobis 56. C. de Episcop. & Cleric.* vbi *Bar-
tolus, Baldus, & alij DD. Bursat. cons.63.
num.25. Boer. cons.348. num.1.* maximè
post Concilij Tridentini dispositionem
*Griuel. decis. Dolan.34. num.8. & num.55.
Alex. cons.139. num.9. vol.2.* expressè di-
cens, quod professi in religione capaci
non sunt ciuiliter mortui, quod ad ad-
quirendum Monasterio *Ancar. cons.436.
num.4. in 5. dubio. Gutierez. canon. q. q.
lib.2. cap.1. sub num.97.*

Adeò, vt retineant iura suitatis, agna-
tionis, & prærogatiuas omnes filiorum,
& descendentium *Gama decis.6. n.4. Costa
Papiens. d. cons.14. num.34. Costa Siculus*
8 *cons.5. num.30. & cons.8. num.12.* & in
successione teneant gradum suum.

*Bartolus in auth. si qua mulier C. de SS.
Eccles.*

*Molina de Primog. Hispan. lib.1. cap.13.
num.73.*

Quàm veritatem agnouit idem Car-
panus ad Statutum 291. *vol.1. num.9. in
fine*, per hæc verba, *possunt autem conci-
liari hæ opiniones, vt prima locum habeat,
quando religio sit capax, quia tunc non
æquiparantur mors ciuilis, & naturalis;
secunda autem, quando est incapax; quia
tunc æquiparantur.* & sequuntur. *Rol. à
Vall. de lucro dot. q.95. num.1. Cauagnol.
decis.96. lib.2. Natta cons.156. num.13. &
14. Trentacinq. cons.30. nu.9. & 11. Pere-
grin. cons.47. num.4. vol.1.*

Quod enim dici solet Monacos, inca-
paces esse iuris proprij retinendi, intelli-
gitur si ipse Monacus commoditate frui
velit; non autem si commodum cedat in
vtilitatem Monasterij: quemadmodum
de iure Digestorum olim, filij familias
nihil quidem habere poterant, sed tamen
remanebat penes ipsos ius hereditatis
ad commodum tamen patris *l. cum filio
ff. de leg. 1.* & sicuti ius hereditatis rema-
nebat penes seruos, ad commodum ta-
men Domini *l.3. C. de hered. instit.* Atten-
ditur enim principium an scilicet Mo-
nacus sit capax, quidquid postea eue-
niat dum bona transeunt in Monasteriũ,
quod ad commoditatem durante vita
Monachi, bene *Giurba de success. feud.
cap.118. §.1. glos.7. num.27. Surdus cons.
555.* in fine, *& cons.557. num.13.* vers.
dum verò in mortuis dicitur, vbi videa-
tur.

Concordant *Cauagnol. decis. consult.
8. num.25. Ramon. cons.9. nu.11. Cyriac.
controu.*

controu.475.nu.23.& 24. Graff. de effect. Cleric.in præl.ud.num.411. Mastrill.decis. 65.num.3.Molfes.p.4. q.65.nu.19.& 21. Costa re integra distinct.104.nu. 8. Altograd.cons.96.sub num.24.& num.32.Molina de primog. lib.1.cap.13.num.76.& seqq. Martha de success.leg.p.3. q.13. art. 1.n.21.Clar.§.testamentum,q.30.in fine.

Quæ ratio fortior est post Tridentini Concilij sanctionem, quæ *sessione 25.cap.* 3. omnibus Monasterijs tàm virorum
9 quàm mulierum etiam mendicantium, Capuccinis, & minoribus de obseruantia solis exceptis, concedit bona immobilia possidere.

Quod sanè Concilium, cum absque exceptione receptum fuerit in hac Mediolani Prouincia; & cum lex permittens possidere, permittere necessariò debeat etiam media adquirendi; ideò Concilium, & eius obseruantia pugnare videtur cum rigore statuti, si de omnimoda incapacitate Monasterij intelligatur; videatur *Griuell. decis. Dolan. 34.nu.55.*

Statim enim, ac voluit iussitq; Rex Dominus Noster, vt Concilium reciperetur in hanc Prouinciam absque restrictione: (prout receptum est) tunc nulla feculari Iurisdictione tolli potest effectus capacitatis Monasterij, ex persona Monialis absque consensu Pontificio.
10 Faciunt optimè *Bellarmin.in suis controuers. tom. 1.p. 2. controu.5. Molina de Iustitia tom. 1. disput. 31. col.6. Ledesma 2. p. q. 20. art. 4.*

Satis igitur ad summum est, vt statutum simpliciter loquens de successione, corrigat ius, æquiparando mortem ciuilem naturali in sola successione ab intestato, non autem ex testamento.

Considero tertio loco in cõflictu Doctorum, & pugna rationum (& sic in dubio) statutum positum sub rubrica ab intestato, non esse trahendum ad succes-
11 sionem ex testamento: quidquid testetur ibi *Carpanus nu.* 8. & sentiant Bardellon. *cons. 56. num.* 5. *Cauagnol. decis. consult.* 8. *num.* 7. siue authoritatem sequamur, siue rationem, quæ præualet.

Quod enim attinet ad auctoritatem, statutum hoc non procedere ex testamento senserunt.

Bimius cons. 88. *num.* 5. vers. *minus obest, & num. 6.*

Carena resol. 128. *num.* 23. *& resol* 232. *num.* 13.

Peregrin. decis. Patauin. 73. *num.* 10.

12 *Carpanus* ipse ad eandem *rubricam de successionibus* in verbo *ab intestato nu.* 16. vbi sic ait, *& si hoc non fuisset expressum; tamen statutum simpliciter loquẽs de successione, intelligeretur de successionibus ab intestato* vt notat *Castrensis cons.279.nu. 1. ad fin. vol.* 1.

*Cuman. cons.*48. *num.* 2. *&* 4. vers. *ad hoc facit.*

*Cephalus cons.*404. *num.* 24. vers. *dico non posse fieri fundamentum in dicto statuto sub rubrica de successione ab intestato, quod non procedit condito testamento.*

Surdus cons. 185. *num.* 20. *vol.* 2. vbi docet statutum simpliciter excludens à successione, non excludere ex testamento.

Quibus à fortiori suffragantur omnes alij, qui senserunt statutum excludens fœminas à successione, excludere tantùm ab intestato non ex testamento.

Burattus decis.262.sub nu. 14. vbi sic pluries per *Rottam* decisum fuisse refert.

13 *Brunus de statuto exclud. famin. art.*8. vers. *octauo quæro ex Socino Seniore cons.* 30. *num.* 32. *vol.* 1.

Honded. cons. 57. *num.*73. *et* 75. *lib.* 1.

Rota post Merlinum de legitima decis. 56. *num.* 8. *et* 10. *et decis.* 32. *num.* 3.

Putheus decis. 122. *num.*5. *lib.* 2.

Martha de success. legal. par. 1. *quæst.* 13. *art.* 1. *sub num.* 9. *et* 10. vbi ex præmissis hanc consequentiam colligit; *ideò de successione ab intestato statutum interpretandum est, vt quantò minus ius commune corrigat, prout ità firmarunt Alex.cons.* 5. *col.* 2. *vol.* 6., & alij quos idem *Martha* refert.

Dixi à fortiori suffragari has doctrinas; nam si fauore fæminarum hæc interpretatio recepta fuit; quantò magis recipienda erit fauore religionis, pro qua *summam rationem esse dixit Papinianus in l. sunt* 43. *ff. de relig. et sumpt.*

Quod verò ad rationem attinet; occurrit illa quam refert *Martha d. num.9.* nimirum tantùm differre successionem ex testa-

teſtamento à ſucceſſione ab inteſtato,
14 quantùm difert prouiſio legis à proui-
ſione hominis; imò contrariæ ſunt, &
pugnant inter ſe ſucceſſiones iſtæ *l. ius
noſtrum* 7. vbi Pomponius ait *earumq;
rerum naturaliter inter ſe pugna eſt teſta-
tus, & inteſtatus ff. de reg. iuris*; cur igi-
tur volumus verbum illud *in ſucceſſione*
poſitũ ſub rubrica ab inteſtato, & quod
ſimpliciter prolatum, compræhendit
ſolam ſucceſſionem ab inteſtato (vt ſu-
pra ex Carpano, & alijs probaui) com-
præhendere etiam ſucceſſionem oppo-
ſitam? *Cephal. conſ.* 442. *num. 6. & 7.
Bimius d. conſ.* 88. *nu. 6. Peregrin. d. deciſ.*
73. *num.* 10.

Nam & ſi ſtatuto 173. *vol.* 2. caueatur ne rubricæ diſponant; illæ tamen declarant mentem ſtatuentium, vt ex *Alex. et Decio* probat ibi *Carpanus num.* 19. &
15 eſt gloſſa ſingularis in *l.* 1. *etiam ob chiro-
graphariam*.

Et ex rubrica habente orationem per-
fectam, ſumitur interpretatio nigri ſiuè
Statuti, quod rubricæ ſubijcitur. *textus*
eſt vbi *Bartol. Bald. Alex. et Dec. in l.* 1. *ff. de
reb. credit.* & facit totus titulus *C. de relig.*
16 *& ſumpt.* quando enim aliqua materia
poſita eſt ſub aliqua rubrica, indicatur
eſſe illius naturæ *gloſ. in c.* 1. *& in c. ſi ſu-
per de offic. deleg. in* 6. & in dubio intelligi
debet, vt rubricæ conueniat *Buerard. in
loco à Rub. num.* 4.

Quod de Statutis reſpondit *Decius
conſ.* 366. *num.* 7. dicens rubricam decla-
rare, & demonſtrare intentionem Statu-
ti: & *Baldus in l. vnica col.* 2. *C. ne liceat
tertio prouocare* docet, quando textus eſt
dubius, rubricam probare quomodo in-
telligendus ſit, additque hoc eſſe valde
notabile pro rubricis Statutorum. benè
17 *Decian. reſp.* 13. *num.* 26. *lib.* 3. & verba
obſcura, ac dubia nigri declarari per ru-
brum, latè monſtrant adducti per *Fachi-
neum controu.* 67. *&* 68. *lib.* 11. conſide-
rando maximè, quod in caſu de quo agit
Fachineus d. cap. 68. rubrica concepta
erat indefinitè *filia dotata non ſuccedat*;
noſtra verò rubrica habet limitata ver-
ba *de ſucceſſionibus ab inteſtato*, itaut à
contrario vindicent ampliorem ſibi lo-
cum argumenta Doctorum, quæ recen-
ſentur à *Fachineo*.

Et ſanè cum nullo negotio poſſent
conditores Statutorum, vel Statutum
hoc ponere ſub rubrica de teſtamento,
vel verbum addere de teſtamento, vt
alibi fecerunt; cur nos in dubio id facie-
mus ad excluſionem religionis?

Nec reſiſtit, imò nobis ſuffragatur op-
poſita ratio, vt nempè rubrica hæc con-
tineat etiam nonnulla capita loquentia
18 de ſucceſſione ex teſtamento, ſlz. Statuta
280. & 282.

Nàm retorquentur argumentum, quia
conditores Statutorum, vbi loqui vo-
luerunt de ſucceſsione teſtamentaria,
expreſſerunt; ergo vbi non expreſſerunt,
firma manet Rubrica ab inteſtato, & ex-
ceptiones, & expreſsiones magis regu-
lam firmant, maximè ſtante Statuto 174.
vol. 2. vt Statuta intelligantur ad litte-
ram, & prout littera iacet,

Quiſquis enim attentè conſiderat illa
verba Statuti, *non admittatur ad partem,*
19 *nec faciat partem*; fateatur oportet, hanc
formulam loquendi magis aptari ad ſuc-
ceſsionem ab inteſtato, quàm ad teſta-
mentariam.

Eò magis ſi ponderet illam ſequentia
20 *tàm eius, quàm alterius*, quæ non conue-
niunt ſucceſsioni teſtamẽtariæ, vt patet.

Ratio autem prædictæ rationis aſsi-
gnari commodè poteſt, quia difficillimè
Legislatores, qui ſe cum morali philoſo-
phia, quoad fieri poteſt, conformare
præſumuntur, impediunt effectum diſ-
21 poſitionis teſtamentariæ; Durum enim
eſt arcere à ſucceſsione hominem ha-
bentem pro ſe ſucceſsionem, & expreſ-
ſam voluntatem defuncti, quàm vti le-
gem cuſtodiri leges iubent, *Authentico
de nuptijs cap.* 2. *verſ. diſponat*; Siquidem
optima ratio eſt, quæ aſſumitur ad con-
ſeruandam vltimam voluntatem *l. nulli*
28. *C. de Epiſc. & Cler.* VVeſembez. *conſ.*
85. *n.* 47. *lib.* 2. cum nihil magis humani-
tati conueniat *l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* & faciat
etiam regula, vt diſpoſitio hominis tol-
lat legis diſpoſitionem *l. fin. C. de pact.
conuent. Scurff. conſ.* 42. *nu.* 9. *cent.* 1. *Surd,
conſ.* 476. *num.* 6.

Sed longè durius eſſet, vt filius ipſe
heres inſtitutus à Patre, eò ipſo heredi-

tatem

tatem perdat, quia religionem ingreſſu-
rus eſt; non ne ſi verum amamus, retra-
heretur hoc metu filius à religione? &
22 non ne Statutum feriret cauſſam reli-
gionis ſi procederet etiam in cauſſa teſ-
tati? Et nonne duriſsimum eſſet, vt filius
incapax fieret; & è contra bannitus
propter delictum capax remaneat ex
diſpoſitione eiuſdem Statuti verſ. & *præ-
dicta non habeant locum in illa persona,
quæ ciuiliter habetur pro mortua propter
aliquod delictum?*

Contra verò, vbi agitur cauſſa inteſ-
tati, tunc voluntas defuncti deficit, ideo-
que lex habet laxiores habenas diſpo-
nendi, & fauendi, vel agnationi, vel Reip.
vt faciliùs onera perſoluantur.

Et ità in dubio tenendum eſt, ne ſub
colore perplexitatis Saturi, Monialem
arceamus ab ea ſucceſſione ad quam
expreſsè vocatur; Potiſſimùm cum
ſubmoueri poſsint reliqua argumen-
ta, quæ afferuntur pro contraria opi-
nione.

Non enim obſtat, quod teſtator præ-
ſumatur conformaſſe ſe cum diſpoſitio-
ne Statuti excludentis mortuos ciuili-
23 ter; quæ fuit doctrina *Bartoli ad l. here-
dis mei 58. §. cum ità num. 3. ff. ad Tre-
bellianum, & Alciati conſ. 53. num. 5. lib.
9.* & ſequacium.

Primum, quia hoc eſſet argumentari
præſupponendo id, quod eſt in quæſtio-
ne; nimirum per Statutum excludi Re-
ligioſos, qui vota nuncuparunt in Reli-
24 gione capaci & mortui non ſunt ciuili-
ter, quod ad ſucceſſionem; Et non ſo-
lùm excludi ab inteſtato, ſed etiam ex
teſtamento.

Deindè, quia fallax eſt argumentum
iſtud *Martha de ſucceſſ. leg. p. 1. quæſt. 13.
artic. 1. nu. 11. Bardellon. conſ. 81. num. 29.*
25 præſertim in homine idiota (qualis erat
teſtator noſter) *Menoch. conſ. 295. n. 123.
Fuſar. quæſt. 320. nu. 52.* Quid enim quæ-
ſo ſciret aut quid diſtingueret ille de hac
diſpoſitione Statuti? Quid verò ſciunt
teſtatores, qui plurimùm morientes te-
ſtantur?

Tùm quia traditio Bartoli non proce-
dit vbi de intellectu Statuti dubitatur,
tunc enim non poteſt cadere in volun-
26 tatem, quod prius non fuit in intellectu
teſtatoris; Tùm quia nulliùs eſſe robo-
ris hoc argumentum ſatis ſuperque de-
monſtrant authores in puncto allegati
per D. meum Dondeum, nempè *Corneus
conſ. 82. num. 2. verſ. inſuper, & conſ. 97.
col. 5. in fine* verſ. *ex quibus vol. 1. conſ.
72. num. 9. ad fin. & conſ. 188. ſub num. 9.*
27 *vol. 2. conſ. 131. nu. 4.* verſ. *& quod, & nu.
9. & conſ. 202. num. 9. vol. 3. & conſ. 167.
nu. 7. vol. 4. Ripa. ad dictam l. hęredes mei
§. cum ità num. 8. ff. ad Trebell. vbi Socin.
iun. num. 69. & Bolognet. nu. 161. Crauetta
conſ. 25. num. 2. Menoch. præſumpt. 152. nu.
5. lib. 4. & conſ. 295. nu. 21. Fuſar. de fidei-
com. q. 220. num. 51. Cyriac. in deciſ. poſt
controuerſ. 174. num. 28.*

Et demum quia fruſtra de hoc quæri-
mus, vbi teſtator expreſsè vocando fæ-
minas, noluit ſe conformare cum Statu-
tia *Cyriac. dicta deciſ. num. 29.*

Non obſtat aliud argumentum, quod
vinculum incapacitatis inijciatur adhuc
28 ſubditis, nimirum nouitijs antequam vo-
ta Religionis emittant, vt ex illis verbis
antequā reputari poſſit pro mortua; ideoq;
vis Statuti feratur in eos, qui tum ratio-
ne perſonæ, tùm bonorum, ſtatuentibus
adhùc ſubditi ſunt, vt in ſimili ponderat
*Ripa obſeru. num. 231. num. fin. Gail. obſer-
uat. num. lib. Papon. conſ. 60. à n. 24. ad 28.*

Quia punctum eſt an inijciatur hoc
vinculum profeſſuris etiam in Religione
capaci, qui ciuilitèr, quod ad ſucceſsio-
nem non ſunt mortui; & an ità inijcia-
tur, vt etiam ex teſtamento non ſucce-
dant, an verò nè ſolum ab inteſtato, ità
29 vt principium quæſtionis repetamus;
cum ſatis ſit, vt Statutum operetur in
vno caſu, vt diximus; & demùm, cum
aduerbium illud *antequàm* denotet tem-
pus immediatè antecedens profeſſionem
vt ex Tullio probat *Caluinus in lexico*
in verbo *ante idem ſignificat* columna
mihi 71. (nè dicamus etiam pueros, &
puellas paternæ domi commorantes, &
cogitantes de ingreſſu Religionis, inca-
30 paces ex tunc reddi antequam domo
exeant, quod nimis odioſum eſſet) quia
particula illa *ante* (vt ait Caluinus) *ſua
natura, non quidquid præcedit, quantum-
uis longo interuallo, ſed quod proximè*

præce-

praecedit, dicitur ante esse; propterea argu-
mentum militare posset vbi verum esset
Nouitios pro tempore probationis, siuè
Nouitiatus, remanere adhuc subditos
Iurisdictioni Laicæ; tunc enim videre-
tur dici posse Statutum operatum iàm
fuisse effectum suum ante professionem;
Sed cum opinio contraria communior
sit, vt apud *Suarez. aduersus Regem An-
gliæ lib. 4. de immun. Ecclesiæ cap. 30. nu. 5.*
31 *gloss. in c. religioso 21. §. vltimo de senten-
tia excõmun. in 6. in verbo non possit Grass.
de effectu Cleric. effectu 1. nu. 74. Farinac.
tract. crimin. q. 8. n. 46.* vers. *amplia decimo
sexto Decian. rerum crimin. lib. 4. cap. 9.
nu. 24.* ideò opposita ratio non stringit.

Præterea cum Statutum effectum suũ
verè, & realiter operetur post ingressum;
nàm ingressu cessante, remanet interim
capacitas successionis; ideò verè ope-
ratur eo tempore, quo persona est exẽp-
ta à iurisdictione seculari; & sic idem est
fieri aliquid eo tempore, quo quis non
est subditus Iurisdictioni; vel effectum
conferri in tempus, quo non est subdi-
tus, textus est pulcher *in l. quod sponsæ*
32 *4. C. de donat. ante nuptias*, vbi *Gothofre-
dus littera L.* ait *paria sunt aliquid fieri
tempore prohibito, vel conferre in tempus
prohibitum.*

Non obstat tertium, quod dici possit
Statutum fauere agnationi, & propterea
ad vtramque successionem porrigendũ
esse, vt familiæ conseruentur: nam illa
verba nec *faciat partem* ostendunt non
fauere agnationi; cum alioquin fratrum
interesset vt religiosus partem faceret
eorum fauore.

Præterea alio Statuto 174. vol. 2. ca-
uetur, vt dixi, vt Statuta intelligantur ad
litteram, ideoque verbum *in successione*,
33 quod in hac materia vti simplicitèr pro-
latum à legislatore intelligitur (vt supra
probaui ex *Carpano, Cephalo, Hondedeo*, &
alijs de sola successione ab intestato) non
est extendendum ad caussam testati, vt
dixi supra vers. *ratio autem prędictę ra-
tionis*; Nàm vbi Statutum non expri-
mit rationem, non est locus extensioni
Suarez. de ll. lib. 6. cap. 4. num. 6. Insuper
cum in hoc casu cesset ratio conseruan-
dæ agnationis, nàm si Monialis exclud-
tur, nulli adsunt agnati, & D. Vezolius
cognatus, ex vocatis non est, vt suo loco
probabitur; & cum testator rationem
agnationis non habuerit, quia fœminas
exprèssè vocauit *Gratian. cap. 536. n. 62.
Burat. decis. 496. nu. 6. Ludouis. decis. 437.
num. 5.* & quia nec primogenium insti-
tuit, nec nomen, nec cognomen voluit
conseruari, nec insignia deferri, quæ sunt
coniecturæ exclusiuæ religiosorum, vt
34 docent *Padilla in l. cum acutissimi nu. 44.
C. de fideicomm. Guttierez. qq. Canonic. lib.
1. cap. 32. nu. 29. Aluarad. de coniect. mente
defuncti lib. 2. cap. 3. Molina de primogen.
cap. 13. num. 91. lib. 1. Sanchez. in Decalog.
lib. 7. cap. 15. num. 19.* propterea nimis
durum esset, vt bona fideicommittentis
transuersalia deuoluerentur aduenien-
tes ab intestato, & duriùs, vt ad Ciuita-
tem Mediolani creditricem Ioseph vlti-
mo loco grauati (contra mentem testa-
toris) & odio præsumpto habitam ab
illo *Cyriac. contrau. 174. num. 13. & 15.*

Et demùm, quia satis operatur Statu-
tum si faueat agnationi in caussa intesta-
ti, ne scilicet religiosa *persona tunc ad-
mittatur, aut faciat partem.*

Lubentiùs autem recipiendus est in-
tellectus iste, quia cum nullam rationem
finalem exprimant Statuentes, & non
vna assignetur per Doctores; Nàm alij
sentiunt Statutum conditum esse, vt bo-
na contendantur in subditis; alij propter
agnationem, & conseruationem familia-
35 rum; alij verò, vt bona ad eos perue-
niant, qui faciliùs onera publica soluunt
Castrens. cons. 286. num. 2. vers. *præterea
lib. 2. Honded. cons. 13. nu. 8. lib. 2. Caphal.
cons. 161. vol. 2. Peregrin. cons. 120. nu. 4.
vol. 6. Socin. Iun. ad l. filius familias §. Diui
num. 162.* vers. *facit ff. de leg. 1.*

Ideò sequitur, vt vbi ratio finalis Sta-
tuti non est expressa, imò non vna, sed
triplex assignari potest: nulli extensioni
36 locus sit, vt Magistraliter more suo docet
Suarez. de legibus lib. 6. cap. 4. num. 6. &
qui dicit vnicam esse rationem, hoc pro-
bare teneatur *Alex. ad l. si constante nu. 5.*
vers. *sed quid si petenti ff. solut. matrim.*

Quartum porrò argumentum de fa-
ciliori onerum exactione, & bonorum
in subditis conseruatione, dissoluitur,
quia

quia punctum adhuc est an Statuentes respexerint conseruationem bonorum etiam ex testamento de qua nec ipsi, nec Rubrica loquuntur, tùm quia non est credibile legislatores pios, ac Christianos, voluisse vti hoc seuero remedio onera exigendi; vbi tot aliis politicis, ac Oeconomicis remediis Reipub. consulere potuissent. Tùm quia, vt aiebat *Bimius d.cons.88.num.5.& 6.* tàm majo-
37 res nostri semper viderunt, quàm nos etiam videmus in dies Clericos, Sacerdotes, Prælatos, & alios Ecclesiasticos in dignitate constitutos admitti ad vtrãque successionem, quia nihil deperit Reipub.& collectæ nihilominus exiguntur, quia bona cum onere transeunt, & quia ciuilis corporis pars sunt Ecclesiastici, & subditi Regi Domino, quod ad vim directiuam; Vacillat ergo hæc quoque oppositæ rationis vnitas, siuè coniectura, cum quidquid dici possit de vi directiua obligante Ecclesiasticos ad solutionem onerum, & de vi coactiua, siuè difficultate exigendi, non minus militet in Clericis, & Prælatis vt supra, quàm in Religiosis professis, ac claustralibus.

Quod si obseruantiæ rerumq; iudicatarum per Senatum rationem habere velimus.

Occurrit celebris illa ad fauorem R. Agathæ Sansonæ professæ inter canoras illas Moniales S. Radegundæ, quæ ad
38 testamentariam successionem admissa fuit per Senatum.

Etsi enim D. Aduocatus contrarius allegaret bona, de quibus ibi agebatur, sita fuisse in Territorio Papiensi, ad quæ non extendebatur (vt dicebat) Statutum Mediolani 284.

Tamen obiectum verè resoluitur, & decisio firma remanet in terminis nostris.

Quia vbi Statutum incapacem reddit Subditum suum ad succedendum; incapacitatem hanc imprimit personæ vbicunq; terrarum sit (& maximè sub Dominio eiusdem Regis) *l. ex ea ff. de postul. l. relegatorum §. inter dicere vbi Bartol. ff. de interdict. & relegat.* & etiam ratio-
39 ne bonorum alibi existentium, vt admittit etiam & probat Bardellonus *in d. cõs.* 56. (contra nos allegato) *nu.* 11. *vers. veritas tamen,* & Rota Genuæ *decis.* 184. *nu.* 23. & probauit D. meus Aduocatus Dondeus *authoritate Salyceti in l. cunctos populos num.* 14. *vers. confirmatur C. de Summa Trinit. Alexandri cons.* 128. *sub num.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 141. *num.* 17. *&* 18. *col.* 7. *Surdi cons.* 341. *num.* 26. 535. *num.* 18. *et* 553. *num.* 12. *Cabrielis cons.* 1. *num.* 7. *lib.* 1. *Io. Antonij Belloni cons.* 74. *nu.* 121. *Riminaldi Iun. cons.* 72. *nu.* 20. *et* 21. *Bimij cons.* 92. *nu.* 2. *lib.* 1.

Et ratio est quia potestas statuẽdi inter Subditos non circumscribitur finibus territorij *l. fin. vbi DD. ff. de decret. ab ordine faciend. l. Mercatores C. de commerc.*
40 *et mercat.* multò minus vbi statutum absolutè, & simpliciter subditum inhabilẽ reddit *Altograd. cons.* 36. *num.* 4. *Merlin. decis.* 601. *num.* 3. *et* 7.

Nulla facta distinctione inter Statuta continentia prohibitionem odiosam, vel fauorabilem, vt multorum auctoritate probat *D. Merenda controu.* 35. *n.* 19. *lib.* 4.

Prædictæ verò decisioni suffragantur aliæ præcedentes decisiones, quas retulit D. Dondeus.

Vna nempè ad fauorem Monasterij S. Pauli (ex persona Monialis ibi professæ) ad hereditatem relictam per D. Hippolytam Serbellonam.
41 Altera verò ad fauorem Monasterij Gratiarum ex persona Reu. Angeli Mariæ Calui, vbi Fiscus exclusus fuit per Monasterium.

Alia etiam lata pro Reu. D. Don Nicolao Recalcato professo in Religione D. Hieronymi, vbi Fiscus in voto conceptis hisce verbis vsus est *Admittit Fiscus Statutum, solùm loqui de successionibus ab intestato.*

Ex quibus patet sententiæ nostræ robur addere iuditium etiam contradictã, quod magni faciendum esse docuit Vulpianus *in l. cum de consuetudine* 34. *ff. de legibus.*

His omnibus si accedat controuersia de inualiditate Statuti, quæ (si verum amamus) solidis rationibus nititur; adeò vt *Tortus ad Statuta Papiæ rubr.* 101. *in ciuil. nu.* 3. ingenuè illam fateatur, quamuis Statutum illud loquatur expressè so-

lùm

sùm ab intestato. Et maximè post Tri-
42 dentinum Concilium quod Religiosis omnibus (exceptis Franciscanis) bonorum possessionem, & dominia permittit; *sess. 25. cap. 3. adeo vt nulla sit differentia inter mendicantes, et alios religiosos, quod ad possidendum bona immobilia, sed omnibus Monasterijs, et domibus, tam virorum, quàm mulierum concessum sit, vt bona immobilia possidere valeant*, exceptis tamen *Domibus fratrum S. Francisci*, sunt verba *Gasparis Manzij de testam. tit. 6. q. 7. limit. 13. nu. 177.* vers. *restringitur* 40. folio 177. profectò magis etiam in hanc nostram sententiam inclinandum erit.

Enim verò, quamuis Statutum non exprimat Ecclesiasticos, & Religiosos: attamen dum in alia specie mortuorum ciuiliter, locum habere vix potest; tùm quia expressè illos excipit qui diminutionem capitis passi sunt; tùm quia generali ferè consuetudine totius Europæ sublatæ sunt seruitutes; nec somniarunt statuentes de captiuis apud Turcas; propterea sequitur vt contra solos Religiosos, saltem indirectè, & in consequentiam tendat Statutum. Quod probatur quia prospicit etiam casibus, qui contingent post ingressum religionis, vt ex verbis *non admittatur ad partem, nec faciat partem*.

Ex his, sentio pro capacitate Monasterij ex persona Monialis. Me tamen &c. Mediolani die 14. Martij 1665.

Senatus nodum huius celebris quæstionis non soluit, quia decisio (vt opinor) magni nimis exempli fuisset: Censuit igitur Monialem nedum fructibus ex hereditate perceptis durante lite gaudere debere, sed partem etiam aliam eiusdem hereditatis eidem ad decennium assignandam. 43

Sed quia Statutum hoc propugnauit Regius olim Aduocatus Fiscalis, et deinde Senator Marcus Antonius Montius; Eminentiss. olim Cardinalis Archiepiscopi Frater; ideo placet plenum, & elaboratum eius responsum annectere, vt versantes in foro perspectas habeant rationes Regij Fisci circa hoc Statutum præcipuè ab intestato.

Responsum V.

Agitur de eiusdem Statuti materia doctè, & subtiliter.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta pro capacitate Monaci à num. 1. ad 6.

Successio inuenta fuit à iure ciuili, quod ideo eam tollere potest num. 6. & 7.

Nec deficit hac potestas ratione personæ, quia personam incapacem reddit dum adhuc sibi subiacet num. 8. & 10.

Idem operatur contra Fiscum clausula testamenti priuans delinquentem hora præambula delicti num. 9.

Exclusio non infert iniuriam Monasterio, & cur num. 10. 11. 12. & 13.

Præsertim circa bona Statuentibus subiecta num. 14.

Sufficit Statutum effectum operari in rem, etiam si verba dirigantur in personã n. 15.

Et faciliùs si aspiciat bona quærenda nu. 16.

Statutum hoc principaliter conditum fuit ad commodum subditorum num. 17.

Ratio num. 18.

Statutum quando dicatur exorbitans non correctorium num. 19.

Quos non comprehendat num. 20.

Statutum succedit loco testamenti non conditi num. 21.

Testator an possit Monasteriũ excludere n. 22.

Monachi tacita quasi voluntas quomodo concurrat num. 23.

Respondetur argumento, quod sic retrahantur homines ab ingressu Religionis num. 24. & 25.

Potest quis disponere ante ingressum Religionis num. 26.

Obseruantia Statuti num. 27.

*Validitas confirmmatur num.*28.
*In omnibus ferè Prouincijs consimile habetur num.*29.
*Examinantur verba Statuti num.*30.
Illa præsertim in omnibus, & per omnia *num.*31.
*Ratio cur Statutum includat etiam Religionem capacem successionis num.*32.*&* 33.
*Respondetur ad rationem vt Monasterium inuito Monaco succedat num.*34.
*Hanc rationem non esse tutam nu.*35.*&* 36.
*Statutum cur etiam procedat in successione testamentaria num.*37.*&* 38.
*Respondetur Rubrica num.*40.
Non simplex agnationis fauor, sed publica vtilitas fuit caussa finalis Statuti nu. 41. *&* 46. *qua vtilitas iuuat etiam Fiscum num.*44.*&* 45.
*Exclusio ista non dicitur suspensiua iuris, sed extinctiua num.*42.
*Intestatus videtur eligere dispositionem Statuti pro testamento num.*43.
*Statutum priuat nomen dantem Religioni proprijs bonis num.*47.
Ponderantur verba in omnibus, & per omnia *num.*48.
*Exceptio mortis ciuilis ob delictum, quam ponit Statutum firmat regulam num.*49.
*Exceptio dicitur esset de regula num.*50.
*Ratio dictæ exceptionis num.*51.

Spes, & iluminatio mea Dominus.



Vbicundus Recalcatus intestatus decessit relicta vxore, quæ non modo hereditatem mariti non adiuit, sed protestata dicitur, nolle eius heres esse; & Reu. D. Nicolao eius fratre Monaco professo Ordinis S. Hieronymi de Obseruantia, qui eius hæreditatem adiuit. Fiscus vti vacantem hereditatem vindicauit, & peractis iudiciorum solemnibus vnicum habet contradictorem dictum Reu. Monacum.

Fisci intentio in iure fundata est, quia cum nullus heres adsit intra gradus à iure determinatos, & proclamate publicato nullus comparuerit, talis hæreditas ad ipsum spectat quocunq; alio excluso,
1 *l.*1.*& tot.tit.C.de bonis vacantibus lib.*10 *Peregrin. de iure Fisci lib.*4.*tit.*3.*num.*1. 2.*&* 3.*& num.vlt.*

Tota disputatio reduci videtur ad ius Reu. Don Nicolai, qui comparuit, & se hæredem dicit, quem Fiscus vigore Statuti 284. *vol.* 1. vti iam mortuum, antequam hæreditas morte Fratris aperiretur, non habendum esse putat in consideratione, ac si verè, & naturalitèr mortuus esset.

Obijciuntur autem infrascripta.

Primo Statutum non valere, ex *Mar-*
2 *ta de iur.f.dict.par.* 4.*Centur.* 1.*casu* 25. *Alex.consf.*139.*nu.*15. *lib.*2.*et Riminald. Iun.cons.*85.*num.*6.7.*et* 8.

Secundo, non procedere respectu Monasteriorum capacium, quia mors ciuilis non æquiparetur tunc naturali, ex *Ancaran. cons.*436.*num.*6. *Surd. cons.* 238.*num.*4.*et Cauagnol.Consul.decis.*96. *num.*6.*vol.*2.

Tertio, non excludere Monasterium, quod etiam inuito Monaco succedit, ex *Bartol.in l.*1.*num.*21.*ff.de vulg.Cauagnol.*
3 *decis.*96.*num.*15.

Quarto, non comprehendere successionem ex testamento arguendo à Ru-
4 brica, & cum sit correctorium non extendi ad hunc casum, ex *Peregrin. cons.* 47.*num.*11.*in fine lib.*1.

Quinto, non procedere, vbi solus aspirat Monacus, quia tunc nec faciat partem, nec admittatur ad partem, cum Statutum sit factum fauore agnatorum, vel
5 cognatorum, ideo eis non existentibus cessare, ex *Peregrin.decis.*73.*num.*11. vel eis existentibus exceptionem, vti de iure tertij Fisco non competere *l. loci corpus* §.*competit ff.si seruitus vindicetur, Thes. decis.*4.*in prin.*

Hæc etsi aliquid esse videantur, re ipsa tamen bonum ius Fisci non eneruant, ponderando, & validitatem Statuti, & intellectum; ad quæ duo capita reducuntur omnia contraria.

Etenim nullum dubium est, ipsam successionem esse iuris ciuilis inuentum, vt post alios *Vasquius de successionum progressu lib.*1.§.1.*num.*125.& Principis
6 legislatorisue potestati subiectam esse, qui iuris Ciuilis beneficium pro hæredi-

satis aquisitione competens tollere potest, vt post alios latè *Bardellon. cons.* 17. *à num.* 10. *ad* 28. *Caluan. cons.* 13. *num.* 42. *Rauitus cons.* 15. *nu.* 32. quin, & ipsa Monacorum successio iuris Ciuilis effectus,
7 est, inducta dispositione *l. Deo nobis C. de Episc. et Cler.* sola igitur ea militat consideratio, quod respectu qualitatis personæ inhærentis, cui adimitur, deficere Statuti laici potestas videatur, quæ obie-
8 ctio ex forma Statuti euitatur, inhabilitantis ante subditum suum laicum, quàm Ecclesiastici qualitatem induat. Ibi *antequam reputari possit pro mortua*: quæ verba supprimens *Mar. Antonius var. resol. lib.* 1. *resol.* 83. *num.* 20. *vers. secundo.* Vt minus fidelis relator à *Bardellon. notatur cons.* 56. *nu.* 2. *ad finem*, & eo sensu apposita esse, vt tollatur controuersia aliorum Statutorũ occasione inter DD. exorta, an tale Statutum ingredientes ligaret, vel ingressos, obseruat ibidem *Carpan. num.* 14. qua formula ad exclusionem Fisci validè vti testantes passim videmus hora præambula heredem de-
9 linquentem priuantes: Idq; planè procedit, quia etsi eadem persona realiter sit ingressa, & ingredi volens, forma tamen Statuti, & tempus distinguunt casus respectu potestatis Statuentium, vt in terminis *Rim. Iun. cons.* 351. *n.* 124. & sic alia dicitur persona ingressi, alia disponentis ingredi, *Cephal. cons.* 526. *num.* 62. *& seq.*
10 Ideoque quia antequam ingrediatur laicus est, & subditus, & per consequens statuentibus subiectus, potest ei vitium inhabilitatis apponi, cuius executio post professionem non differtur, vt in puncto ponderat *Rimin. iun.* allegato ex aduerso *cons.* 85. *nu.* 530. *& seq. Laderch. cons.* 74. *num.* 29. *vers. et de iure.* Nec subsequens exclusio ab hæreditate vim recipienti Monasterio facit, aut infert iniuriam, quòd recepisse dicitur cum ea impotentia succedendi: vt in terminis *Æmilianus tradit cons.* 1. *num.* 22. *seq. &* Accidit enim Monaco, quod seruo, vt hora præambula captiuitatis, mortuus validè fingatur, & sic viuus moriatur ciuilitèr, vt
11 per *Cephal. cons.* 460. *num.* 45. *et seq.* Ideoq; ex hac ratione, statutum vim suam exercens ante ingressum Monaste-

rij, quia agit in subditum, validè exclu-
11 dere Ecclesiam vltra alle gatos per *Carpanum ad dictum Statutum* 284. *num.* 3. post alios docuerunt *Rimin. iun. d. cons.* 85. *num.* 32. *et seq.* & melius *d. cons.* 351. *nu.* 117. *Papon. cons.* 60. *nu.* 13. vbi magis communem, *Bardel.* super nostro Stat. *cons.* 56. *num.* 2. Vbi veriorem, receptiorem, & iudicando tenendam, & consulendo, & idem met ex aduerso adductus, *Cauagnol. consult. decis.* 8. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. nimirum quia ad cognoscendum virtutem Statuti prohibitiuam, quatenus se extendat, respicimus personam, in quam verba diriguntur, an sit subdita, nec ne, *Bardellon. cons.* 46. *nu.* 95. *cons.* 58. *num.* 50. & si subdita est, prohibitio nocet Ecclesiæ, quæ sicut contrahere non potest cum persona prohibita à lege cõ-
12 muni, vel municipali *Bardellon. cons.* 46. *num.* 96. *cons.* 58. *num.* 49. Ità multò magis succedere ex persona, cui prohibita successio est, vt infra latiùs dicetur, satis opportunè dicitur à Statuto inducta inhabilitatio, cum ante ingressum in Religionem, & ante effectum successionis conditum est, quia tempore natiuitatis vniuscuiusq; nostrum ex vi subiectionis naturalis iniectum dicitur vinculũ efficax, vt per *Papon. cons.* 29. *num.* 6. *et seq.* & in puncto *cons.* 60. *num.* 13. vbi magis communem *Æmilius d. cons.* 1. *num.* 22. *seq. et Cancerius variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 195. *et seq.* quia secundum Statuta viuere, contrahere, testari nos, & omnes actus gerere præsumi passim DD. dictitant. Nec si successionis casus post professionem eueniat, aliud dicimus, quia Statuti editionem ante assumptionem habitus consideramus, quę legitimo tempore inhabilem reddidir; vt
13 in terminis post alios latissimè defendũt *Oddus, & Borgninus apud Tortũ ad Stat. Papiæ* 95. *in ciuilibus dè communi testantes num.* 88. *num.* 100. *vers. Quinto, et seq. ad* 105. *num.* 109. 130. *et seq. et aduersus relatos ibidem num.* 75. *Æmilius d. cons.* 1. *num.* 27. 28. *Alderanus Mascardus de generali Stat. interpretatio conclus.* 1. *nu.* 235. *& seqq.*

Quin si bona ipsa dumtaxat consideramus, quæ procul dubio statuentibus subie-

subiecta sunt,& sub laicali iurisdictione, vix hæsitãdum est, quin ita affici possint, vt ne ad huiusmodi inhabilitatos perueniant, etiamsi non subditi statuentibus sint, cum receptissima conclusio sit Statutum disponens circa bona tangere in-
14 habilitando etiam forenses, & non subditos, vt latisimè post alios *Fachin.conf. 80.num.1.& seq. lib. 1. Turret. conf. 38. num. 4. lib. 3. Papon. conf. 146. num. 10. et 11. Ripa singul. obser. 296. nu. 3. et 4. Tortus ad d. Stat. Papia 95. nu. 37. Oddus conf. 59. num. 26.* magis communem dicunt,& in Clericis idem *Papon. conf. 29. num. 1. seq. et Ripa singula. obser. 231. nu. fin.* & in terminis nostris *Olibanus de iure Fisci cap. 7. num. 41. Faber deffinit. 44. C. de Sacrosanct. Eccles.* Vt de successione in eisdem scribit *Vasquius de success. progressu lib. 1. §. 2. num. 36. & seq.* Nec reuocari id potest in dubium respectu Statuti nostri, quasi loquatur in personam, nam prætequamquod suprascripta conclusio receptissima est, quomodocunq; conceptum Statutum sit, siuè in rem, siuè in personam, vt testantur locis allegatis Turrettus, & Papon., Planum est Statutum nostrum dici conceptum in rem ab effe-
15 ctu, licèt verba videantur in personam dirigi, quod attendi docuerunt. *Marcabrunus conf. 58. nu. 50. Caphal. conf. 309. num. 49. 50.* vbi communi, *et num. 75.* Respicit enim principalitèr bona, & non iura personalia, sed merè realia, videlicet successionum, ità *Oddus conf. 59. nu. 28.* quia ratione Statutum, vel consuetudinem prohibentem dispositionem bonorum supra talem summam vim suam producere etiam contra dispositionem in Ecclesiam factã docuerunt post alios *Francus decis. 411. nu. 4. et 5. et Staibanus conf. 68. nu. 27. 31. et seq. et ibi adden.* Minus autem hoc dubitare est, cum Statutum non quæsita respiciat, sed quærenda, quorum respectu videtur posse Ecclesiæ præiudicare, & validum esse, nec aduersari Ecclesiasticæ libertati, vt post
16 alios *Caphal. conf. 471. num. 20. conf. 513. num. 22. Barz. decis. 117. num. 29. Fachinens conf. 80. nu. 6. lib. 1. Bardell. conf. 31. num. 15. conf. 46. num. 97. conf. 58. nu. 51.* & in terminis nostris probant *Rim. iun. conf. 351. num. 119. Gayl. pract. obser. 32. num. 8. 9. Franciscus Stephanus decis. 79. num. 7. vers. Nec libertati, et in Statuto nostro 284. Bardell. conf. 56. num. 5.*

Non enim considerabile grauamen Ecclesiæ videtur esse, cum per indirectum amittit lucrum, quidquid sit, cum damnum patitur. *Bardell. conf. 31. nu. 14.* Cuiusmodi esse hanc Statutariam exclusionem asserit *Vasquius d. §. 2. num. 37.*

Neq; enim hoc Statutum negari potest conditum fuisse principalitèr fauore subditorum, quorum commoda vti propria anteposuit Statuens commodo secundario Ecclesiæ, vt de nostro Statuto tradit *Bardell. d. conf. 56. num. 3.* qua ra-
17 tione simile Statutum fauorabile dixit *Rimin. Iun. d. conf. 351. num. 30. ad 34.* & similia Statuta respicientia principalitèr commodum Laicorum valere, licèt in consequentiam Ecclesiæ noceant vltra *Crauet. conf. 186. num. 8. vers. et fortiùs* in terminis de quibus nos agimus exclusionis religiosorum à successione docuerunt *Io. Stephanus Duran. quæst. 23. vers. cum ergo lex pagina mihi 120. Olibanus d. cap. 7. n. 37. & seq. Rimin. Iun. d. conf. 351. num. 32. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 24. num. 10. et seq. et lib. 3. cap. 11. num. 189. et seq.* quia ità Ecclesiæ fauendum est, vt in suis rebus Respublica difficultatem non inueniat, docet ex alijs *Bardell. conf. 31. num. 15.*

Fauor Laicorum impropatulo est, cum Reipubl. & Ciuitatis inter sit, subditos habere locupletes. *Rouitius conf. 49. nu. 8.* vt onera ferè possint, & soluendo sint exactiones, quæ à Principe pro necessaria status defensione imponuntur, quod
18 non accideret, si in nunquam alienantes Ecclesias per Monacos bona transirent, quæ collectare Princeps non potest: potissimùm, cum his temporibus nulla nobilis domus sit, vel mediocris familia, quæ Moniales non habeat, aut Monacos per quas personas progressu temporis bona ad manus mortuas peruenirent, & immunes; & hanc esse rationem similium Statutorum veram, & vnicam, docuerunt in terminis *Papon. conf. 60. n. 27. Laderch. conf. 74. in fine vers. quare arbitror. Io. Steph. Duran. quæst. 23. vers. nam*

laici pag. mihi 119. *Rim. iun. conſ.* 351.
*num.*39.*et* 55.*Franc.Steph.deciſ.*79.*nu.*7.
verſ. *Accedat. Gall.d.obſernat.*32.*n.*47.8.
*et ſeq.lib.*2.plenè *Faber. d. deffin.*44.*C. de*
Sacroſanctis Eccleſ. et Rouitius conſ. 44.
num. 16. qui ex hac ratione in ſuo caſu,
in quo agebatur, an renuntiatio Monia-
lis realis eſſet abdicatiua; ſcribit intraſſe
illud iuditium Ciuitatem Napolitanam,
cuius rationis germana illa conſideratio
eſt validitatem Statuti ſuſtinens, quod
non omnes Eccleſiaſtici excluduntur,
ideoq; exorbitans Statutum dicitur, non
autem correctorium in terminis *Rimin.*
19 *iun.conſ.*351.*num.*38. & odio religionis
factum dici non poteſt, vt de Statuto
*Marcabrunus conſ.*85.*num.*247. & de diſ-
poſitione teſtatoris in ſimilibus terminis
*Oddus conſ.*19.*à num.*14. *ad finem*, ſed ij
tantum, quibus Laici non ſuccedunt,
quod inæqualitatem nimis damnoſam
videbatur parere Statuto, cum ipſi cape-
re duntaxat poſſent, & ſemper captum
retinerent, ab ipſis autem capere non li-
ceret, quàm rationem diuerſitatis inter
temporalitèr, & ſpiritualitèr nuptas ten-
tantes ad renuntiata admitti ponderat
*Rouitius conſ.*46.*num.* 15.& in terminis
noſtris Gallicæ Conſtitutionis rationem
eſſe aſſerit *Franc. Stephan. deciſ.*79.*nu.*7.
verſ.accedat. Ideò ſimilibus Statutis non
compræhendi Clericos ſeculares, ſoro-
res, fratreſue Tertij Ordinis, conuerſos,
ſiuè Oblatos non Regulares, quibus Lai-
ci ſuccedere poſſunt, & praxi noſtri fori
receptum eſt, & in terminis docuerunt
Paulus Chriſtinaus ad leges municipa-
mechilinica tit. 10. *art.* 8. *num.*5.*pag.*
mi 984.*fol.*2. *Iacob. Ferrer. in addit. ad*
*Steph. Duran. quæſt.*6. verſ. *Vbi ſcribit*,
verſ. *ſimilitèr conuerſi*, & in non diſſi-
milibus terminis diſtinxit *Caphal. conſ.*
*num.*59.60.*& conſ.*641.*nu.*54.*ſeqq.*
Quod ſi in ambiguo relicta validitate
Statuti à morientium voluntate pende-
[illegible], quam paſſim DD.dubitant, ex actu
[illegible]m nullo cognoſci; planum eſt ſtante
Statuto, morientium voluntate de-
ſtitui Monaſteria, profeſſoſque, quia po-
tius tacitam voluntatem contra eos eſſe,
cum certum ſit eum, qui ſinè teſtamento
moritur, cenſeri teſtatum in Statuto de-
ceſsiſſe, & quia voluntatem ſuam teſta-
mento diuerſam eſſe non demonſtrauit;
tacitè vocaſſe per Statutum ab inteſtato
ad ſucceſsionem inuitatos, *arg. l. confi-*
ciuntur ff. de iure codicill. loco enim diſ-
21 poſitionis teſtatoris ſuccedit Statutum
Capoll. conſ. ciu. 66. *num.*13. *lib.*2. quod
receptiſsimum eſt dici, & eſſe teſtamen-
tum ab inteſtato decedentium poſt alios
tradunt *Ripa ſing.obſer.*31.*num.*3.*ſingul.*
*obſeruat.*240.*num.*9.*Schenardus conſ.*55.
*num.*23.*lib.*1.*conſ.*2.*num.*2. *lib.*2. nec re-
ferri voluntas morientis poteſt ad ius
commune ciuile, cum in vnaquaq; Ciui-
tate iuris communis vim habeat ipſum
municipale, & non modo inteſtati illud
dicuntur prætuliſſe, ſed ipſimet teſtato-
res, quos ex hoc Statuto magis, quàm
iuri conmmuni conformare ſe voluiſſe
interprætamur, oſt alios *Zuccardus conſ.*
44. *num.*17. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*481.
num. 7. *& ſeq.* quod ſi Monaſterium ali-
quid habere uon debet contra volunta-
tem teſtantium, vt poſt alios *Simon. de*
*Pratis conſ.*83.*num.*27.*Centur.*1. *Galga-*
*nett. de conditionibus par.*1.*cap.*8.*nu.*57.
ſeqq. planum eſt huiuſmodi Statutum,
quod inteſtatorum teſtamentum eſt, va-
lidè ipſos ex voluntate morientium ex-
cludere, & licet aliqui videantur dubi-
taſſe de poteſtate teſtatoris circa exclu-
ſionem Monaſterij, vt nouiſſimè *Valera*
de differentijs vtriuſque fori verſ. teſta-
22 *mentum nn.*10. attamen, & iure, & praxi
receptiſsima opinio eſt, quod tuta con-
ſcientia, & validè poteſt, vt poſt alios
*Peregrin.variar.iuris lib.*6.*nu.*83.*Bardell.*
*conſ.*56.*num.*8. *Turretus conſ.*4. *num.* 20.
& 21.*lib.*3.*Ancll.Amatus conſ.*1. *nu.*116.
*Caballus conſ.*146.*num.*8.*ſeqq.lib.*2. ple-
niſsimè *Fuſar.de ſubſtit.quæſt.*429.*n.*18.
& num. 25. *verſ. Quamuis*, *& num.* 26.
*Æmilian.conſ.*109.*num.*9.*ſeqq. Faber. C.*
*de Sacroſanct.Eccleſijs deffinit.*42.*Bimius*
*conſ.*149.*num.*16.*ſeqq.Galganett. de con-*
*ditionibus par.*1.*cap.*8.*num.*45.*ſeq.Fonta-*
*nella de pactis nuptialibus tom.*2. *clauſ.*6.
*Gloſ.*3.*part.*6.*num.*5.*ſeqq.Cancerius d.lib.*
1.*cap.*24.*num.*12. *ſeqq. Iacob. Gallus conſ.*
40.*num.*63.64.quæ opinio argumentum
eſt validitatis Statuti, ad quod à teſtato-
re, & argui generalitèr docet poſt alios

Turretus

*Turretus conſ.*31.*num.*24. 25.*lib.*1. & in
terminis noſtris *Cancerius d.cap.*24.*n.*12.
& ſeqq.; ſi itaq; voluntas morientis Mo-
naſterio aduerſatur, vix vlla eſſe poteſt
dubitatio, hanc enim vnicam ſectarunt,
& leges conſeruantes ſucceſsionem Mo-
nachis ab inteſtato, hoc caſu habere lo-
cum nequeunt, quo non modo tacita
voluntate deſtituuntur, ſed potius repel-
luntur, fauori enim Eccleſiæ præponde-
rat fauor liberæ diſpoſitionis *Turret.
conſ.*4.*num.*24.*lib.*3. *Iacob. Gallus conſ.* 8.
*num.*63.64.

Quin ipſius Monachi tacita voluntas
adeſſe dicitur fauore vocatorum à Sta-
tuto, nàm cum actus noſtros Statutis ſe
ſe conformare iuris regula præſumat,
quorum ignorantia improbabilis eſt
planè, qui hac morte ciuili mori vult,
eius etiam neceſſarios, & conſecutiuos
effectus dicitur volũtate complecti, quo
fit, vt ſtante Stututo tali, vel conſuetudi-
ne tacita, per ingreſſum Religionis, &
votum paupertatis oriri dicatur renun-
23 tiatio, non debilior illa, de qua *in cap.
quamuis de pactis in 6. in ordine ad vali-
ditatem Statuti*, vt in terminis noſtris
ponderat *Franciſcus Stephanus deciſ.* 79.
num. 6. verſ. *Tuta quod abiectis*, nec du-
bitandum eſt, quin hæc tacita voluntas
ingredientis ſtante Statuto tollat bene-
ficium legum loquentium de ſucceſſione
Inteſtati, ſalua Monialibus, cum in re-
nuntiatione facta, vbi talis conſtitutio
non viget, id poſt alios probat *Rouitus
conſ.*44.*num.*17.verſ. *Et ſic aſſerens n.*14.
renuntiationem in dubio præſumi fac-
tam, vt nunquam bona poſsint ad Mo-
naſterium peruenire, quod renuntians
ingreditur.

Nec maior vulgata, ratio, quæ afferri
ſolet contra diſpoſitionem teſtatoris, &
Statuti, quod videlicet retrahantur ab
ingreſſu Religionis homines, & ab Ec-
cleſiaſtica diſciplina, impediaturque re-
ceptio inter Sacros Ordines; quia talis
conſideratio non militat reſpectu Mona-
ſterij, nec ingreſſuri. Non Monaſterij,
tùm quia ſi ſub ſpe habendi bona recipe-
ret, Simonia committeretur *Caphal.conſ.*
146.*num.* 28. *Natta conſ.* 619.*num.* 11.
*Graſſus de effectibus Clericatus in prælu-
dio num.*396.*& ſeq.* & in terminis noſtris
Æmilianus conſ. 1. *num.* 21. Tùm quia
haberet locum, ſi ità Statutum priuaret
24 bonis, vt tolleret etiam neceſſaria pro
ingreſſu. *Turret. conſ.* 4. *num.* 33. *lib.* 3.
Ideò nec caſus talis accidit, & vix poſsi-
bile eſt reſpectu Monaſterij, vt quis ab
ingreſſu eius arceatur, quia bona non
habeat, vel non ſperet ſucceſſionem tra-
diderunt *Io. Paulus Durandus de condit.
& modo impoſſib.part.*2.*cap.*3.*num.*34.35.
*Thadeus Piſo Scaccia variar.reſolut.lib.*1.
*cap.*11.*num.*27.verſ. *Vnde*. Non reſpectu
ingredientis, quia cum de propriæ pau-
pertatis voto cogitet, & pænitentiæ gra-
tia Religionem ingrediatur, non poteſt
dici, velle retinere diuitias, vel alienum
apetere, ideò inuerisimile eſt, quod per
25 diſpoſitionem teſtatoris retrahatur ab
ingreſſu. *Peregr.variar.iur.lib.*6.*nu.*82.
verſ. *Qua ſanè ratio*. *Turret.conſ.*4.*n.*25.
*lib.*3.*Oddus conſ.*19.*nu.*22. *Scaccia d.cap.*
11.27. verſ. *Vnde Rimin. Iun. conſ.* 270.
nu. 56. vel per diſpoſitionem Statuti ti-
midior fiat, in terminis noſtris poſt alios
*Rebuffus conſ.*141.*nu.*3. *Cancerius d.cap.*
24.*num.* 14. maximè cum ei non ſit ſu-
blata facultas diſponendi ante ingreſ-
ſum, prout vult in terminis noſtris *Lan-
derch.d.conſ.*74. *num.*29. verſ. *Et de iure*
26 *Rimin.Iun.conſ.*85.*num.*30.*ſeqq.* quam-
quam etiamſi allegatus effectus aliquo
caſu ſequi poſſet, talis tamen euentus
non præuiſus à teſtatore ſtatuentibuſue
diſpoſitiones ipſorum non redderet in-
ualidas cum ipſi aliud principalitèr in
intentione habuerint, vt de teſtatorum
diſpoſitione poſt alios *Turretus d.conſ.*4.
*num.*26.*& conſ.*74. *num.*11. *lib.*2. *Fuſar.
d.quaeſt.*429.*num.*25. verſ. *Ad ſecundum*.
*Io.Paul.Duran.d.cap.*3. *nu.*17. *&* 31. & de
Statutis noſtro ſimilibus *Rimin. Iun. d.
conſ.*85.*num.*24.*ſeq.Olibanus d.cap.*7. *nu.*
37.*ſeq.Cancerius d.cap.*24.*num.*11.

Hæc autem diſputatio validitatis Sta-
tuti, & clarius fauore Fiſci determinan-
da eſt, quod cum illius diſpoſitione con-
currit obſeruantia quotidianis exemplis
notoriè probata, & rebus iudicatis, vt
obſeruat *Carpan.* ad illud, & ante eum
Aleiat. & poſt Bimius conſ. 125. *num.* 1.
neque neceſſe eſt ad talem obſeruantiam

rem

rem contradictorio iudicio obtentam, quia verisimile est casum euenisse exclusionis Monachi non docto de Statuti inobseruantia, vt in terminis *Æmilius cons.1 num.26.* Receptissimum est autem
27 Statuta, quæ de facto seruantur, censenda esse, ac si de iure valerent, & omninò executioni esse, mittenda, vt non digrediendo ad alias materias in terminis nostris post alios tradiderunt *Peregrin. cons. 55. num.8. lib.6. & variarum iuris lib. 6. num.77. Bardellon.d. cons.56.num.4.et 5. Laderch. d. cons.74.num.29. Papponius d. cons.60.nu.fin.* vers. *Accedit. Pedroca cons. 36.num.234 seqq.& Cauagnol. d.consult. decis.8.nu.5.ad 8.lib.1.* potissimùm verò, cùm causa apud laicos Iudices agitatur, qui de validitate Statutorum mouere non possunt quæstionem aduersus superiorum auctoritatem, à quibus habent iurisdictionem. *Aldouinus cons.1. num. 119.Pedroca cons.36.num.233. Peregrin. cons.6.num.6.lib.2.* Conualidantur enim per obseruantiam Statuta, *Peregrin.cons. 20.num.38.seq.lib.4.* maximè stante Statuto, quod de inobseruantia Statutorum opponi non possit, vt in terminis nostris *Rimin. Iun. d. cons. 85. num. 38. seqq. & cons.493. num.39. seqq. Pedroc. cons. 33. num.237. euiusmodi est Statutum Mediolani vol.2.* 172. *et* 176. pænam infligens actori ammissionis actionis, & alios graues Aduocato alleganti, & Iudici admittenti exceptionem inobseruantiæ Statuti; Nec dubium quin ex tali obseruantia inducta consuetudo validè excludat Monacos, cùm qui simplicitèr de Statuto dubitant DD. validitatem admittant cõsuetudinis excludentis Monacos à successionibus, vt in terminis post alios tradiderunt *Bardellon. d. cons. 56. num.6. Fusar.d. q.429. num.83. Gallus de exceptionibus testati, et intestati par. 2. tit.4.except.28. num.242. seq. Io. Philipp. Mainardus de priuileg. Eccles. art. 22. num.88.*

Postremo dubitandum non est, de validitate istius Statuti, non modo quia ex iurisdictionalibus controuersijs Romæ scriptis habitis emersit intactum, sed
28 etiam quia huiusmodi Statuta, & constitutiones passim vigent non modo excludentes ingressum à successionibus alicuius, sed etiam priuantes proprijs bonis, vbi non disposuerit, & DD. super ijs scribentes validas asserunt, & efficaces.

Pisis adest Statutum, quod Monacus concurrens ad successionem Patris cum alijs non habet vltra libr. 150. &c. de cuius validitate *Papon cons.60.*

Patauij adest, priuans ingredientem proprijs bonis supra libr. 200. &c. & inhabilem reddens super quo *Peregr. cons. 105.num.7.lib.3.et latius cons.55.num.7. et 8.lib.6.et decis.73. num.10.et Variar. Iur.lib.6.num.77.*

Ticini Statutum 95. in Ciuilibus excludens nominatim filias professas, de
29 quo Tortus ibidem.

Venetijs, quod bona ingredientium non acquirantur Monasterijs, de quo *Simon. de Pratis cons. 39. num. 9. & 10. cent.1.*

Brixiæ non dissimile à nostro, de quo *Fusar.d.qu.429.num.82. Ferraria de quo Landereh.d.cons.74. num.29. Rimin. Iun. cons.493.nu.36.ad 43.et cons.351.nu.30. 116.et seq.*

In Cathalonia non multum diuersa Regis Iacobi priuilegia, de quibus *Fontanella de pactis nuptialibus tom. claus.4. glos.2.num.37.seqq.Cancerius. d. cap.24. num.10.seqq.& d.cap.11 num.187. seqq.*

In Sabaudia magis præcisa constitutio, de qua *Faber. deffin.2. et deffin. 44. C. de Sacrosanct.Eccles.et Iacob.Ferrer.ad Io. Steph.Duran.quæst.6.in addit.in fine* vers. *porro Sabaudia.*

In Gallia similis, de qua ex *Boerio, et Tiraquell. Peregr. dict. lib.6. Variar. iuris num.77. Bardell.d.cons.56.num.5 .vers.Et idem. Rebuffus cons.* 141. *num.* 1. *seqq. et num.3.et cons.179.nu.7. Rouitius cons.44. nu.16.Fusar.d.quæst.429.nu.84. Piaggius de consuetudine quæst.11. num.577. 578. Io.Steph.Duran. d. q.6.* vers. *Ergo si ius ciuile*, vbi per eam sublatam esse ait, quoad propria *vulgat. Auth.ingressi, et quoad aliena vulg. l. Deo nobis, Vasquius d. §. 2. nu.36.Christinæus loco proxim.allegando.*

In Germania similis, de qua *Christinæus* ad leges municipales Mecliniæ *tit. 10.art.8.num.5.pag.mihi* 484.*col.2 Vasq. d.§.2.num.36.*

In

In Belgio similis ex edicto Gloriosiss. Imperatoris nostri Caroli V. de quo Christinæus in additamentis ad *d. art. 8. num.6.pag.80.col.2.*

Rauenæ etiam simile Statutum vigere ex eius Statutis apparet.

Vt proindè non videtur vllo modo de nostri Statuti validitate dubitandum, quæ latiùs deducta sunt, quod hoc Statutum frequentissimè ab Ecclesiasticis oppugnatur, quod tamen semper voluisse Senatum Quæstoresque potissimum seruari, vti laicæ iurisdictioni, Regioque Fisco quoad bona vtilissimum testatur Senator Hieronymus Montius Auus meus in suis notis ad d.Stat.284.

Quod attinet ad Statuti intelligentiã, secunda illa obiectio, qua declinatur efficacia Statuti, illud ad Religiones dumtaxat incapaces restringendo, nullus momenti est: si quidem omisso, quod per professionem quis adeò dicitur mortuus
30 sæculo, vt mors naturalis in eo nihil plus operari possit, etiam si Religio in communi capax sit, vt post alios *Martha voto 77. nu.26.* omissoque, quod non est probata in facto talis Religionis capacitas planum est, in nostro casu cessare rationem, quæ in terminis iuris communis affertur, distinguentem Religiones capaces ab incapacibus, quod videlicet mors ciuilis eosdem effectus non operatur, vt per *Surdū* allegato ex aduerso *cons. 238. nu.4. in fine*, quia Statutum per modum regulæ, & generalis adæquationis, quoad omnes effectus mortem Ciuilem, æquiparauit naturali, ideo cum DD.non negent de iure communi talem professum Religionem capacem ciuiliter esse mortuum, qui terminus sufficit ad inducendam Statuti dispositionem; Disputatio illa iuris communis, an mors ciuilis eosdem effectus operetur, sublata est per Statutum, per modum regulæ æquiparans mortem Ciuilem naturali in omnibus, & per omnia, vt post alios *Mascard. de generali Statutorum interprat. concluf.4.num.189.* nihil obstante, quod correctio iuris communis sequatur hoc in specie Monasteriorum capacium, quia æquiparatio generaliter per Statutum fit in eadem materia, in eodem Statuto, & ex eadem ratione, vt per eundem *d.concl.4. num.192. 197. 199. 200.* Idq; important illa verba, *in omnibus, & per omnia*, quæ mutuam communicatio-
31 nem omnium effectum iuris important substantia remanente, ad *Tex. in l. 1. ff. de leg. 1.* Vbi DD. & elleganter ponderat *Turaminius singulari libello de exequutione legatorum, et fideicommissorum cap. 6.num.11.iuncto cas.9.num.4.et 11.* latè post alios *Martha de clausulis par.1.clauf. 62.per tot.et part.3.clauf.42. num. 1. et 2. Barbos.clauf.31.per tot.* quamquam etiam si æquiparatio non esset adeò ampla, & Generalis ipsa ratio Statuti induceret eundem effectum, quia militat efficacius aduersus capaeia Monasteria, quàm aduersus incapacia; communiter autem receptum est mortem ciuilem operari effectus naturalis, non solùm vbi casus à iure decisus est, sed etiam vbi eadem viget ratio dispositionis, vt post alios *Castillo quotidianar. controuersiar. tom. 1. cap. 12.num.24.et seqq. ad 30.* Ideoq; generalitèr, & indistinctè ex ratione ista, quia mortui sint, Constitutionem Galliæ procedere asserit *Rebuffus d. cons. 141. num.2.vers.ratio.*

Sed vnica consideratione conuincitur Statuti dispositionem includere Monasteria capacia, etenim certum est legis professionem frustra non esse, sed eò spectare, vbi necessaria est, planè secundum partis aduersæ intellectum, frustatorium esset Statutum, quia ingrediens religionem incapacem ipsa religionis constitutione regulatur excluditur, nec
32 Statuto opus est, fictioque hæc, quod in omnibus, & per omnia habeatur pro mortuo, sine necessitate induceretur; quàm tamen fictionem frustra, & sine causa induci non posse affirmat *Costa de retrotract.cap.4.num.1.* operari igitur, vt aliquid dicatur, ad eum casum Statutum referatur, qui de iure communi deffinitus non erat contra ingressum, vt in simili de renuntiatione latè probat *Pratcus post ad d.consilia cons.vnico nu.40.vers. quarto, et seq.* hocque ipsum confirmant Statuti verba.

Non admittatur ad partem, nec faciat partem,

Quæ

Quæ cum operari debeant effectum suum successiuum respectu casuum post ingressum purificandum, clarum est in priuatione supponere habitum, & sic capacitatem, potentiamque succedendi. *Montepicus conf. 97. nu. 86. Surdus conf. 385. num. 64.* sed, & hoc euincunt rationes impugnantium Statutum, quæ quadrare non possunt Statuto excludenti solum ingressos religiones incapaces, quia tunc conforme esset iuri communi
33 Canonico regulæque, & sic casus dubitabilis non esset, quia autem capacia Monasteria excludit, quæ exclusio ius Commune corrigit, nec ad constitutiones religionis referri potest, validitas reuocatur in dubium, quia priuatio possit retrahere à religione, & videatur Eccles. lædere libertatem; id ipsum confirmant DD. validum asserentes, qui id disputant in terminis religionis capacis, & aufferri posse bona affirmant ex Statuto. Postremò hic sensus in praxi receptus est, & iudicatum semper fuit statutum operari contra Monasteria capacia siuè de Iure Communi, siuè ex priuilegio, vt per *Carpan. ad d. stat. num. 3. 7. & 10.* nihil obstante consideratione per eundem deducta à superfluitate *stat. 285. lib. 1.* quia per seruit, cùm illud statutum satis, superque operetur ex solo ingressu inducendo præsumptionem actualis dotationis; Nec obstat distinctio Cauagnolij, quod statutum restringendum sit ad Religiones capaces ex priuilegio, vt statutum minus corrigat ius commune, nam præterquam quod mera hæc diuinatio est, nec apparet ratio, cur ad vnam magis speciem Religionum, quam ad aliam statutum referri debeat, nec constet in facto quomodo præsenti casui applicetur, cum de Religionis huiusque natura nundum liqueat, ratio quæ statuentes mouit, adeò certa est, & efficax, vt omnes capaces feriat, nec veniat tollendo tantum priuilegia, & generalitas statuti repugnat verbis geminatis. In omnibus, & per omnia, successionem tollens propriam; & alienam in totum, & in parte, ad proprium commodum, vel alterius; & cum contra ius commune disponat, ad illud reduci non debet, nec ab eo recipere interpretationem, vt facilè hæc probari possunt ex Mascardo de generali statutorum interpretatione *conclus. 2. nu. 226. et seqq. nu. 240. et seqq. num. 246. et seqq. nu. 251.*

Tertia obiectio facilè diluitur, considerando rationem statuti, cuius effectus non sequeretur si Monaco excluso Monasterium caperet, nec enim conditum est in penam ingredientium Religionem, sed in fauorem laicorum, quibus voluit
34 remanere bona, vt per *Vasquium* loco allegato, ideo prouisio statuti, vt & cæteræ prouisiones conuentionales renuntiationum intelligendæ sunt eo consilio factæ, ne bona ad Monasterium perueniant, *Rouitus d. conf. 44. num. 14.* quia renuntiatio, & mors æquiparantur *Theodor. illeg. 1. num. 16.* optimum autem medium statut. elegit, mortis naturalis effectum inducendo, nam planum est Monasterium plus iuris habere non posse, quàm Monacum: ex cuius persona venit, is autem nullum ius habet tunc vti mortuus, nec si prædecessisset naturaliter ante delationem hæreditatis posset dici admittendus, vndè sequitur Monasterij exclusio, ita in puncto *Rouitus conf. 42. num. 17.* cum mortuo legari non possit *Phanut. de inuentario par. 6. num. 89.* Nulli dubium esse potest, quia etiam data, non concessa opinione, quod inuito Monaco hereditatem adire Monasterium possit, Adeat tamen eam ex iure competente sibi ex persona Monaci, siue ei succedat vti heres, vt videntur velle Canonistæ, & post alios refert *Ponte conf. 39. num. 4. & seqq. & conf. 40. num. 2. lib. 1.* siue capiat eius bona vigore subiectionis personalis exemplo errogatorum, vt post alios *Peregrin. variarum iuris lib. 6. num. 68. & conf. 105. num. 6. lib. 3.* quo fit, vt cum tempore ingressus nulla sint iura, quæ capiat Monasterium, & inhabilem iam impotentemq; ex statuto factum recipiat, nulla possit exercere *Æmil. d. conf. 1. num. 22. seqq.* licèt itaque Monachi ministerium fortè in aditione non sit necessarium, attamen persona Monachi in acquisitione nominatur, & sola attenditur, & pro modo capacitatis eius iudicamus de Monaste-

rij capacitate, vt latè, & doctè probat omninò videndus *Ronitus conf. 44. à nu. 19. ad 24.* secundum quod consilium fuit iudicatum: Doctores ideo rationem mortis considerant in Monaco non in ordine ad se solum, sed in ordine ad ipsam Religionem, & Monasterium, quod sicut capere non potest, sublato statuto, ex persona naturaliter mortui Monaci, ita statuto stante non potest capere ex eius persona habita pro naturaliter mortua. Quod si Monaci persona omninò abstraheretur, Fiscus tunc excluderet Monasterium, quod nihil commune habet cum Rubicundo Recalcato mortuo ab intestato, nec illi coniungebatur vllo agnationis, vel cognationis vinculo, quod omninò necessarium est, ad exclusionem Fisci à bonis vacantibus *Peregrin. de Iure Fisci d. tit. 3. nu. 3. lib. 4.* quo genere argumenti ad exclusionem Monasterij vti videtur *Ponte d. conf. 39. num. 9. vers. Si ergo, & d. conf. 40. num. 3. vers. Attendendum.*

Nec omninò tuta ratio est ex aduerso allegata, quod Monasterium inuito Monaco adire possit, nam contrariam opinionem tenuerunt plurimi, quos refert,
35 & sequitur *Angel. conf. 9. & Astor de Guidonibus inter consilia vltimarum volnntatum conf. 151. lib. 1.* qui re ad partes acutissimè disputata communem esse testatur, & nouissimè latè probat *Merenda controuersiarum iuris lib. 4. cap. 7. per totum*, in quo tamen non omninò figo pedes cum disputabilis articulus sit, & videantur contrarium tenere vltra allegatos ex aduerso. *Rimin. iun. conf. 154. nu. 8. conf. 341. num. 8. & Gamma decis.*
36 308. *num. 1.* & communem videatur fateri. *Ronitus d. conf. 44. num. 20.* & apertè profiteatur *Eugenius conf. 42. nu. 30. seq. lib. 2.* sufficit enim ad Victoriam, quod omnes dicunt considerari ius, & personam Monaci, & data eius capacitate bona ad Monasterium peruenire, non verò ipso existente incapaci in terminis statuti nostri *Bardellon. conf. 57. num. 18. & 19.*

Quartam obiectionem tollit statuti ratio, quæ cum eius anima sit, & dispositionis mensura, verba generaliter concepta, generaliter etiam operari debere, persuadet, & sic non solùm respectu successionis ab intestato, sed etiam ex testamento, cum verbum *successionis* æquè ad vtramque referatur, & mors, quoad vtramque eosdem inducat effectus, & ex forma, verbisque Statuti comprehendatur, exclusio erit vniuer-
37 salis, itaut etiam ex codicillis capere nequeat, vt latè deducit *Vasquius d. §. 2. num. 38. seq. & num. 41.* & ex ratione publicæ vtilitatis edictum etiam ad exclusionem testamentariæ successionis conficiendum esse pluribus suadebat Senatus Sabaudiæ eius Duci apud *Fabrum defin. 44. C. de Sacrosanctis Eccles.* Medium etiam à Statuto adhibitum seruit, quia cum pro mortuo naturaliter habeatur, vtique nec capax esse videtur testamenrariæ successionis, quam adire non potest, & ideò Statutum nos-
38 trum Mediolani etiam in casu testati procedere docuerunt *Canagnol. d. consult. decis. 8. num. 8. & 9. lib. 1. consulens in casu Bardellon. d. conf. 56. 57. & Bimius conf. 125. num. 1.* Ità asserens obseruari, & ad casum etiam testamenti plura ex supra allegatis Statutis vim porrigere ex supra allegatis Auctoribus patet. Nec de validitate dubitandum est, quia vis Statuti intelligitur ferri in Subditum nō testantem, qui cum bonis Statuto subest, vt in simili ponderat *Rippa singul. obseruat. 231. num. fin.* Cuius potestatem certum est posse Statutum limitare, vt in terminis nostris *Gail. d. pract. obseru. 32. num. 6. lib. 2.* cui non dicitur Statutum adimere hoc casu iuris communis benefitium, sed voluntatis laici sibi subditi, circa quam dubium non est, Statutum posse disponere, vt in terminis *Papon. conf. 66. num. 24. & seq. ad 28.*

Nec obstat, quod disputabilis maximè opinio sit, an Statutum in causa intestati loquens trahatur ad causam tes-
39 tati, quia locus non est in nostro casu, Statuto generaliter loquente de successione, nec se restringente ad casum intestati.

Nec à rubrica argui potest, quia restringere illa generalitatem Statuti nequit, stantibus Statutis Mediolani, quod

rubricæ Statutorum non disponant, & quod Statuta seruentur, vt iacet littera, vt in Statuto 173. & 74. vol. 2. patetque
40 id expressè ex Statuto 280. & 282. vol. 1. quorum dispositiones etiam in casu testati operantur, licèt positæ sint sub eadem rubrica successionum ab intestato, sub qua positum est Stat. 284. de quo disputamus.

Hæc ex abundanti dicta sunt; in facto enim non apparet, qua via testamenti mentio, iusq; deducantur in hoc iudicium, cùm certum sit Rubicund m Recalcatum intestatum decessisse, & dictam Reuer. Monachum eius hæreditatem vti ab intestato sibi delatam adijsse. Nam testamentum vxoris dicti Rubicundi nihil iuris tribuere Monaco potest, tum ex his, quæ dicta sunt supra proximè, tum quia cum dicta mulier hæreditatem mariti non adierit, sed declarauerit positiuè, vt supponitur nolle eius esse heres, & Reu. Monacum varijs contractibus heredem mariti ab intestato agnouerit, de bonis à se non acquisitis, nec ad se vllo iure spectantibus non potest dici disposuisse. Additur, quod de istis bonis testata non dicitur, cùm de suis tantum fecerit mentionem in institutione, & in dispositiuis; & licèt videatur præf. Rubicundum voluisse Monacum heredem esse bonorum suorum post mortem ipsius vxoris, & ideò se velle pro exoneratione conscientiæ suæ id declarare; attamen hoc propositum non transit in dispositionem, & hæc protestatio præcedentibus factis contraria illa non potuit sustulisse, cum iam ab intestato Monacus Rubicundo se heredem dixisset, & vxor repudiasset hereditatem, vt vulgata iura docent.

Postrema obiectio, quæ ex quinto, & sexto partis aduersæ argumentis conflatur, nullius momenti est: etenim rationem Statuti retinendo, patet non fuisse in consideratione Statuentibus peculiarem
41 fauorem attingentium Monacum sanguinis nexu, nec simpliciter fratrum illius, aut agnatorum, sed publicam vtilitatem ex conseruatione bonorum in subditis orientem, cui aduersatur quæcunque Monaci admissio, siuè viuentibus agnatis sequatur, siuè post mortem omnium; proinde intelligendum est ex forma Statuti volentis mortuum ciuiliter haberi in omnibus, & per omnia pro mortuo naturaliter, non esse exclusionem suspensiuam, vel vt ita dicam prælatiuam, cuiusmodi est fœminina non
42 stantibus masculis, sed extinctiuam, & abdicatiuam iuris in Monaco, eodem plane modo, quo per mortem naturalem inducitur. Patet id exemplo fœminæ, quæ exclusa per Stat. 278. & seq. per masculorum existentiam, ipsis defunctis admittitur per Statut. 286. lib. 1. Cùm tamen ciuiliter mortuus per Statutum quasi naturali morte confectus nullius Statuti pharmaco reuiuiscat. Hinc ideò rectè per huiusmodi Statuta, vel consuetudines intuitu professionis inductam exclusionem, siuè inhabilitatem perpetuam dixit, quia vitio subiecti, non fauore alicuius oritur *Christinens ad leges municipales Mechlinia tit. 11. art. 3. n. 27. pag. 513.* Censetur enim inducta, vt numquam is mortuus ciuiliter illa habeat bona, vt de renuntiatione dicit *Rouitus d. cons. 44. num. 14.*

Isthæc autem exclusio voluntati morientium consona est, qui cum possent aliquo modo diuersam à Statuto voluntatem suam esse, testando demonstrare, intestati decedentes Statuti dispositionem extinctiuam videntur tacita voluntate pro testamento elegisse, vt in simili
43 circa renuntiationem pōderant *Vasquius de successionum Creat. lib. 2. §. 18. nu. 119. Rouitus d. cons. 44. num. 10.*

Cùm autem Statuti ratio publicam respiciens vtilitatem, vt in subditis onera tenentibus bona conseruentur Fisco etiam aptetur, cuius subditum interest
44 esse pecuniosum, ne eius ęrario deficiente in subditos omnes expensæ deriuent, vt benè aduertit *Alciat. in l. 1. num. 46. ff. soluto matrimonio*, quippe bona non retinet, sed subditis rursus vendit, quod in Monasterijs nō accidit, nihil est, quod suadeat dicere Statutum etiam eius fauorem non amplecti, cum Fiscus nec ob locum, nec ob personam, quam repræsentat, sed ob publicam causam, & vtilitatem, quam præfert, si fauorabilis, vt

post

post alios *Gaitus de credito cap. 4. quæsito 11. num.1702.& 1710.*

Quin si Statutum attentius perpendimus: Primo occurrit nullius particularis personæ contemplatione, nec agnationis fauore factum esse, cum non modo
46 prohibeatur, *ne admittatur* mortuus ad partem, sed etiam *ne faciat partem*, quod tamen non paucis casibus poterat esse vtile agnationi, fratribusq; quorum fauore faceret partem. Deinde occurrit illud, quod dispositio Statuti procedit etiam quo ad successionem eius, & sic priuat bonis proprijs ingredientem, qui non disposuerit, quod in alia causa alias
47 memini latissimè probauisse; & tamen nullum facit eius hæredem, nec in textu, vel rubrica vlla mentio est agnatorum, vel cognatorum, vnde quoad non disposita per Statutum intrat iuris Communis dispositio hæredem faciens Fiscum. Tertio occurrit vniuersalitas verborum, *in omnibus, & per omnia*, quæ effectus omnes iuris inducunt, vt supra
48 dictum est per mortem ciuilem, quos inducit mors naturalis, inter quos est successio Fisci. Postremo occurrit exceptio facta à generalitate Statuti mortis inducta per delictum, vel occasione delicti, quæ exceptio fauore Fisci emanans demonstrat sub regula in cæteris casibus ad Fiscum pertinentibus generalitatem Statuti fauore Fisci operari; vulgatum
49 enim est, exceptionem firmare regulam in non exceptis, & clarissimè ostendere, quos regula comprehendat, cum de eius natura sit, vt de regula esse dicatur, iuxta tradita per *DD. in l. 1.* vbi latè *Decius, Cavagnolius, & Mainerius ff. de regulis iuris*, & bene per *Mandosium cons. 13. nu. 7. seq. Marcharium cons. 5. num. 39. Marcob. cons. 85. num. 7. seq.* quo genere argumenti in Statuti interpretatione vtendum docent *Euerardus in loco ab excep-*
50 *tione ad regulam, et Bertazolus cons. ciuili 56. nu. 27.* Ideò auus meus Senator Hieronymus Montius in suis notis ad dictum Statutum rationem reddens dictæ exceptionis, eam esse affirmabat, quia generalitate Statuti Fiscus, vt in fauorabilibus cuiusmodi est casus, de quo agi-
51 mus, ità in odiosis etiam diceretur comprehensus, & sic ad similitudinem testatorum priuantium hora præambula delicti Fiscus confiscare bona nunquam potuisset, & dum de obseruantia huius Statuti testatur, dicit Senatum, & Quæstores semper voluisse hoc Statutum seruari, & ne cum ratione desit decisio in terminis fauore Fisci, dico sufficere exclusionem Statuti generalem, nam cum ratio eius Fisco non repugnet, & Fiscus vtatur iure priuatorum, non potest dici à Statuto exclusus, & ideo sicut per dictum Statutum aperitur via excluso Monaco agnatis, & cognatis sequentibus in gradu, ita illis non existentibus, vel non adeuntibus aperitur via Fisco post illos succedenti, ita in simillimis terminis ratiocinatur, latè probans *Scipio Theodorus alleg. 80. à num. 30. ad 34.* quin etiam si factum esset Statutum principaliter fauore familiæ, non autem taxatiuè, non est prohibendum Fisco, quia in quandam necessariam consequentiam familia non capiente, ipse vtendo iure communi capiat, vt in terminis probat, & decidit Senatus Sabaudiæ apud *Fabrum definit. 30. C. de Episcop. et Clericis*.

Ex quibus omnibus putat Fiscus clare patere, Statutum istud 284. vol. 1. validum esse, & efficaciter excludere Reu. Don Nicolaum, eiusque Monasterium, Fiscoque vacantem Rubicundi Recalcati hæreditatem, eius etiam virtute deberi. Hæc tamen omnia S. Matris Ecclesiæ Censuræ nunquam erranti volens, Iubensque subicio.

Et ita hoc anno 1671. iudicauit Consilium Secretum contra Reu. Suor Mariam Teresiam sororē defuncti D. Com. Ioānis Mandelli, eam excludendo ab huius successione ab intestato: audio tamen non defuisse suffragia contraria.

Responsum VI.

Pictorum antiquitas, nobilitas, & decus adductis primùm ex iure ciuili, & ex historijs; deinde ex omni antiquitate testimonijs comprobatur.

SVMMARIVM.

Decreta Collegij DD. Causidicorum Mediolani num. 1.

Afferuntur leges, & Auctores de pictura loquentes num. 2. & 4.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



ECRETA Collegij DD.Causidicorum Mediolani ita loquuntur.

1 *Ipse, & pater infamiæ maculam non sit passus, & artem vilem, seù reprobam non exercuerit; nec in publicis officinis artem, quamuis non vilem, fecerit, & vtili ministerio etiam magnis viris non inseruierit.*

Quæritur à me an Domino N.qui petit in hoc Collegium cooptari officiat ars pingendi, in qua pater excelluit, qui sub Procaccino pictore celebri, intra domesticos parietes rudiméta posuerat.

Respondeo non officere; tum quia pater, nec in publicis officinis versatus est, nec officinam aperuit; tum quia hodie pictura, vel liberalitas est, vel certè liberales ad artes propè accedit; ideoq; inter viles numerari non potest.

Probatur responsum meum primo loco per §. *si quis in alienà tabulà pinxerit.*34. *Instit. de rer. diuis.* ex quo picturæ nobilitatem, & excellentiam colligit ibi *Picciardus*, & benè; nam cum supra Imperator in §. *si tamen* 26. statuisset purpuram alienam vestimento
2 intextam licèt pretiosior sit; *tamen accessionis vice cedere vestimento:* itidem litteras aureas perinde chartis, membranisque cedere, ac solo cedere solent ea quæ ædificantur, aut seruntur, vt in *l. qua ratione 9.§.1.ff.de acquir.rer.dominio, & in §. littera quoque* 33. *Institut. de rer. diuis.*& quod magis est, gemmas inclusas argento, auroque his cedere, vt *in l. cum aurum 19.§.perueniamus 13.ff.de aur. argento &c. leg.* & gemmas cedere etiam phialis, & lancibus, & coronis mensarum, *vt in §.sequenti*; contrarium nihilominus statuit in pictura, voluitq; tabulam picturæ cedere, & sic abrogauit dictæ *l.qua ratione §. sed non vti 2.& l.in rem 23.§.sed & id 3.ff.de rei vindicat.* quibus in locis Paulus, & Caius contra responderant.

Secundo loco per *l.8.C.de metatis, & epidemeticis*, cuius verba sunt hæc.

Archiatros nostri Palatij, nec non Vrbis Romæ, & Magistros litterarum pro necessarijs artibus, & liberalibus disciplinis, nec non picturæ professores (si modò ingenui sunt) ospitali molestià quoad viuent liberari præcipimus.

Ex quo loco, pictores esse nobiles infert *Cassan. in Catalogo gloriæ Mundi p. 11. consid. 44.*

Lucas de Penna ibi in verbo *professores*, vbi affert exempla Iocti Florentini (quē laudat etiam *Petrarcha Epistola 17. lib.5.*) & Lucæ Adriani, qui claruerunt.

Idem docent *Emanuel Barbosa in remiss. ad ordinat. Regni Lusitan.lib.4. tit. 92.* quem laudat, & sequitur *Pereira decis.Portugal.113.ar.2.ad seq.* & rationibus contrarijs cumulatè respondet.

Philippusque; Muñoz Lusitanus in tractatu de arte poetica, y de pintar titulo dos lauores de Pintura.

Budæus in l. Athletas ff. de his qui not. infam. Benè *Donellus lib. 4. commentar. cap. 26.*

Pictorum verò nobilitatem, præ cæteris illustrant verba citatæ legis *si modò ingenui sunt*; ea namque referuntur ad eam sanctionem, qua cautum olim
3 voluere Græci, atque Romani ne serui picturæ operam darent, vt videre est apud *Plin. lib. 35.cap. 10. Marinum in oratione prima de picturà; Cælium Calcagninum*

gninum in encomio artium liberalium.

Hisce addo *Tiraquellum de nobilit. cap.* 34. *nu.*4. *&* 5. vbi se in laudes huius artis effundit, eiusque nobilitatem testimonijs comprobat.

Don Ioannem *de Butron*, I. C. in apologia pro ingenuitate picturæ Matriti causa anno 1626. qui largè, & eruditè scripsit.

Plinium natur. Histor. lib. 35. vbi tam eleganter antiquitatem, honorem, & miracula picturæ prosequitur, vt instar omnium sit.

Galenum in exhortat. ad bonas artes in fine, vbi inter honestas, & liberales, quę ratione constant, picturam recenset.

4 *Tullium in Bruto*, vbi Fabium pictorem nobilissimum vocat, qui tamen ædem Salutis pinxerat, vt narrat *Plinius d. lib.* 35. *cap.* 4.

Laurentium Vallam, qui in præfatione suarum elegantiarum picturam artibus liberalibus proximam collocat.

Cardanum de subtilitate lib. 17. *de artibus*, vbi picturam *subtilissimam, & nobilissimam* appellat, *nam pictorem omnia necesse est scire, quoniam omnia imitatur*, additq; philosophi nomen ei conuenire.

Philonem Hebræum in libro de somn.

Gerardum Ioannem Vossium de quatuor artibus popularibus cap. 5. vbi picturæ decus in bono lumine ponit; eam cum Poesi comparat, imò etiam præfert, paremque facit Historiæ.

Nimirum interest nihil picturam inter & Poesim, estque passim eruditorum in ore vox illa Symonidis; picturam scilicet esse tacentem Poesim, & Poesim, loquentem picturam, vt legimus apud *Plutarchum de audienda poetica*; *Politia-*

5 *num in præfatione in Homerum*: *Erasmum in adagio, muti magistri* in fine; *Cælium Rhodiginum lection. antiq. lib.* 7. *cap.* 3. ante finem; & eruditè docet *Bulengerus de picturà cap.* 1. & fusè *Antonius Posseuinus de pictà poesi*.

A quà sanè comparatione nō abludit Epictetus philosophus, qui ab Hadriano Imperatore interrogatus quid esset pictura, respondit esse *veritatem falsam*.

Hanc verò mutuam Poeseos ad picturam relationem, fusè, & eruditè adeo demonstrauit *Franciscus Iunius de pictura veterum lib.* 1. *cap.* 4. vt nihil addi supra, nec posse quisquam videatur manum ponere tabulæ huius Apellis.

Picturam etiam loqui dixit *Rhodiginus lib.* 29. *cap.* 24. ante fin. vers. *cæterum*, & pictores filios esse Poetarum, ait eruditissimus *Barthyus aduersar. lib.* 6. *cap.* 26.

Et optimè de picturà sensit *Cassaneus d. considerat.* 44. dum scripsit eruditionem maximam præseferre; cum Poetis, & Oratoribus habere commercium; rem magni ingenij esse, & diuinam propè cognitionem attingere.

Et sanè si vt inquit *Diuus Thomas de regim. Princip. lib.* 1. *cap.* 2. *tantò magis opus artis est melius, quantò magis assequitur similitudinem eius, quod est in naturà*: nullum vtique nobilius erit artis opus; nullum ingenuo homine, & Principe etiam dignius, quàm opus picturæ, quod tàm proximè ad naturam ipsam accedit, vt aues non modo, sed & homines fallat, quemadmodum legitur apud *Plinium laudato libro* 35. *cap.* 10.

Ingeniosè verò *Bulengerus de pictura cap.* 3. dixit picturam esse viuorum propagationem, & mortuorum restitutionem; quod certè dictum iurè, ac meritò

6 vsurpari debet de Raphaelis Vrbinatis picturis, quibus inuidisse quodammodò natura videtur, dum vt cecinit *Vrsinus* non ignobilis *epigram.* 12. *lib.* 1.

Miratur, cupidèque inhians velut ebria, visus

Natura in blandis sistit imaginibus.

Enim verò quod nam est obiectum præstantiùs, quàm pictoris optimi tabula? Contemplemur quæso cum *Guinisio* alijsq; vt paulatim sese offerant, hinc extremorum finitiones, turgensq; blandè superficies; hinc varietates, & argutiæ vultuum; hinc recessus, ac depressiones vmbrarum, & ab his exultantia lumina; hinc suauissimè inducti, & variè temperati colores. Contemplemur, vt scitè vmbras cuique corporum eminentiæ pictor affinxerit; vt quæ sub oculis sunt, longinqua simulauerit; vt longinqua in proximo statuerit; vt in cauo plana mensus fuerit; vt in plano rotunda, in

directo,

directo; in directo obliqua; in arcto ampla, in æquo prærupta adumbrauerit?

7 Iustè igitur doctissimus *Connanus comment.iur.lib.3.cap.6.folio* 150.eo nomine picturam præfert scripturæ, quod *magis ad rerum verarum naturalium que similitudinem accomodatur, & eas oculis tanquam præsentes offert*.

Quo pertinet illud Platonis in Phedro *Pictura opera tamquam viuentia extare; si quid verò rogaueris, verecundè admodum silent*.

Hinc apud *Lucianum in bis accusato*, pictura in Pirrhonem, vt transfugam, & desertorem inuehitur, quia pictura relicta, animum ad Philosophiam appulisset.

Probatur secundo loco, quia ars vilis, de qua loquitur statutum, ea est, quæ communi ciuium existimatione, talis habetur, vbi exercetur *l.1.§.1. in fine ff.de muner. & honor.Bartol.in l.1.C.de dignit.*
8 *lib.10. Guttierez.pract.qu.137.nu.7. Tiraquel.de nobil.cap.10.& cap.34.num.31. Menoch.cons.552.sub num.6.lib.6. Carpan.ad statut.414.num.9.vol.1.*

Atquì apud nos, pictores, qui officinas publicè non aperiunt, non solùm non sunt viles, sed potiùs in honore sunt; nec dedignantur Principes, crucem illis in pectore defigere, & caractèrem nobilitatis imprimere; imò Summus ille Pontifex Raphaelem Vrbinatem in Cardinalium numerum referre decreuerat, nisi mors illi tantum honorem inuidisset, vt testatur *Vasarus* in eius vita: igitur Pictores non compræhenduntur Statuto *artem vilem, seu reprobam* excludente.

Eoq; minus dum particula illa *seu*, accipienda est coniunctiuè, ita vt ars non simpliciter vilis sit, sed etiam reproba, vt sumatur illa interpretatio, quæ magis fauet candidatis; sic probat *Bonacina de legibus disput. 1. qu.1. puncto* 8. *num.29.* auctoritate etiam *Ioannis de Salas, & Azorij*.

Nec objiciat, quis ex *Bodino de Repub. lib.3. cap. 8. pagina mihi 562. & ex Dusa in itiner. Constant.* sordescere picturam Hebræis, & Turcis, & ex *Platone de legib. dialogo* 2. Ægyptijs pictoribus non li-
9 cuisse figuras rerum vllas ducere præter patrias.

Respondetur enim illos Hebræos esse; hos verò Turcas: quamquam à Meemethe secundo (vt legimus apud *Iouium in eius vita, & apud Sabellicum lib.9. dec.3.* equestri dignitate, amplissimisq; muneribus ornatus, & donatus fuerit Gentilis Bellinus Pictor à Rep. Veneta Constantinopolim missus: Ægyptios verò politicis potius rationibus ne luxus inueheretur in Patriam, quas nunc euoluere præsentis instituti non est, quàm odio artis motos fuisse.

Quo enim iure præstantissimæ arti notam hanc inuremus? Non ne siquidem illa est; qua diuinus ille Plato, & etiam Athenienses supra cæteros studiosi nobilitatis; qua Socrates alijq; philosophi; qua *Nero, Valentinianus, & Alexander Seuerus* Imperatores summoperè delec-
10 tati fuerunt? testes sunt *Laertius in Platone, & Alex. ab Alexandro genial. dier. lib.4.cap.14.* & ibi *Tiraquellus litt. G. & Bulengerus de pictura lib.pr.cap.3.* non ne illa, quæ Homerum dicitur habuisse magistrum in celeberrimo Achillis clypeo?
11 testis est *Politianus in præfatione in eundem Homerum* (quamquam pingendi artem multo ante bellum Troianum viguisse (quidquid contra *Plinius adstruat lib.5.cap. 3.*) ex *Æschilo* probat *Tarquinius Gallutius in Virgilianis vindicationibus lib.1.loco 7.* vbi etiam quærit de in-
12 uentoribus picturæ; De quibus etiam, ac de picturæ initijs, & antiquitate agunt *Leo Baptista de Albertis lib. 2. & Bulengerus d.lib.1.cap.3. & Ludouicus Demontiosius in commentario de pictura. Polydorus Vergilius libro 2.cap.24.*): non ne illa est cuius certamen publicum Corinthi, & Delphis institutum fuit, vt ad cotem æmulationis magis acuerentur ingenia, quæ nobilissimam artem excolebant? testis est idem *Alexander lib. 5. cap. 8.*
13 Non ne illa, quæ ab Rhodo prohibuit olim incendium; dum ideo victor Demetrius ei pepercit, vt ne Protogenis tabula absumeretur? testis est *Plinius lib. 35.cap.10.& A.Gellius noct.Attic.lib.15. cap.31.* Sed quid plura? ver ipsum, delicium anni pictor est, & Sol ipse pictor

aureus

aureus dicitur à *Taubmanno* ad *Plaut. in Stycho actu 2. scena 3.* in verbo *pinge*.

Quid porrò sibi velint verba illa Sacræ Scripturæ describentis templum Salomonis *lib. 3. Regum cap. 6. & fecit in eis*
14 (scilicet in parietibus templi) *Cherubim & palmas, & picturas varias quasi prominentes de pariete, & egredientes*, interpretibus explicandum relinquo.

Nec minus pictura claret, eò quod totum lumen suum, vmbris acceptum referat, quarum ope flexus omnes corpo-
15 rum, & declinationes apparent: enim verò nobilitatem, & decus vmbræ, doctè adeo demonstrauit *Ianus Dousa in declamatione sua de laudibus vmbra*, vt nihil addi possit.

Seuerè autem, seù stoicè nimis *Seneca in epistola* 88. picturam seiungeret ab artibus liberalibus, quasi ad delicias tantùm inuenta sit, nisi mens, & verba illius dirigerētur ad picturas obscœnas tantū, vt benè explicat citatus *Io. de Butron. discursu* 14. Enim verò dum prælia; dum velitationes; dum gesta tot heroica pinguntur; dum absentium; dum mortuorum ora redduntur nobis ad viuum; dum
16 tot rerum præteritarum, præsentium, & longinquarum etiam formæ, speciesque exprimuntur, quibus vel ad virtutem incitamur, vel à vitijs reuocamur; profectò artificis, non artis per se honestissimæ, atque vtilissimæ peccatum est, si ludicra, si obscœna, si vitiosa pingantur obiecta. Qualia exprimebat *Parrhasij* tabula, quā seruebat *Tiberius*, vt explicat *Beroald. ad Sueton. lib. 3. cap. 44.* nam vt ait *Cicero ad Herren. lib. 2. vitiosum est artem, aut scientiam, aut studium quemquam vituperare propter eorum vitia, qui in eo studio sunt*: Audi *Bulengerum laudato cap. 3. Pictura*, inquit, *est vita memoria, lux vita, testis temporum, nuncia virtutis, mortuorum à morte restitutio, fama, gloriaq; immortalitas, viuorum propagatio, qua facit, vt absentes prasto sint, & varijs, dissitisque locis vno tempore repræsententur.*

Quod verò pictura Diuos expresserit, quos gentes venerantur, maximum id quidem mortalibus donum fuisse censendum
17 *est*, ait *Leo Baptista de Albertis de pictura lib. 2.* in principio; Quodque sacrarum imaginum quasi familiam duxerit amplissimam, quas colit Christiana religio, quæq; tot miraculis illustrantur, non vltima huius artis laus est; Quis autem non obstupescat, dum legit apud *Ioannem Curopalatam, et Matthaum Raderum in viridario Sanctorum ex Menaeis Gracorum* Bogorem Regem ad aspectum tabulæ in qua dies extremi iuditij scitissimè
18 expressa erat, ita cohorruisse, vt Christianus factus sit; vt cætera id genus omittam, quæ sacras implent Historias?

Sed culmen humanarum laudum prætergrediar si dixero Christum D. Nostrum pictorem se exhibuisse, dum se tunc pinxit in linteo, cum eximius pictor à Rege Persarum missus, ipsum effingere frustra tentasset, vt referunt *Ioannes Damascenus de Orthodoxa fide lib. 4. cap. 17. & Nicephorus Calixtus Histor. lib. 2. cap. 7*

Manum igitur de tabula tollo; non tamen prætereo decreta prædicta Collegij, benignissimam interpretationem admittere solere, & debere, vt tradiderunt *Caphalus cons. 237. num. 25. & 26. Bon. de Curtil. de nobilit. par. 6. num. 10.* & probat *Carleual. de Iudic. tom. 2. disput. 3. num. 7. lib. 1. tit. 2.* habita quoque ratione bonæ indolis D. Candidati, nam vt inquit *Velleius lib. 2. optimus quisque nobilissimus est*. Me tamen, &c.

Senatus admitti iussit D.
19 *Carolum Cauenagum referente Senatore Bragherio.*

Responsum VII.

Agitur de supplenda per heredem annua quantitate legata in caussam Missæ quotidianæ, & quæ ex accidenti defecit.

SVMMARIVM.

Proponuntur verba legati num. 1.
Descriptio quam Florentinus I. C. *affert n. 2.*
Perempta specie cuius intuitu legata fuit quantitas; nec ista debetur num. 3.
Particula ex *denotat, legatum esse taxatiuum num. 4.*

Legatum

Legatum taxatiuum à demonstratiuo non facilè distinguitur num. 5. distinctio tamen communis affertur num.7.
Legatum per damnationem quale nu.6.
Cuiacij *verba circa designationem num.8.*
Afferuntur textus in l.si sic legatum 75. §. si mihi,*& in* l.quidam testamento 96. ff. de leg.1 *.num.8.& 9.*
Et citantur pro eadem distinctione Doctores num.10.
Quæ confirmatur num. 11. etiam ex Doctrina Merendæ *num.12.*
Regulariter non tenetur heres idoneum facere nomen debitoris legatum num. 13.
*Quando heres tenetur ad factum perpetuum tenetur manutenere media num.*14.
*Non dicitur testator habuisse in intellectu, quod non habuit in sensu num.*15.
*Designatio quando potius demonstratiua præsumatur, quàm taxatiua num.*16.
In dubio præsumitur demonstratiua num. 17.
*Quomodo, & in quibus casibus liberetur heres cedendo actiones legatario nu.*18.
*Doctores numerantur, qui bene hanc materiam distingunt num.*19.
*Legatum taxatiuum fauore piæ causæ resoluitur in demonstratiuum ex quorundam sententia num.*20.
*Legata pro anima testatoris integra, & præcipua esse præsumuntur num.*21.
*Legati essentia, & vera definitio n.*22.23.24.
*Quando modus adiectus dicatur exequutioni legati, non ipsi legato num.*25.
*Fauor animæ testatoris excludit fauorem hæredis num.*26.
*Decisio num.*27.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Egatum de quo agitur, hisce verbis cōceptum legitur, *agrauo heredes meos ad celebrari faciendum Missam vnam quotidianam in Ecclesia Beatissimę Virginis apud Sanctum Celsum Mediolani;& ad Altare eiusdem Beatissimæ Virginis; Et ad eum effectum infrascripti heredes teneantur manutenere paramenta, & alia necessaria pro dicta celebratione: ad quam*

1 *celebrationem ex nunc eligo D. Carolum Franciscum Annonum fratrem dictorum DD.Iosephi, & Gabrielis; cui Capellano,& aliys,vt infrà,celebraturis dari volo libras quatuor centum Imperiales omni anno ex redditibus illarum librarum decem mille ducentum moneta cambiorum super Ciuitate Mediolani; & cum hac cōditione,quod filius D. Pasqualini* (quem post D. Annonum ad celebrationem elegerat testator*) possit ordinari cum titulo dictæ Capellaniæ*, & quod defunctis DD. fratribus Annonis, & D. Pasqualino patre,electio Sacerdotis *spectet ad eorum heredes*.

Cum autem Ciuitas Mediolani lapsa sit facultatibus, ita vt dictus annuus redditus librarum quatuor centum ex dicta quamuis tota summa librarum 10V200. longè deficiat, quæritur à me pro veritate, an Veneranda Fabrica Beatissimæ Virginis apud S. Celsum,quæ heres vniuersalis instituta fuit, teneantur supplere Sacerdoti quantitatem, quæ deficit; an verò liberetur cèdendo actiones contra Ciuitatem debitricem.

Respondeo, re tota, quoad mihi licuit per imbecillitatem ingenij considerata, & examinatis Doctoribus, qui hanc materiam pertractarunt, teneri heredem supplere.

Quamuis enim pro eo, tria facere videantur argumenta.

Primum nempè, quod legatum non aliud esse videatur, quàm *delibatio hereditatis, quæ testator ex eo, quod vniuersum heredis foret, alicui quid collatum velit, vt dixit Florentinus in l. legatum 116.ff.de leg.1.*:quare cum voluerit testator dari Sacerdoti libras annuas 400. ex redditibus illarum librarum 10V200. super Ciuitate Mediolani, videtur propterea diminuisse,seù delibasse ab hereditate hanc speciem, eamq; taxatiuè considerasse, & legasse in caussam præmissam; itaut quantitas, quæ intuitu speciei legata fuit,non debeatur si species deficiat;
3 ex doctrina *Modestini in l. omnia* 32. §. *species ff. de leg.2.*

Secundum,quod clausula illa *ex redditibus illarum librarum 10V200.* denotet legatum taxatiuum esse,ex propria quasi significatione particulæ *ex*: cum quæ

præcisè

præcisè loquuntur textus, & DD. citati per D. Præceptorem meum *Merendam*
4 *in controuerſia* 37. *lib.* 17. præſertim *nu.* 1. *&* 5. & ſignanter *l. Lucius Titius* 12. *ff. de alim. & cibar. legat. l. nomen debitoris* 33. *§. vni ex heredibus ff. de leg.* 3. *l. Firmio* 26. *ff. quando dies legati ced. l. inter ſtipulantem* 83. *§. Sacram ff. de verb. obligat.*

Tertium, quod in dubio ea capienda ſit interpretatio, vt minus heres grauetur; maximè cum æquè fauorabilis videatur huius cauſſa, quæ pia pariter eſt, atque illa legatarij, dum vtraque ſuffragatur animæ teſtatoris.

Nihilominus fortiores mihi ſunt rationes, quæ pro ſupplemento legati militant contra heredem.

Prima ſit, quia licèt *Merlinus Pignatellus contr. forenſ.* 82. *cent.* 2. dicat nullam in iure definitam eſſe certam regu-
5 lam ad diſtinguendum legatum taxatiuum à demonſtratiuo; ob varietatem legum, quas ille ibi ponderat; adeo, vt veritatem quærenti, nulla tutior aperiatur via, quàm illa per coniecturas voluntatis, vt tradit *num.* 10.

6 Attamen cum in hypotheſi noſtra agatur de legato *per damnationem*, & quod indiuidualiter obligat heredes ad factum; ait enim teſtator, *volo, iubeo, ordino, & mando, & aggrauo heredes meos ad celebrari faciendum Miſſam vnam quotidianam in Eccleſia Beatiſsimæ Virginis &c. ad Altare &c.* quæ ſanè oratio ex ſe ita perfecta eſt, & onus imponit heredi adeò certum, vt nullam maiorem perfectionẽ poſt ſe deſiderandam relinquat.

Ideò locum ſibi vindicare debet diſtinctio illa, quæ à melioribus interpretibus traditur; vt ſcilicet vbi teſtator verbis abſolutis purè, & abſolutè legauit,
7 priuſquam deſignaret locum vnde legatum ſolueretur; tunc locus ſtet demonſtratiuè, & exequutionem tantummodò faciliorem deſignet; non verò ſubſtantiam legati conditionalem reddat, & afficiat; vbi verò vnica oratione, conceptum fuit legatum, ſiue onus iniunctum, vt non priùs legatum ſit, vel fuiſſe intelligatur, quàm locus deſignatus fuerit vndè præſtandum; tunc ſit taxatiuum: quam ſanè diſtinctionem paucis, ſed doctiſſimis verbis more ſuo abſoluit *Cuiacius ad l. ſi ſic legatum* 75. *§. ſi mihi ff. de*
8 *leg.* 1. dum ait illam deſignationem, ſine qua quid ſit legatum intelligi non poteſt, omnem vim cauſſamque legati continere.

Et pro hac regula, ſiuè efficaciſſima coniectura (ne de nomine mihi cum *Merlino* contendendum ſit) textus eſt apertiſſimus *in l. quidam teſtamento* 96. *ff. de*
9 *legatis* 3. vbi Iulianus ait *veroſimilius eſt patrem familias demonſtrare potius heredibus voluiſſe vndè aureos quadringentos* (dico ego libras quadringentas) *ſine incommodo rei familiaris contrahere poſſint quàm conditionem fideicommiſſo iniecisse* (dico ego legato, quod per omnia exequatur fideicommiſſo *l.* 1. *ff. de leg.* 1.) *quod initio purè datum eſt, & ideò quadringenti Pamphilæ debebuntur* (dico ego Sacerdoti.)

Qui ſanè textus maiorem continere videbatur rationem dubitandi, inſpectis verbis teſtatoris, quæ referuntur in principio dictæ legis, quę vnicam orationem, & periodum complectebantur, & conditionem illam habebant, *ita vt infra ſcriptum eſt.*

Quantò igitur arctiùs deciſio ſtringet in caſu noſtro, in quo poſt verba grauaminis miſſæ quotidianæ, & poſt deſignationem loci, & Altaris, interpoſuit teſtatorẽ alia verba de paratis manutenendis, & de electione D. mei Annoni, antequam quantitatem, & locum demonſtraret vnde ſoluenda foret? locus igitur, & ſpecies illa redditum, exequutioni, non ſubſtantiæ diſpoſitionis appoſita fuit; inquit enim teſtator *cui Capellano dari volo &c.*

Hanc verò diſtinctionem communi ferè ſuffragio approbant interpretes ad dictas duas leges, quos omitto recenſe-
10 re; & etiam *Caſtrenſis conſ.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. *Baldus conſ.* 151. *lib.* 5. qui videri meretur *Decius conſ.* 182. *nu.* 1. *&* 2. verſ. *non obſtant, & conſ.* 323. *conſuluit accuratè*, omninò videndus; *Mantica de coniect. lib.* 9. *tit.* 3. *nu.* 20. vbi loquitur de legato facto per verba *centum dari Titio, quæ volo et ſolui ex fructibus fundi Sciani*; *Menoch. conſ.* 1162. à *num.* 15. *ad* 18. *Gra-*

*tian.discept.*256.*n.*1.*& discep.*988.*n.*19. vbi loquitur in legato *ex tali loco montis*; alios refert *Osuald. ad Donell. lib.* 8.*commen. cap.* 14.*lit. G.* & plures recenset *D. Merenda* videndus *d.cap.*37.*lib.*17.*nn.*6. *&* 7. vbi aliud esse docet, si præcedant verba significantia, quid solui debeat, & postea subsequatur locus vndè præstatio desumatur; verbi gratia, *decem dari iubeo Titio, quæ solui volo ex tali reditu*. (tunc enim adiectio loci stat demonstratiuè; staret autem restrictiuè si dictum sit vnica oratione significante quid,& vnde soluendum sit; *puta volo ex talibus fructibus, vel redditibus decem dari Titio.*)

Cuius doctrinæ veritatem, quæ alioquin videretur verbalis, comprobat desumpto à contrarijs argumento *Merenda*
11 *num.*7.*ex d.l. Lucius* 12.*ff. de aliment. & cibar. legat. & num.*8.*ex d.l. nomen debitoris* 33.§.*vni ex heredibus ff. de leg.*3.

Sed quia in progressu controuersiæ inuoluere se videtur *Merenda*, vt legenti patebit; ideo lucem ei affero ex alia controuersia sua 34. *num.* 32. *lib.* 24. vbi sic loquitur, *quia testator simpliciter mandauit heredi, vt curaret quotidiè celebrari*
12 *Missam: ergo id voluit simpliciter: ergo voluit eum soluere Sacerdoti illud stipendium, quod secundum qualitatem temporis erit congruum: is enim, qui vult consequens, vult omne necessarium antecedens l.*2.*ff. de iurisdict. omn. iudic. quod genus argumenti efficacissimum est in exponendis vltimis voluntatibus, vt liquet ex scriptis à Mantica de coniect. lib.*6.*tit.*14. *& per alios, quos omitto: dum verò testator addidit quantitatem præcisam stipendij dandi Sacerdoti, non coarctauit præcedentem dispositionem* (vt dixi in casu nostro) *sed id disposuit, quo faciliùs sua voluntas sortiretur effectum, & infra n.* 33. *quia non mandauit solui illud stipendium per se, sed pro exequutione præcedentis dispositionis iubentis absolutè celebrari Missam*

Secunda ratio sit, quia non versamur hic in terminis legati certo homini relicti, in quibus *Merenda*, & alij loquuntur; nec versamur in legato nominis debitoris, quod regulariter non tenetur heres
13 facere idoneum, vt ait *Gottofredus ad l. Lucius Titius* 88.§.*ciuibus ff. de leg.*2. *lit. L. Z.* sed versamur in terminis legati per *damnationem*, vt dixi, siue oneris impositi heredi ad fauorem piæ caussæ, & pro
14 anima testatoris; & sic agitur de obligatione perpetua ad factum, nempè ad celebrationem quotidianam; ad quā ideo, dum tenetur heres, vtique tenetur etiam ad media subministranda, sine quibus finis celebrationis in esse poni non potest, & sic ad annuam Elemosynam Sacerdoti dandam integrè, sine quà quotidie sacris non operaretur.

Tertia sit, quia anno 1653. quo testator decessit, Ciuitas Mediolani adhuc erat illibatę fidei,&Reddituarijs suis plenè satisfaciebat: id igitur tunc non fuit in intellectu testatoris, quod nondum
15 fuerat in eius sensu: Benè *Merenda in puncto d. controu.*34.*nu.*33.*in fine lib.*24. dum ait *cogitare enim non solent homines de huiusmodi mutationibus, cum pendeant ex caussis ipsis ignotis; hac autem sufficere, vt accipiamus demonstratiuè taxationem stipendij*: Nec dicatur hoc vti possibile contingens præuideri ab eo potuisse; quia respondeo satis esse, quod præuisum non fuerit, vt probatur ex verbis, *cui dari volo libras* 400. *Imperiales omni anno ex redditibus illarum librarum* 10*V*200. *monetæ cambiorum super Ciuitate Mediolani*: ex his enim apparet cogitasse testatorem futurum, vt deductis etiam annuis quadringentis libris, adhuc redditus aliquid superesset, vtq; Ciuitatis fides æternùm duraret.

Hinc sequitur, cum tempore mortis totus exigeretur redditus, faciliùs præsumi designationē illam *ex redditibus* stare demonstratiuè; vt colligitur etiam ex *l. si seruus legatus* 108. §. *qui quinque in*
16 *area ff. de leg.* 1. in fine ibi, *quod si mortis tempore plena summa fuerit, & postea aliquid ex ea deperierit, sine dubio soli heredi deperit*, vel dici etiam potest testatorem expressisse quantitatem librarum 400. ne vnquam minueretur.

Addita præsumptione, vt in dubio
17 potius credendum sit testatorem demonstratiuè loqui, quam taxatiuè, de qua *Tuscus litt. D. concl.* 191.*nu.*5.*& Onnat. de contract. tom.*1.*disput.*14.*num.*69.

Illi

Illi ergo Doctores, qui plures afferri
poſſunt, dicentes liberari heredem ac-
tiones cedendo legatario contra debito-
rem defuncti minus idoneum, loquun-
tur, vel vbi abſolutè legatum fuit no-
18 men debitoris; vel vbi teſtator incæpit à
corpore *lego creditum illud*, vel à ſpecie;
vel vbi non prius legatum eiuſque ſub-
ſtantia, & quantitas intelligitur, quàm
locus ſiuè ſpecies vndè ſumendum
ſit; non autem in legato per *damnatio-
nem*, & in onere impoſito heredi. Vi-
deat, qui quæſtiones haſce, ac diſtinc-
tiones explicatas apertiùs optat, infraſ-
criptos, quos ego vidi.

Barboſam iuris Eccleſiaſt. lib. 3. de legat. ad pias cauſas cap. 27. nu. 83.

Scipionem Rouitum deciſ. 57. num. 11.

Hodiernam ad Surdi deciſ. 337. vbi plu-
res de more congerit.

19 *Gratian. diſcept. 256.*

Cyriac. controu. 336.

Laderchium conſ. 159.

Mantham de ſucceſs. legal. p. 4. qu. 18. art. 11. num. 65. & 66.

Barryum de ſucceſs. lib. 9. cap. 18. nu. 10.

Fabrum de coniectur. lib. 5. cap. 2.

Quarta ratio ſit, quia ſi legatum, quam-
uis taxatiuum, ex quorundam Docto-
rum ſententia, reſoluitur nihilominus in
demonſtratiuum fauore piæ cauſſæ ex
20 doctrina *Romani ſingular. 435. quæritur
an teſtator*, quem ſequuutur *Mantica de
coniectur. lib. 12. tit. 6. num. 25. Gratian.
diſcept. 259. num. 7. & diſcept. 256. num.
29. Guido Pap. deciſ. 8. & ibi Ferrer. in ad-
dit.* quantò faciliùs recipienda erit hæc
doctrina in hoc caſu vbi non agitur, (vt
non ſemel dixi) de legato nominis, ſed
de grauamine iniuncto heredi; & vbi de
modo ſolutionis, eiuſque exequutione
demonſtratiuè loquutum fuiſſe teſtato-
rem veriùs apparet non autem de ſub-
ſtantia diſpoſitionis?

*Et præterquam id regulare, & ſatis ex
prædictis conſtat, hæc legata quæ ad Miſ-
ſarum ſacrificia, pro anima teſtatoris relin-
21 quuntur ſemper velle teſtatorem eſſe præ-
cipua, & integra* ſunt verba *Larrea deciſ.
Granat. 61. num. 44.* ita vt non minuatur
hereditate diminuta, & ſic ita iudicaſſe
refert, & *num. 45.* hanc concluſionem
exornat, & rationibus, & auctoritatibus
confirmat; apud eum videndis.

Quinta ratio ſit, quia permiſit Sacer-
doti ad titulum huius Capellaniæ or-
dinari; hinc enim colligitur manuten-
tionem annuæ præſtationis intendiſſe
teſtatorem.

Supereſt nunc contrarijs ſatisfacere:
Primo igitur argumento reſpondeo ne-
22 gando abſolutè agi hìc propriè de lega-
to, cum nec verbo legati, nec verbo lego
vſus vnquam fuerit teſtator; ſed graua-
uerit heredem, vt patet legenti. Reſ-
pondeo deinde negando antecedens; le-
gatum ſcilicet non eſſe aliud, quàm de-
libationem hereditatis &c. hec enim non
eſt vera legati definitio, ſed potiùs deſ-
criptio officij, quo prudens teſtator vti
23 debet in teſtamento; nè ſcilicet heredi-
tatem plus æquo exhauriat legatis; & ne
heredi facultates nimis imminuat, qui de-
functum repræſentat eiuſque domum,
& nomen conſeruat, vt in indiuiduo ex-
plicat *Merenda controu. 20. num. 6. lib. 18.*
& ratio clara eſt, quia, & olim, & hodie
etiam totam hereditatem in legatis ero-
gare liberum fuit, & eſt, vt ait ibi *Meren-
da*: verè namque legatum non aliud eſ-
ſentialiter eſt, quàm mortis cauſſa capio,
vt docet ibi *Merenda num. 7.* vel ſi mauis
24 cum *Vlpiano, quod inſtar legis imperati-
uè, & directis verbis teſtamento relin-
quitur*: Nego deinde teſtatorem legaſſe
taxatiuè ſpeciem illam reddituum Ciui-
tatis, nam onus priùs explicitè celebrari
faciendi miſſam impoſuerat heredi; id,
quod tota ſuperiore allegatione ſatis
probaſſe me credo; & deinde modum
exequutionis, & ſolutionis promptio-
rem indicauit: Addo textum *in l. quibus
diebus 40. §. quidam Titio ff. de condit. &
demonſ.* in illis verbis *quoniam non ſub
conditione eſſet legatum*, ſed *ante lega-
tum purè; deinde dies ſoluendi adiecta.*

Secundo argumento adæquatè ſatisfit
ex hactenus ſcriptis: nam rationem de-
cidendi non dat abſolutè ſola particula
ex, ſed eam dant perfectio, & vnitas ora-
tionis ante, vel poſt, & aliæ coniecturæ,
vt ſupra, conſideratæ; & de legatis con-
25 ceptis cum particula *ex*, *loquuntur Man-
tica, & Gratian.* locis ſupra laudatis, &

textus in *in l.Lucius Titius 12.ff. de alim. & cibar.legat.*ibi,*vt ex reddita eorum alimenta suprascripta percipiant*, & tamen redditibus non perceptis; *cibaria, & vestiaria integra* deberi decidit ibi *Paulus I. C.* & & sic legatum esse demonstratiuum,

Tertium argumentum refellitur negando primùm nos versari propriè in casu legati, aut legatarij, qui agat de lucro; agitur enim, vt dixi, de onere Missæ quotidianę imposito heredi extraneo; Dico deinde fauorem heredis præponderare vbi sumus in pari dubio: at hic, ex prædictis, validiores vtriq; rationes sunt quæ pugnant contra heredem: vbi maximè præualere debet continuatio sacrificij pro anima testatoris, qua nihil cha-
26 riùs habuisse creditur, vt benè ante *Lauream* loco citato considerauit *Bimius cons.*357.& eò magis vbi missa celebranda est in eadem Ecclesia, quæ heres instituta fuit; ita vt heredi etiam ex continua celebratione commodum prouenturum sit.

Vti scripsi, ita sentio; Me tamen &c. Mediolani 20. Nouembris 1669.

Ita iudicarunt Mense Ianuario 1670. nobiles DD. Deputati B. Virginis de consilio etiam Iuris-peritorum quos in consilium adhibuerunt.

Responsum VIII.

Agitur de actione quanti minoris.

SVMMARIVM.

Factum proponitur num.1.et 2.
Non videtur dolo malo quid facere, qui iussu Iudicis facit num.3.
Proxenetis adhibitis in testes quando credatur num.4.
Conuentio de re, et pretio perficit contractum, ne pænitentiæ locus sit num.5.
Instrumentorum loco habentur, tàm testimonia, quàm personæ num.6.
Contractus censetur factus ad normam præcedentis tractatus num.7.
Dolo veritatem occultare, quando dicatur venditor num.8.
Qui bonis gaudet præsumitur eorum prouentum scire num.9.
Dilema contra venditorem num.10.
Culpa venditoris præualet ignorantiæ emptoris num.11.
Explicatur textus in l. qui cum alio de reg. iur.num.12.
Extrema actionis quanti minoris duo sunt num.13.
Actio quanti minoris datur etiam exemptione rerum immobilium num. 14.
An sit duplex: an adiectio actionis exempto num.15.
Afferuntur leges, quæ de hac actione, et illius extremis loquuntur num.16.
Adducitur ratio decidendi ex morali philosophia num.17.
Ciceronis locus pulcherrimus in præsenti controuersia num.18.
Assertio, vt liceat contrahentibus se decipere explicatur num.19.et 20.
Respondetur contrarys argumentis, & l.cum te fundum 6. C. de pact. inter emptor *num.21.*
Diminutio pretij arbitraria Iudici num.22.
Decisio num.23.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



GIT D. Camillus Gabrinus actione æstimatoria, siuè quanti minoris ad reductionem pretij bonorū, quod constitui passus fuit in summa librarum 52V. sequutus fidem annui prouentus ipsorum, qui fuerat expressus in notula (iudicialiter deinde recognita) quàm D. Venditor manu sua conscriptam ante transmiserat ità præcisè rogatus à D. Gabrino, qui præ copia niuis, quæ de Cælo deciderat bona lustrare oculis non potuerat dum ad ea se contulit mense Februario,

Egit inquam, & obtinuit in iuditio Cridarum sententiam à D.I.C. C. & Aduocato Præstantissimo Io. Baptista Landriano,

1 driano, qua declaratum fuit actionem motam eidem competere, pretiumq; bonorum reducendum esse relatiuè ad annuum redditum bonorum in rationem librarum quinq; pro singulis centum de nitido, deductis oneribus annuis.

Aduersus hanc sententiam recursum impetrauit Montanus, nuncq; reuocatur ad incudem examinis iustitia dictæ sententiæ coram Supremo Iuditio Senatus Excellentissimi.

Hæc autem meo iuditio si ad quatuor capita reducatur, quorum duo sint facti & duo iuris, elucebit opinor iustitia actionis motæ, & eò clariùs si deinde argumenta contraria dissoluamus, quæ acutissimus D. Aduocatus contrarius in contradictorio inditio coram Illustriss. D. meo Senatore Marchione Florentia subtiliter de more proponebat.

Primum est an dicta notula in qua præcipuè notabantur metretæ sexcentæ vini, & folia pro vncijs 30. bombycum, & annuæ libræ centum ex Datio Imbotatus caussam dederit contractui, anque ea motus intrinsecè Gabrinus animum appulerit ad emendum.

Secundum est an satis probatum sit dictam notulam fuisse minus iustam.

Tertium an competat in hoc casu proposita actio quanti minoris.

Quartum, & vbi illa competat ad quã vsq; quantitatem reducendum sit pretiũ.

Quod attinet ad primum, quis est, qui præteritis annis ad emendum non moueretur sine percipiendi annuum redditum maiorem, quàm fieri posset, quo secluso non effugisset emptor stultitiæ notam, dum tunc in huius Prouinciæ visceribus Mars feruebat, & gemebant sub oneribus Subditi? hoc verò satis ex eo probatur in Gabrino, tùm quia pecuniam, quam numerauit Montano habebat super cambijs collocatam; tùm quia enixè petijt ante contractum, vt sibi dicta notula traderetur, neque enim ad alium finem potuit moraliter illam petere; vt bene testes probauerunt in processu instructo.

Quibus additur iuramentum in supplementum delatum per D. Iudicem eidem Gabrino, & per eum seruatis seruandis præstito, vt in actis, se nimirum *deuenisse ad contractum emptionis* (sunt verba iuramenti) *dictorum bonorum & concordasse pretium eorumdem in libris 52250. contemplatione fidei, & pollicitationis per dictum Montanum factæ dicto Comparenti, quod bona essent redditus annualis, prout legitur in dicta notula, aliter se nullatenus fuisse empturum, saltem pro pretio supra expresso, nisi credidisset fuisse redditus descripti, & ipsam notulam fuisse veram, & fidelem, prout asseruit ipse Montanus, sed admodum minori etc.*

A cuius sanè iuramenti religione non esse recedendum nisi validæ probationes in contrarium afferantur iura sanxerunt; quas sanè D. Montanus non attulit, nec puto afferre posse.

Non enim obstant obiecta sex, e quibus tota ferè desumitur defensio D. Montani; primum nempè, quod inter traditionem notulæ, & instrumentum venditionis effluxerint menses duo; secundum verò quod proxenetis, & mediatoribus qui pretium receperunt parùm fidei adhibetur, imò à ferendo testimonio repelluntur *Farinac. de testibus quæst. 60. illat. 16.* Tertium autem quod Montano nihil culpæ tribui potest, qui à Iudice coactus instante Gabrino ad instrumentum venditionis deuenit, nam vt ait *Paulus in l. non videntur data 167. ff. de reg. iur. qui iussu Iudicis aliquid facit, non videtur*
3 *dolo malo facere, qui parere necesse habet.* Quartum quod in instrumento venditionis nulla facta fuit mentio dictæ notulæ. Quintum quod ea quæ dicuntur, & præcedunt in tractatibus ante cõclusionem, non habentur in consideratione, cum aliud sit tractatus, aliud conclusio *Ludouis. decis. 168. num. 5. et decis. 90. num 15.* 2
& cum semper in contentione pretij, *emptor viliore comparandi, venditor autem cariore distrahendi votum gerant*, vt loquitur textus *in l. Si voluntate 8. C. de rescind. vendit.*

Nam respondetur ad primum; bimestre quod præterijt inter traditionem notulæ, & rogitum instrumenti non tollere erroneum præsuppositum annui prouentus, quem contra bonam fidem expresserat in notula Montanus; neq; enim durante

rante adhùc hyeme acri, & alta niue poterat Gabrinus in rem præsentem accedere, quod sanè præsuppositum emptori, & mediatori caussam dedit contractus perficiendi tanto pretio; præsertim cum dilatio processerit culpa ipsius Montani, qui instrumenta nonnullarum acquisitionum non habebat in promptu, vt deponit Bigattus testis, & qui ad instrumentum deuenire recusauit.

Ad secundum dicitur regulam de proxenetis, & mediatoribus dupliciter limitari; *per Farinac. num.* 432. *&* 417. primo scilicet modo vbi agitur de probanda aliqua qualitate post perfectum
4 contractum, vt in hoc casu, in quo Gabrinus intendit probare se ad contractum deuenisse illectum annuo prouentu in notula expresso, eamque minus deinde veram, & sinceram detexisse. ita docent *Stracch. de commerc. & mercat. in tit. de proxenet. parte* 4. *in quæstione*, quæ incipit *illa etiam quæstio num.* 22. *Gabriel. tit. de testibus conclus.* 20. *num.* 8. *Mascard. conclus.* 1036. *num.* 18. *Rota Genuens. apud Bellon. decis.* 97. *num.* 4. qui alios refert; & ratio est, quia expedito contractu, cessat interesse affectionis, & spes commodi, qua id genus hominum arcetur à testimonio, secundum *glos. in* §. *quoniam autb. de testibus in verbo prohibitionis*. Secundo modo limitatur opposita regula *per Farinac. num.* 417. vbi veritas aliter haberi non potest, vt in hoc casu.

Ad tertium dicitur; Montanum coactum quidem fuisse per Iudicem ad executionem contractus, non autem ad ipsum contractum, qui per conuentionem de re, & pretio iam ante constabilitam
5 perfectus erat ea perfectione, quæ pænitentiæ locum non relinquit §. 1. & §. *cum autem instit. de empt. & vendit.* & ibi DD. cum scriptura magis requiratur ad probationem, quàm ad essentiam, quæ sita est in consensu vbi partes non declarassent se nolle contrahere, nisi in scriptis. Secundo modo respondetur ex hac Iudicis iussione nihil inferri; quia tùm illa, tùm instantia apud illum facta per Gabrinum semper nitebatur supposito, quod notula prouentus sincera esset, & veridica, id quod sufficit ad fundandam actionem motam, vt in tertio articulo infra euidenter probabo.

Ad quartum respondetur non referre, quod dicta notula instrumento inserta non fuerit, tùm quia actio quanti minoris non exigit, quod de extremis cautum legatur in scriptura contractus, nam si cautum esset super illis daretur actio ex stipulatu; imò potius contrarium supponit dum requirit extrema duo, quæ in scripturam non referuntur, culpam scilicet venditoris, & ignorantiam, siue iustam credulitatem emptoris; tùm quia cum illa notula seruatis seruandis fuerit in iuditio recognita vti scripta manu venditoris, & transmissa fuerit emptori ad effectum, de quo testes deponunt, satis de hac veritate constare dicitur, cum non minus testibus, quàm instrumentis credatur, & tàm *testimonia, quàm personæ, instrumentorum loco habeantur*, inquit textus *Pauli in l.* 1. *ff. de fide instrument.*
6 nec aliquid e latere Montani allatum sit, ad probandum, quod ipse Gabrinum monuerit de excessu notulæ, vt bona fides exigebat; oportuisset enim, vt Gabrino aliam fideliorem tradidisset; alioquin regulare est, vt contractus, quamuis ex interuallo, censeatur factus ad
7 normam præcedentis tractatus, vt latè apud *Thesaur. q. for.* 1. *lib.* 1. *& Hodiernam ad decis. Surd.* 71.

Ad quintum respondetur doctrinam Ludouisij, & aliorum, primò loco recipere declarationes, & restrictiones de quibus agit *Beltraminus additionator ibidem*; Secundo loco semper intelligi de tractatibus verbalibus nudis, qui non sunt caussa contractus intrinseca, nec influunt in conclusionem, quiq; emptoris animum non mouent ad contrahendum; nos autem sumus in casu in quo non agitur de amplificatione verbali, iuxta illud,

Laudat venales, qui vult extrudere merces.

Sed agitur de venditore, qui super annuo redditu præcisè interpellatus ab emptore, & rogatus illum in scriptis exprimere, ita promisit, vt in processu fol. 17. & 36. à tergo, & deinde veritatem occultauit, & longè, ac longè maiorem expressit: ex quo dolus arguitur, vt probat

8 bat à fortiori *Surdus decis.265. num.66.*
ante fin. & nu. 67. habuit enim venditor
iustam caussam credendi, vt in simili do-
cuit post *Coccin.decis.378. num.12.* vers.
quia ibi, & num.13. Altogradus videndus
cons.12.nu.23. & de verbalibus asseuera-
tionibus, & contentionibus non in ordi-
ne ad actionem quanti minoris, sed ad
rescissionem contractus loquitur textus
in opposita lege, *si volũtate C.de rescind.*
vendit. vt patebit legenti, & concordant
textus in l.ea, quæ commendandi caussa
43.ff. de contrah.emptione, in l.sciendum
19.ff. de adilit. edicto, & l. 37.ff. de dolo
malo, vbi latè Doctores examinant hanc
materiam: alioquin nunquam locum ha-
beret actio quanti minoris, de qua toties
iura nostra meminerunt.

Neque enim ad ignorantiæ, vel scien-
tiæ distinctionem confugere licet D.
Venditori; tùm quia bonis venditis ga-
uisus est pluribus annis, idcoq; in re sua,
& facto proprio scire præsumitur annui
9 prouentus quantitatem, vt in indiuiduo
post *Altograd. d. cons. 12. num. 7.* scripsit
Carena resol. 187. nu.3. & ante eos *Surd.*
d.decis.265. num.5. & à fortiori *cons.13.*
num.30.

Tùm quia insolubile mihi videtur esse
dilema hoc; aut enim D. Venditor scie-
bat se tot annorum curriculo non perce-
pisse nisi vno anno metretas trecentas vi-
ni, cæteris verò omnibus nõ nisi centum,
quodq; ali non poterant nisi bombycum
vnciæ viginti; & tunc quæro cur metre-
tas sexcentas vnciasq; triginta singulo
anno expresserit in notula, & quidem
manu sua? aut ignorabat (quod credi
10 non potest) & tunc quæro quare in no-
tula præcisè requisita per emptorem id
scripserit pro constanti, quod ignora-
bat? ità sanè arguit ex *Castillo*, & alijs
Carena controu.187.nu.1. & Surdus decis.
165.num.11. vers. *ratio est, quia non caret*
culpa, qui assèuerat id de quo nõ est certus.

Si autem culpa non caret, non debet
absolui Montanus: hæc enim culpa quã-
cunque negligentiam tollit, quæ obijci
posset Gabrino de non inuestigata me-
liùs quantitate annui redditus bonorum
11 *Altograd.cons.10. nu.31. Surd. & Cyriac.*
apud Caren.d.controu.187. num.4. Galeot.
controuers.32.num.69.post med. & opera-
tur, vt venditor possit conueniri etiam
actione exempto, vt apud *Fabrum in C.*
lib. 4. tit. 33. de act. empt. defin. 1. in fine
Alex. cons. 63. num. 10. in fin. vers *& si*
venditor sciuerit lib.6. vtq; teneatur non
solùm quanti minoris, sed etiam ad om-
ne interesse extrinsecum *Surd. d. decis.*
165.num.9. & 10.

Nàm dispositio textus *in l.qui cum alio*
29.ff.de reg.iur. non procedit in hoc casu;
in quo venditor (præsertim interroga-
tus ab emptore) tenebatur verum red-
ditum exprimere, qui potuisset empto-
rem à contrahendo retrahere, vel saltem
à tãto pretio, vt in puncto respondèrunt
12 *Gratian. discept.361. num. 15. & seq.* &
Alex. videndus *d. cons. 63. lib. 6. Giurba*
decis.79.num.28. Surd.d.decis.265. n.49.
vbi *Hodierna num. 5. & 6.* hanc proposi-
tionem illustrat, imò idem *Surd. d. cons.*
13. num.38. et seq. illam etiam affert res-
ponsionem, quod scilicet dispositio *dictæ*
l. qui cum alio, procedit respectu perso-
næ, cum qua contrahitur, non respectu
rerum de quibus contrahitur, cui sanè
interpretationi suffragantur verba dictæ
legis, & *Gothofredus* ibi *littera D. ex Cu-*
iacio, & Hotomano; & dicam etiam infra
ad tertium caput.

De cuius quidem legis intellectu benè
agit *Hermosilla ad Gregor. Lòpez ad l. 18.*
tit.1.p.1.glos.1.num.21. & 22.& seq. vbi
probat venditorem teneri manifestare
qualitates &c. *præcipuè nu.26. & 27.*

Quod attinet ad tertium caput; cum in
facto pleuè probata remaneant extrema
actionis per Gabrinum intentatæ; scili-
cet ex vno latere culpa, & asseueratio
13 venditoris minus sincera circa redditum
annuum, non quidem verbalis, sed ex
professo scripta; & ex alio ignorantia,
atque iusta credulitas emptoris, qui ven-
ditorem super veritate prouentus præci-
sè interpellauit, sequitur vt amplius sit
locus actioni propositæ quanti minoris,
licèt illa apud Dominos Causidicos Me-
14 diolani parum recepta sit; hæc enim be-
nè datur ex empto pro rebus etiam im-
mobilibus *Surdus decis.165. num.5. Costa*
in hac causa videndus *de facti scientia, &*
ignorantia post inspect. 90. in responso nu.

6. liuè

6. siue hæc duplex sit Prætoria nempe, & & ciuilis, de qua agit *Guzman. de euiction. cap.61 num.56.* siue vna tantùm, vt docet *Caluinus in Lexico in verbo actio quanti minoris col. mihi* 31. siue sit adiectio quæ-
15 dam actionis ex empto, vt concludit *Ant. Guibertus qu. iur. lib.1 cap.13 nu.16.* hanc enim disputationem theoricis relinquo.

Textus sunt aperti primo loco *in l. si minor 9. C. de action. empti*, quæ sic loquitur *si minor à venditore siue sciente, siue ignorante dicebatur capitatio prædij venditi, & maior inuenta sit; in tantum conuenitur in quantum si sciisset emptor ab initio minùs daret pretij*.

Secundo loco *in l. quaero 39. eod.* ibi *ne alioquin emptor capiatur, qui fortasse si hoc cognouisset, vel empturus non esset, vel minoris empturus esset*.

16 Tertio loco *in l. quid sit fugitiuus 17. §. fin. ff. de edilit. edicto*, vbi Vlpianus ait, *si quis adfirmauerit aliquid adesse, nec adsit &c. quia quod adseuerauerunt non præstant, aduersus dictum promissumque facere videntur*.

Quarto loco *in l. Iulianus 13. in princ.* & *§. si venditor dolo fecerit, vt rem pluris venderet, & in l. 1. §. venditor*, ibi *omnia enim quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in empti actionem ff. de action. empti*.

Ratio autem decidendi desumitur ex principijs Philosophiæ moralis e qua ius
17 ciuile defluxit, quæ statuunt oportere bona fidei venditorem, nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem facto suo positiuo obscurare, vt ex Valerio Maximo refert *P. Gregorius in Syntag. iur. vniuersi p. 3. lib. 25. cap. 21 num. 9. ad med.*

18 In hanc rem præclara proponit, & eloquenter illustrat exempla *Tullius* in hac quæstione omninò videndus *de offitijs lib. 3.* vbi verba illa refert veri iuris germanæque Iustitiæ, *vt ne propter te fidemue tuam captus fraudatusue sim*.

Et optimè scribunt omninò etiam videndi *Fabius Capyeius Galeotta controuers. 32. num. 51. & seq. & num. 71. & Costa in d. responso post inspect. 90. de facti scientia, præcipuè num. 9. 12. 13. 24. 29.*

Ex quibus concidit obiectio illa, perperam sæpè intellecta, quæ tamen passim auditur in foro, quod nimirum liceat
19 Contrahentibus se decipere, quæ probari videtur *ex l. in causa 17. §. idem Pomp. ff. de minor. & ex l. item de pretio §. quemadmodum ff. de locato, & conducto, & ex l. si voluntate C. de rescind. vendit.* nam si hæc propositio vsurpetur in ea latitudine, quæ culpam venditoris, & ignorantiam, seù iustam credulitatem emptoris includat, frustra data fuisset in iure etiam per Prætorem actio quanti minoris, & nunquam ei locus esset; cum tamen iustitiæ commutatiuæ munus sit ad æqualitatem reducere eas conuentiones in quibus aliquis plus admodum dedit, quàm accepit; & aliud sit quod contractus rescindi possit, vt oppositæ leges vetant, aliud, vt excessus pretij temperari possit, quod iura permittunt, & Prætor exequitur in pluribus iuris nostri casibus, maximè vbi pretium constitutum fuit super qualitatibus, seù potiùs substantijs, quæ non aderant.

Verius igitur est, quod dicta obiectio si ad casum nostrum trahatur repugnat principijs naturæ, philosophiæ moralis, & iuris positiui, nec à peccato mortali excusat, nam ea intelligi debet de vetus-
20 tissimo hominum abusu, & corruptela, & in ijs terminis de quibus agit doctissimè, & eruditissimè cum alijs I. C. C. & Theologis, quos recenset *D. Merenda* Præceptor meus videndus *controuers. 33. lib. 1. per tot.* ad quem remitto lectores.

Æquè non obstant *textus in l. cum te fundum 6. C. de pact. inter empt. & vendit. & Faber de error. p. 2. decade 45 err. 8. num. 14.* quos D. Aduocatus contrarius afferebat.

Siue quia dictus textus loquitur de rescissione contractus: Siue quia nobis fauet à fortiori, dum decidit secundum *Baldum*, quod si non seruetur substantiale pactum (quod vt ibi docet illud est, quod caussam dedit contractui) rescindi-
21 tur contractus: siue verius secundum Fabrum, quod licet venditor *sequutus fuerit fidem, & pollicitationem nudam emptoris*, absque vlla appositione pacti in ipso contractu; ex quo propterea actio ex scriptura dari non poterat; tamen cum repugnet bonæ fidei *eam interpretatio-*

nem

nem admittere, quæ dolo emptoris fauet; propterea venditori datur repetitio eorum, quæ præstitit; vnde liquet secundùm intellectum Fabri in contractu bonæ fidei subueniri decepto etiam in ijs, de quibus specialiter sibi non cauerat in contractu, & consequenter nobis suffragari textum, & doctrinam Fabri, & cessare ex hac etiam ratione oppositionem, quod notula inserta non fuerit instrumento.

Quod attinet ad quartum caput, videlicet quanti æstimanda sit hęc actio quãti minoris, hoc est, quæ nam quantitas minuenda sit de pretio, ad fauorem Gabrini, transeo cum sententia de qua agit
22 *Gaspar Antonius Thesaurus quæst. for. 115 num. 5. lib. 3.* quod scilicet relinquatur arbitrio Iudicis, facta æstimatione per peritos.

Et ex his puto Iustitiam stare pro Gabrino, & si quæstio ad principia iuris reducatur, (vt solet coram Excellentissimo Senatu) pretium reducendum esse. Me tamen &c. Mediolani 26. Iulij 1660.

Caussa composita fuit dexteritate D. mei Marchionis Flo-
23 *rentiæ Senatoris, imminuto aliquantulum pretio.*

Responsum IX.

Agitur diligenter de imputatione dotis materne facienda, nec ne per nepotes in legitimam ipsis debitam in bonis aui.

SVMMARIVM.

Factum num. 1.
Quæstio dubia valde num. 2.
Vnde pendeat decisio num. 3.
In terminis tamen Statuti Mediolani, videtur iudicandum pro nepotibus num. 4. & 5.
Clausula, vel cui de iure *intelligitur de iure Statutorum nostrorum num. 6.*
De iure autem communi faciendam esse hanc imputationem strennè defendunt Masinius, *& alij num. 7.*
Rationes afferuntur num. 8. & 9. 11. 12. 13.
Etiam si filij non essent heredes matris n. 10.
Ratio cur filia dotem imputet in legitimam num. 14.
Filia familias in profectitijs non habet heredem num. 15.
In terminis verò Statuti Mediolani non videtur imputatio facienda nu. 15. & 16.
Citantur defensores huius sententiæ num. 16. 17. & 22.
Stipulatio illa restituendi filiæ, vel cui de *iure non operatur Mediolani ad fauorem patris num. 18.*
Eò magis cùm fœminæ excludantur à successione parentis masculis existentibus n. 19.
Et fortiùs vbi nepotes non egent in hoc casu repræsentatione matris num. 20.
Fabri, & Merendæ Doctrina num. 21.
Rationes proponuntur pro excludenda imputatione num. 23. 24. 25. etiam ex Rota, & alijs num. 26. 27. 28. 29. & 30.
Filia familias de iure nouo habet heredem in dote profectitia, & cur n. 31. 32. 33. & 37.
Absurdum quasi sequeretur Mediolani, si nepotes hanc imputationem admittere tenerentur num. 34.
Donatio dotis inter patrem, & filiam admittitur num. 35.
Dos datur filiæ ex affectu naturali tendente ad propagationem speciei num. 36.
In actu dotis, quàm pater constituit filiæ considerantur duæ tacitæ donationes num. 38.
Transmittitur actio dotis ad filios num. 39.
Nepotes non dicantur melioris esse conditionis, quàm mater num. 40.
Nepotibus duplex assistit titulus; alter hereditarius ratione dotis, alter legalis, & naturalis ratione legitimæ num. 41.
Ius antiquum correctum fuit num. 42.
Præceptum testatoris, vt nepotes dotem maternam imputent non tenet n. 43. 44. & 45
Ignorantia iuris idiotas excusat num. 46.
Pater legitimus administrator non potest filijs præiudicare num. 47.
Nemo cum alterius damno locupletari debet num. 48.
Proponitur doctrina Vrceoli contra nepotes num. 49. & 50.
Cui respondetur num. 51.
Decisio caussæ nu. 52.

F. Sadarini I. C.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 Decessit auus maternus, institutis heredibus in sola legitima nepotibus ex Anna filia sua præfuncta, quos iussit in legitimam imputare dotem datam ab eodem testatore dictæ Annæ filiæ suæ.

Quæritur an sit de iure facienda hæc imputatio.

Examinatur ista Quæstio per plures distinctos casus à *Merlino de legitima lib. 2. tit. 2. q.* 13. & iure communi inspecto,
2 contrarijs Doctorum sententijs agitatur *ad l. in quartam* 91. *ff. ad l. Falcidiam*.

Pendere siquidem videtur maximè ab ea propositione; an nepotibus ex propria ipsorum persona, proprioque iure simpliciter debeatur legitima: quasi sublata matre, efficiantur filij; an verò debeatur ex persona, & repræsentatione
3 matris suæ, & huius ex iure: seu an dotem matri datam capiant immediatè nepotes, ex substantia aui, eiusq; iuditio; an verò immediatè ex substantia matris. *Andreol. controu. 4. nu. 3. Faber in C. lib. 2. tit. 3. de pact. defin.* 18.

Iure autem nostro municipali attento *in cap. 298. vol.* 1. quod reuersionem dotis ad dotantem excludit, vbi adsint filij, &
4 vbi etiam supersit solus maritus, qui tunc defunctæ vxoris dotem lucratur: Inspectisq; etiam verbis, quibus pater stipulatus fuit dotem restitui, non sibi, sed *filiæ, vel cui de iure*; scilicet ad formam
5 dicti Statuti; cum cuius dispositione præsumitur etiam se conformasse, vti subiectus; tunc censeo sententiam, quæ nepotibus fauet; vt scilicet dotem imputare non teneantur; solidioribus niti fundamentis, nec ab hac recedendum esse Mediolani in iudicando, nam illa clausula, *cui de iure*, intelligitur potius de iure Statutorum nostrorum, quibus contrahentes subiacebant, quàm de solo iure communi; *Rota Bonon. post conf.*
6 92. *Giouagnon. nu.* 37. *verf. attento tamen*, & de iure communi loquuntur opposita doctrinæ *Menochij conf.* 238. *num.* 52. & *conf.* 1132. *num.* 2. *Rota decis.* 708. *p.* 1. *recent. Manent. decis.* 75. *num.* 9. *Gabriel conf.* 58. *num.* 15. *lib.* 1. *Surdus conf.* 206. *nu.* 3. 4. & 24. & *Castrensis*, qui in *conf.* 11. *p.* 1. *num.* 2. fauore patris respondit in casu in quo stipulatio erat de restituendo mulieri, vel cui de iure.

Esto enim, quod attinet ad ius commune, & ad thesim in abstracto consideratam: sententiam, quæ affirmat imputationem faciendam esse per nepotes,
7 strenuè defendant *Mafsin.* (Doctor subtilis) *ad d. l. in quartam ff. ad l. falcid.* præsertim *num.* 445. & *seq.* & ante eum *Barbosa ad l. si cum dotem* 23. §. *si pater nu.* 11. & 12. *ff. soluto matrim.* & alij plures ex antiquioribus: *quibus fauet Peregrin. de fideicomm. art.* 37. *num.* 10. & latè *Martha de success. leg. tom.* 1. *p.* 1. *q.* 21. *art.* 2.

Qui mouentur principaliter, quia dum ex dispositione *l. illam* 19. *C. de collation.* obligantur nepotes conferre dotem matris, & donationem propter nuptias, ab
8 auo profectas; ideò locum etiam habere dicunt dispositionem *l. quoniam nouella* 29. *C. de inof. testam.* quæ iubet id imputari debere in legitimam, quod conferri debet: at dos conferri debet vt supra; ergo in legitimam imputatur.

Rationem porrò supradictæ rationis *Arnoldus Vinnius* in suo *tractatu Academico forensi de collation. cap.* 12. *num.* 1. *versf. quod autem*, & *num.* 2. *post Gomez ad l. Tauri* 29. *num.* 7. desumit, tùm ex vi repræsentationis; tùm ex ratione morali,
9 *quia dos non ex liberalitate simplici, sed magis ex officio parentum, quo facilius matrimonio liberi iungantur proficiscitur*; imò ex necessitate debetur *l. qui liberos* 19. *ff. de rit. nupt. l. fin. C. de dot. promiss.* atque ideo in hac necessitate non præsumitur pater esse voluisse liberalis, vt benè explicat *VVesembec. in paratitlis ff. de collat. dotis num.* 1.

Quam sententiam *Vinnius* ampliat etiam ad casum, quo nepotes abstinuissent hereditate matris, sed auo succedere vellent ex *Molin. conf.* 25. & *Charonda*
10 *lib.* 3. *resp.* 8. & 55. & ita non semel iudicasse Curiam Parisiensem testatur *Chopin. lib.* 3. *de priuileg. rustic. cap.* 9. *Papon. lib.*

lib.21.tit.7.arrest. vlt. Et de hac ampliatione agit *Faber. in suo C.lib. 2. tit. 3. de pact.defin.17.*

Etiam, quia difficilè fit, formalem differentiam rationis assignare, cur imputatio facienda non fit à nepotibus eodem
11 modo, quo facienda fuisset à matre; dum dos transire videtur ad nepotes cum annexa obligatione imputationis: quidquid sit, quod ante promulgationem *d.l. quoniam nouella C.de inof.testam.* facien-
12 da non esset imputatio dictæ dotis; quia tempore mortis dos non esset in bonis aui; atque ideo tanquam donata censeretur inter viuos; & consequenter non imputanda *l.si quando 35. §. generaliter C.eod.*& prout docuit *Cuiac.consult.24.*

Iubet enim dicta *l.quoniam nouella, & iubet authenticum de triente, & semisse, siue nouella constitutio 18.c. illud quoque 6.* imputari dotem à filia, etiamsi tempore mortis non esset in bonis patris; cum satis sit *profectam esse ex substantia eius*
13 *de cuius hereditate agitur*, & de hac conclusione neminem dubitare dixit *Barry de success.lib.16.tit.6.n.9.* quæ sanè ratio influere videtur etiam in nepotes, si dicant dotem non fuisse in bonis aui tempore mortis; atque ideo se non teneri illam imputare in legitimam sibi debitam.

Ratio porrò, cur lex ad hanc imputationem filiam obligauerit: illa assignatur, vel quia pater sit quasi debitor necessarius legitimæ: debitor porrò non præsumatur adeo liberalis, vt noluerit
14 dotem in debitum suum imputare vt supra ex *VVesembecio, & Vinnio* dixi; vel quia cum lex onus dotis dandæ imposuerit patri; voluit è conuerso eum subleuare, obligando filiam ad imputationem faciendam.

Additur filiam familias non posse in profectitijs heredem habere *Bartol. in l.*
15 *post dotem num. 27. ad fin.* ibi *non obstat, quod notatur, & num.29.* vers.non obstat, *quod in successione ff.soluto matrimonio*,& latè tradit ibi *Berbosa* præcipuè *nu.28.*

Nihilominus, quod attinet ad hypotesim nostram; quæ disputatur in terminis Statuti deferentis dotem filijs, & ijs non extantibus marito: & in terminis stipulationis vt supra, vt *dos filiæ, vel cui de iure restitueretur.*

Censeo recipiendam, & meliorem esse sententiam, quæ negat imputationem, & nepotibus fauet; nam cum ex forma stipulationis, iuncta dispositione Statuti, præsumatur patrem ab initio dotem dedisse filiæ ex naturali affectu, & ex titulo liberalitatis potius, quàm animo imputandi; propterea ex præsumpta voluntate, res redire videtur ad ius antiquum, & ad eos terminos, in quibus erat ante promulgationem *d.l.quoniam nouella*, & ante sanctiones, quæ habentur in *l. filiæ 4.& l.vt liberis 17.C.de collat. & in d. nouella 18.cap.6.*

Porrò in terminis prædictæ stipulationis, & dicti Statuti, imputationem non esse faciendam, docent.

Merlin.de legitima lib.2.tit.2.q.13. in sexto casu, & in casu 15.nu.31. Thesaur.
16 *Inn. in addit. ad Thesauri decis. 237. ad num.10.* post *Maluasiam cons.114.* & *Surdum cons.206.* videndos.

Duran. videndus *decis.231.num.17.& seq.* vbi latè, & in alia *decis.* ibi citata *nu. 12.* in fine apud *Merlinum.*

Seraphin.decis.568.num.5.& 6.

Mangil.de imput. q.18.nu.34.& q.20. num.22.

Thesaur. decis.237.num.12. fallentia prima, vbi dicit contrarium sentire, non aliud esse, quàm contra stimulum calcitrare, & ita in illo Senatu iudicatum fuisse refert; & in iuditio reuisionis confirmatam fuisse sententiam; nam in his terminis nostris locum habere videtur *l. Pomponius Philadelphus 35.ff.famil. herciscunda*, quasi abrogata non sit per dictam constitutionem Iustinianî *de triente, & semisse cap. illud 6.* attenta nimirum dispositione Statuti, & forma dotalis stipulationis.

Optimè *Radenaschus* instar omnium videndus *cons.75.num.11.in fine* vers. *ex his*, siue præsens, siue absens fuerit filia; nàm tunc pater donasse censetur simpliciter *num.13. & 14. & tunc dos conside-*
17 ratur tamquam hereditas filiæ *num. 15. et 16.et num. 18.* vbi plures citat, & magis communem opinionem esse dicit, & nihil differre tacitam hanc donationem ab expressa, & contrarijs argumentis res-

 pondet

pondet *num.19. et 21.* & doctè tradit ius antiquum correctum non esse vbi Statutum, & stipulatio patris, efficiunt, vt tanquam aduentitia dos sit, quę alioquin profectitia fuisset; & adæquatè satisfacit argumentis, quæ per *Carenam* eius antagonistam proposita fuerunt *resol.* 150. qui tàm *Carena* veritate motus, pro nepotibus aduersus imputationem scripsit *resol.69.* vbi cum *Redenaseo* consentit.

Additur stipulationem nostram *filiæ, vel cui de iure* nihil operari ad fauorem patris; sed tantum operari ad commodum heredum filiæ. Nàm ad hoc, vt patri
18 quæratur actio repetendi dotem, intercedere debet expressa, & indiuidua stipulatio ad fauorem patris. Videatur *Paulus de Castro cons.372. per tot.* & in hoc sensu procedit *d. l. dos à patre*.

Porrò Mediolani certa videtur esse dicta sententia; quia dum dos data filiæ,
19 hanc excludit à successione parentum, ex dispositione Statuti 278. existentibus masculis; propterea dos fit transmissibilis ad heredes filiæ, & derogatur *d. l. dos à patre*, prout etiam colligitur ex Statuto 298. & probat benè *Phanuc. de Phanuc. tract. de lucro dot. glos.11. num.1.* vbi alios plures allegat.

Et sanè in terminis nostris (quamuis ego ne laborem scribendi videar detrectasse quæstionem totam plenè examinare volucrim) res quasi posita videtur extra aleam difficultatis, quia testator noster simul cum nepotibus, ex filia, quos heredes scripsit in sola legitima, instituit heredes Dugnanos nepotes ex fratre; adeò vt nepotes ex filia non opus habeāt
20 repræsentatione matris. Ita *Thesaurus in dicta decis.237. num.15.* vbi ait *Fallit. 4. vt omnino, et indubitanter nepotes non imputent, quando succedunt cum alijs nepotibus, qui sunt in pari gradu*, & receptissimam esse sententiam ostendit, pluribus citatis.

Quæ sanè circumstantiæ Statuti, stipulationis, & paritatis gradus inter coheredes institutos deficiunt apud *Fabrum in suo C. lib.2. tit.3. de pact. defin.16.*
21 *et* 18. atque ideo eius auctoritas (quæ alioquin apud me magna est) non militat in casu nostro: prout quoque deficiunt qualitates Statuti, & stipulationis ad fauorem nepotum in quæstione, quàm proponit D. Præceptor meus *Merenda controu.39. num.8. lib.23.* & sine his circumstantijs loquitur pariter *Castill. decis.189. nu.15.* vt colligitur *ex nu.16.*

Quamquam præcisis etiam circunstantijs prædictis, nepotes non teneri ad imputationem, sustinet *Michalor. de fra-*
22 *tribus part. 1. cap. 40. per tot.* licèt asserat super hac quæstione Bartolum noctes insomnes traduxisse.

Idem tuetur *Bottilier. de succesß. theoremate 46. cap. 2. num. 18. vers. tamen*, vbi argumenta *Marthæ* confutat, *et num. 20. et 30. Balthassar Thomasius de legitima tit.15. cap.2. nu.304.* qui alios citat.

Rationes autem huius sententiæ, sunt plures, quæ per supra citatos DD. afferuntur, & apud eos videri possunt; ego autem aliquas explicabo ex quibus responsio ad contrarias desumetur.

Prima nempè, quia legitima consideratur, & essentiam recipit tēpore mortis aui *l. cum quæritur 6. C. de inof. testam.* non
23 ergo respicere debet retro; Cum ergo tunc dos, iam auulsa fuisset de substantia aui, non debet à nepotibus in legitimam imputari: cum non sufficiat dotem, aliquo modo, & originaliter prouenisse ab auo in filiam; sed debeat immediatè, & titulo profectitio deriuari in eum, à quo petitur imputatio *l. omnimodo 30. C. de inof. testam.*

Secunda quia legitima debetur nepotibus ex propria ipsorum persona; non ex repræsentatione parentis. *Rota* videnda post *Merlin. de legit. decis. 59. et decis. 69. num. 8.* nàm verè nepotes repræsen-
24 tant gradum matris, sed non eius personam, vt solidè scribit *Faber in C. lib.2. tit. 3. de pactis defin.1. num.4. defin.14. nu.28. defin. 18. num. 10. et 11.* & scribunt *Franchus; Castellus, et Castillo in decis.* citatis à *Carena resol.69. num.4.* quas non repeto: nemo autem obligatur ex alienó facto, quia gradum eius repræsentet *l. scripto 7. ff. vnde liberi.*

Siquidem statim ab eo tempore, quo filia prædecessit eius gradum subintrarunt nepotes, & ex lege Velleia, iura suitatis adepti fuerunt, & ex Aquiliana

formula

formula instituendi sunt, vt in *l. Gallus 29. §. et quid si tantum ff. de lib. et posthum.*
25 & probat pulcher textus *in l. posthumorum 13. ff. de iniusto, rupto, et irrito testamento*: & docet *Annæus Robertus rerum Iudicatarum lib. 2. cap. 5.* vbi etiam ait, nepotes quos filia prædecedens superstites reliquit, ita auo adnasci, *vt suo iure succedat, non inspecta persona matris, cuius gradum non personam repræsentant*, sunt eius verba.

Et in hanc rem bona legitur *decisio Rotæ 59.* videnda post *Merlinum de legitima*, vbi post *num. 20. et num. 61.* docet legitimam in bonis aui, deberi nepoti-
26 bus ex propria persona: & ad obiectum, quod tanquam matris heredes, videantur onere imputationis grauari; respondet intelligi *non ex nunc, sed prout ex tunc*; scilicet sub conditione si venisset casus legitimæ in fauorem matris, quæ
27 patri suo superuixisset (& idem dicit *Castil. decis. 189. nu. 11. & 12.*) & rationem assignat, quia non præsumitur cæptum fuisse extingui debitum legitimæ, quod adhuc non erat in rerum natura, nec formatum vnquam fuit, dum filia præmortua est, & dum multò minus præsumitur auus habuisse animum imputandi dotem filiæ in legitimam nepotum, quos diuinare non poterat nasciturus; & dum ipse poterat filios masculos suscipere, qui filiam, & nepotes exclusissent à legitima, vt probat *Redenascus num. 29.*

Quam sanè rationem tetigit *Botiglier. d. cap. 2. theor. 46. num. 18.* & rursus allegauit *Rota* penes *Duranum dicta decis. 231. num. 3. et 4.* dum ait, *debetur legiti-*
28 *ma non ex persona parentum, quamuis in eorum locum succedat; cum illis vti præmortuis, nunquam debita fuerit.*

Merlinus quidem ipse obscuriùs loquutus fuit *lib. 2. tit. 2. q. 10. num. 2. et 5.* dixit enim, cum pluribus quos citat, nepotes occupare locum matris; sed addit *ex persona tamen propria* habere actionem ad eam portionem, ad quam mater si viueret haberet, vt explicat *num. 8.* ex textu *in §. 1. auth. de heredit. ab intestato*, ibi, *quantam eorum pater si viueret ha-*
29 *buisset, et in §. cum filius 6. instit. de heredit. quæ ab intestat. defer.* ibi *in patris sui locum succedere*; itaut in obscuro relinquat Merlinus, an hæc successio, & repræsentatio, intelligatur in gradu tantùm; an verò etiam in facienda imputatione, quàm mater facere debuisset *ex d. l. quoniam nouella*; & an illa verba *quantam pater habuisset*, sint verba similitudinis quantitatiuæ; an verò inducant imputationem habitorum à matre. Sed *Merlini doctrina*, ex supra per nos allegatis lucem accipit.

Ex prædictis pariter illustratur *d. decis. Thesauri 237. num. 6. et 7.* qui se torquet circa consuetudinem Martinianam, & si hæc consuetudo dotem, quæ alioquin reuerteretur ad patrem, qui dotauit *ex l. iure succursum 6. ff. de iur. dot. l. inter 26. §. 2. ff. de pact. dotal.* auocat à patre, &
30 ex quadam æquitate, post habito iuris rigore, dat nepotibus; nihil disponendo de dote fauore matris, vt subtilitèr distinguit *Rota apud Duranum d. decis. 231. num. 21. iuncto num. 16.* nihil tamen hinc concludenter infertur, ad hoc, vt hanc dotem imputare teneantur nepotes in legitimam aui; vt videre est apud Thesaurum, & alios; imò adhuc quærendum manet, an hæc consuetudo dotem auocet à matre, an ab auo, vt apud *Caren. resol. 69. num. 18.*

Verius quoque erit: filiam familias etiam iure nouo inspecto, habere heredem in dote profectitia; tum quia illa
31 non remanet in dominio, nec in bonis patris, imò transit in dominium mariti *l. dote ancillam C. de rei vindic.* tum quia profectitia dicitur solum respectu principij *Bartolus in l. filium ff. de collat. bonor. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 8. num. 15.*

Deinde quia ita respondent *Bartolus in d. l. post dotem num. 31. ff. sol. matrim. Bald. cons. 2. lib. 3. Aretin. cons. 81.* videndus *num. 28. & seq. Alex. cons. 67. lib. 7.*

Addens *ad Thesauri decis. 190. ad med.* ibi *igitur ad heredes filiæ*, demum quia obiectum procedit de iure antiquo *ff. non*
32 *autem de iure nouo*, vt liquet ex *Baldo in d. l. post dotem num. 2.* vers. *secundo quæritur ff. solut. matrim. Romano* ibidem *num. 47. Angelo num. 4. Imola num. 7. in principio Bolognet. num. 214. et 216.*

Et in omnem casum in terminis nostris,

tris, in quibus adest stipulatio *filiæ, vel suis; vel cui de iure*, scilicet ad formam Statuti; dos dicitur de voluntate patris effecta fuisse patrimonium filiæ; & sic
33 eam dicuntur nepotes habere immediatè à matre, vt dicit *Rota* locis citatis, & non à consuetudine Martini, sed potius à Statuto, & à stipulatione.

Tertia ratio, quia si nepotes imputare tenerentur dotem; sæpissimè contingeret (in hac Vrbe potissimùm vbi frequentissimè mulieres dotem obligant, & distrahunt) vt nepotes moriente auo, nihil haberent ex hereditate aui; cui tamen adnati sunt; quod sanè naturæ quo-
34 dammodo repugnat. Dum ergo pater ad formam Statuti dotauit, censetur potius dotem donasse, quàm imputare velle, & sic cessat opposita ratio, quod dos transeat ad nepotes onere imputationis grauata. *Alciat. ad l. in quartam*, vers. *quamuis ergo ff. ad l. falcidiam*. Porrò
35 donatio hæc inter patrem, & filiam speciali iure recipitur *l. Pomponius ff. familiæ Hercis.*; propter scilicet fauorem dotis, & Reipublicæ, & propter affectionem patris, & quia inter descendentes faciliùs donatio inducitur.

Imo dos data potius dicitur affectu naturali cogente, qui principaliter ten-
36 dit ad perpetuationem descendentium, & propagationem speciei per matrimonium: quàm animo imputandi: natura siquidem non solis hominibus, sed stirpibus, & omnibus animantibus dedit optare, *quale ipsum est, tale relinquere alterum*, vt ait *Arnisæus in doctrina politica, cap. 2 pag. mihi* 48.

Et quia propositio illa, vt filij familias non habeant heredem in profectitijs ex *glos. in auth. de hered. ab intest. venien. in princip.* in verbo *parentibus, & in l. 2. ff. de*
37 *Castrens. pecul.* communiter à Doctoribus, intelligitur de ijs, quorum dominium remansit apud patrem *Bartol.* ibi *num. 5. vers. non obstat glossa posita, Angel. in l. in quartam num. 9. vers. sed salua ff. ad l. Falcid. vbi Cuman. num. 6. Imola nu.* 8. ante clausulam, *& per prædicta Ripa nu.* 196. *Socin. Iun. num.* 140. vbi testatur ita sentire DD. *Alciat. nu.* 43. in clausula *sed quid si dos ista*, & in clausula vndè infertur *Montepic. nu.* 221 *propè fin.* vers. *istam conclusionem*. *Cuman. cons.* 10. *et cons.* 87.

Quarta quia, vt scribit *Redenasfchus num.* 22. vers. *et quod omnem*, duæ considerantur donationes tacitæ in actu dotis; & quidem distinctæ, & separatæ; altera nempè ob caussam, scilicet ob neces-
38 sitatem, quam lex imponit patri dotandi filiam; altera verò pura, & simplex, quæ scatet ex stipulatione restituendi dotem filiæ, vel suis heredibus, nàm in his secundis terminis dos donata, verè dicitur *Seraphin. decis.* 568. *num.* 5. & sic transmittitur actio ad filios iure hereditario ex Doctrina *Bartoli in d. l. post dotem num.* 5.
39 *ff. solut. matrim.* vbi *Castrens. nu.* 4. *Alex. num.* 24. *Iason nu.* 98. *Benedict. de Plumb. num.* 16. in fine, *et num.* 17. *Claud. Aquen. nu.* 24. in fine, vbi testatur de communi. *Vincent. Hercul. num.* 32. *Alciat. in l.* 2. §. *quod si patris num.* 20. *ff. eod. et cons.* 59. *num.* 1. *et* 2 *lib.* 8.

Quinta, quia tituli sunt diuersi; dotis scilicet, & legitimæ: illa namque debetur inter viuos; ista tempore mortis.

Ad id verò, quod dicitur, nepotes non debere melioris esse conditionis, quàm
40 mater; respondet *Redenasfchus num.* 75. attenta stipulatione, quæ adest in casu nostro, inuolutæ quęstionis esse an mater teneatur imputare.

Respondetur deinde nepotibus assistere duplicem titulum; alterum scilicet hereditarium respectu dotis; alterum ex legis dispositione respectu legitimæ in
41 bonis aui, quæ debetur eis tanquam primum locumtenentibus in successione: hæc igitur discreta duo iura diferunt inter se, & vtrumque separatim exerceri potest, vt probat textus pulcherrimus in *l. tutorem* 22. *ff. de his, quæ vt indignis* vers. *discreta sunt enim iura*.

Sexta, quia cum dicta *l. quoniam nouella*, & alia iura nouissima corrigant ius antiquum; non debent corrigere casum
42 in quo interuenit stipulatio, vt dos reddatur filiæ, vel nepotibus.

Ex his ego sentio non solam æquitatem, sed iustitiam ipsam pugnare pro DD. nepotibus Poliatis, & hanc esse manifestam ex ratione, quam supra attuli vers. *& sanè in terminis*, nempè ex dicta

decis.

decis.Thesauri 237.num.15.

Etiam quia in dubio iudicandum semper est in fauorem legitimæ; & in fauorem suorum heredum, quales sunt DD.Poliati.

Quibus obesse non potest præceptum testatoris de imputatione facienda; nec imputatio admissa per eorum patrem legitimum administratorem, in cuius sunt potestate.

Quod enim attinet ad præceptum, cum nepotes instituti in sola legitima,
43 magis creditores esse dicantur, quam heredes; imò potius legatarij *Merenda controu.6. num.23. lib.18.* nec actiones confundant, vt probaui in prioribus scriptis, ideo non ligantur præcepto.

Nec potuit auus, qui tempore stipulationis dotalis sibi non cauit, consilium postea mutare in iniuriam nepotum *l. nemo potest 75. ff. de reg. iur.* & cum imputatio de iure facienda non sit hoc casu, vt
44 supra probatum fuit, ideo non sustinetur grauamē imputationis impositū legitimę *l. quoniā in prioribus 32. C. de inof. testam.*

Ac in ipsismet terminis nostris præceptum hoc testatoris non valere tradunt *Thesaur. d. decis. 237. num. 12. vers.*
45 *banc limitationem Redenasch.* in puncto dicto *cons. 75. num. 34. vers. maximè denique*, & vers. *vt enim*, vbi plures DD. allegat, & *nu.35.* & benè *Giouagnon.cons.92. nu.21. & num.29.*

Cæterùm nocere non potest nepotibus Poliatis in patria potestate constitutis, quod per errorem admissa fuerit imputatio dotis; tum quia confessionem reuocarunt antequam aduersarius confessionem agnosceret; tùm quia per cōpromissum factum in nos arbitratores res efficitur integra: Deinde quia ignorantia iuris (in hominibus maximè mercatoribus) excludit præsumptionem remissionis, & renuntiationis, vt latè apud *Costam de facti scientia, et ignorantia in-*
46 *spect.86.pag.mihi 294.* Iuris autem errorem in dubio præsumendum esse probat *Attius Pincellus in l.2.C.de rescind. vēdit. p.2. cap. 4. num.36.* cum ignorantia iuris regulariter præsumatur in omnibus, qui iuris peritiam non profitentur *Alex. in l. 1. §. si quis ità num. 9. ff. de verb. obligat.*

præcipuè autem in filijs familias, quibus pater legitimus administrator præiudi-
47 care non potest: cum deteriorem conditionem filiorum facere nequeat *Merenda controu.47. num.5. lib.16.*

Et in omnem casum competeret condictio indebiti *l.p. ff. de condict. in deb.* & res dubio caret in foro interno conscientiæ; quæ non patitur aliquem locuple-
48 tari, cum aliena iactura *l. nam hoc natura 14. ff. eod. l. iure natura 206. ff. de reg. iur.*

Hæc enim ratio apud Christianos Iudices, potior esse debet, quàm stultitiæ exprobratio, quàm Doctores opponunt ijs, qui errant in iure. Et demùm quia fratribus Poliatis danda foret in integrum restitutio ex clausula, *si qua mihi iusta caussa*; & ex edicto minorum, si tales tunc erant.

Hæc sunt, quæ contra fratres Dugnanos, re diu, & accuratè ponderata in hoc imputationis articulo mihi vrgere videbantur.

Sed quoniam in terminis ferè stipulationis nostræ: restituendi scilicet dotem *filiæ, et heredibus, vel cui de iure*, adhuc contra Poliatos facere videbantur scripta per *Vrceolum consult. forens. cap.7.* præ-
49 cipuè *à num.7. ad 20.* vbi alijs citatis docet in stipulatione de restituenda dote *filiæ, et heredibus*, intelligi reseruatum ius patri, si filia patri prædecedat; & illam clausulam, *vel cui de iure*; intelligi ordine iuris seruato; vt scilicet restitutio fiat patri, si viuat tempore mortis filiæ; sin minus filiæ, vel eius heredibus, si illa patri superstes sit; & quia illa propositio, vt in dote profectitia habeat filia heredes, suas patitur difficultates vt supra,
50 ex *Barbosa* dixi; & quia in hoc casu pater nullos filios masculos habebat, quorum fauore operari posset Statutum excludens fæminas dotatas. Ideo respondi primùm, obiectiones non procedere Mediolani, vbi Statutum dotem applicat
51 marito etiam si nulli ex matrimonio descendentes essent, vnde patet auferri patri delicatum hoc solatium reuersionis dotis ex *l. iure succursum ff. de iur. dot.* deinde verò cum proponeretur transactio in qua maior portio dotis relinquebatur clientibus meis.

Con-

Conuèni cum D. I.C. Bartholomæo Cruceo coarbitro electo; vt hic articulus transactione
52 *finiretur; & ità iudicauimus; & approbatum fuit laudum; etiam quia clientes mei iam, vt dixi hanc imputationem admiserant marte suo.*

Responsum X.

Agitur eruditè de Bibliopolis; de Bibliothecis; Libris, & de Typographia, & Typographis, & de Charta.

SVMMARIVM.

Occasio scribendi num. 1.
Dies nefasti, quibus tria verba silebantur. 2.
Res proferri, *res* redire, *quando dicantur.* 3.
Incudi reddere num. 4.
Typographiæ laudes num. 5.6.7.8.9.
Formulis argenteis vsus fuit Aldus *nu.* 10.
Ordo scripturæ seruatur nu. 11.12.13.14.
Verborum ordo, designat ordinem intellectus num. 15.16.17.18.19.
Dignior censetur, qui prior à Statuto, vel Principe nominatur num. 19. *&* 20.21.22. *&* 23.
Denominatio potior compositi, desumitur à parte substantiali, quæ præualet num. 24. *& à maiori operatione num.* 25.
In mixto præualet simplex potentius nu. 26.
Præfertur quis ratione administrationis maioris num. 27.
Antiquiores tempore praire debent num. 28.
Antiquitas, & gloria Bibliopolarum illustratur à num. 29. *ad* 36.
Qua in vrbis regione essent tabernæ librariæ à num. 36. *ad* 39.
Gaius Melissus curam ordinandarum Bibliothecarum Romæ suscepit num. 40.
Typographiæ repertum nouitium num. 41. 42.43.44.
Inuentor quis fuerit à num. 45. *ad nu.* 49.
Caussa finalis caussarum omnium nobilissima num 50. *&* 51.
Boccalinus refellitur num. 52.
Bibliotheca celebres antiquæ nominantur à num. 53. *ad* 58.
Persij interpretatio num. 58.
Quænam in orbe fuerit prima bibliotheca num. 59.60.61.
Homerus plagiarius num. 61.
Tabularia fatorum, & confutatio querelarum Petrarcæ num. 62.
Descriptio Typographij num. 63.
Descriptio bibliotheca num. 64.
Litera cubitum longæ apud Plautum nu. 65.
In tabernas librarias conueniebant docti nu. 66.67.68.69.
Mos poliendorum librorum ex Vlpiano probatur num. 70. *ex Ouidio* 73. *ex Tibulo* 74. *ex Catullo* 75. *ex Luciano* 77. *ex Martiali* 78. *ex Salmasio* 79.
Volumina cur dicantur 71.
Scaligeri interpretatio ad Vlpianum, & ad Vopiscum num. 72.
Pumicata frons num. 76.78.
Libri significatio num. 80. *&* 81.
Librorum tituli, & rubricæ num. 82. *&* 83.
Inscriptiones cur tituli appellentur num. 84.
Plinij effatum de chartæ vsu num. 83.
Papyri nomen, & vsus ante Alexandrum. 86.
Papyri Niloticæ descriptio num. 87.88.
De varijs chartæ speciebus nu. 89.90.91.94.
Textus in l. librorum, vbi de Philyra, & Tilia agit illustratur à Politiano num. 92.
De palma scriptoria num. 92.
De forma chartæ antiquæ num. 93.
De Charta Regia num. 94.
Inscriptiones Imperatorum erant purpureæ num. 95.
Encausti confectio num. 96.
Duces, & Consules transuersa charta scribebant num. 97.
Varia chartarum nomina num. 98.
Tabulis plumbeis, & stylo ferreo scriptum olim fuisse num. 99. *&* 100.
Libri plumbei, qui num. 101.
Schedæ, quid sint num. 101.
Tabellarij, & librarij nomen vnde num. 102.
Abissini rationes publicas pellibus consignabant num. 103.
Imagines, & vultus in Bibliothecis nu. 104. *&* 105.106.
Mercatores, qui 107.
Auctoris protestatio num. 108.

DOMI-

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Num quidem Collegium faciunt in hac Vrbe Bibliopolę, ſimul atq; Typographi: acris tamen orta fuit inter eos contentio; vtrũ in ſcripturis, & actis, quæ in dies eduntur, præponendum ſit nomen Bibliopolarum nomini Typographorum; an contra. [1]

Scripſi olim pro Bibliopolis; nunc verò ſubſeciuis horis, quibus Alcedonia ſunt circa forum, & licet inter otia ruris feriari; & interim dum tria verba [2] ſolemnia Prætor ſilet, reſq; redeunt [3] Statui hanc eandem materiam, non benè tunc perpolitam, incudi reddere, vt ait Oratius, [4] ne in ius à Catone Cenſorio vocet, qui etiam otij rationem reddi volebat.

Non quia Typographiæ laudes imminutas velim; de quibus præ cæteris egerunt *Cardanus* [5], *Io. Bodinus* [6], *Stephanus Forcatulus*, [7] & *Criſtophorus Beſoldus* [8] I. C. emunctæ naris, & cuius elucubrationibus prela fatigata ſunt, ac *Simon Maiolus*: [9] Scio enim artis huiuſce præſidio, edentulam fieri vetuſtatem; cariem, blattas, & tineas ſinè morſu: monumenta ſcriptorum Ære, & Ægyptijs Piramidibus reddi perenniora: ſcio apud eos, qui Chartis impalleſcere ſolent, & fonte Caballino labra proluerunt, optimè audire nomina illa *Manutiorum* (*Aldi* præſertim, quem formulis etiam argenteis, vſum fuiſſet perhibent, vt nitidior eſſet character [10]), *Frobenniorum*, *Griphiorum*, *Ruilliorum*, *Giolitorum*, *Valgriſiorum*, *Plantinorum*, *Iuntarum*; quibus doctiſſimi *Turnebi*, & elegantis *Moreti* nomen addo, quem *Mathias Caſimirus*, alter *Horatius*, ſic laudat.

Extendis æuum; tu tacitam libris
Demis ſenectam: ſecula, Gratiæ,
Muſaq; & impubes Apollo, &
Mercurius tibi debet annos:

vt illa *Stephanorum* taceam atro carbone notata, quorum tamen omnium opera

1 *Occaſio ſcribendi.*

2 *Do, dico, addico: vide Roſin. antiquit. Roman. lib. 4. cap. 3.* verſ. *ad profeſtos.*

3 *Res proferri dicuntur, cum per ferias, in ius vocare non licet: res redire cum ferijs finitis rurſus iuditia, & Senatus, habentur. Vide Obertum Giſanium in obſeru.*

4 *In arte.*
Et malè tornatum incudi reddere verſum.

5 *De ſubtil. lib. 17. in princ. & de variet. lib. 13. cap. 64.*

6 *In methodo Hiſtor. cap. 7.*

7 *De Imperio, & Philoſophia Gallorũ lib. 4.*

8 *In diſſertat. de arte iureq; belli tit. de Typographia.*

9 *In diebus canicularibus tit. memorabilia pag. 318. col. 2.*

10 *Ludouicus Guicciardinus in deſcript. Belgij, vbi agit de Harlem.*

11

In l.generaliter 24.§.*quidquid ergo* 17. *ff.de fideicom. libertat.* ibi, *& fortasse quis dixerit ordinem scripturæ sequendum*.

12

In l.cum pater 77. §. *à te peto* 32.*ff. de leg. & fideicom.* 2. ibi, *non esse datam electionem, sed ordinem scripturæ factum substitutioni respondi*.

13

In l.quotiens 34.*in princ.ff. de vsufructu, & quemadmod. quis vtatur*, ibi, *si ita legatus fuerit* (vsusfructus)*Titio,& Maeuio; potest dici priori Titio, deinde Maeuio legatum datum*.

14

In l.qui soluendo 60.*ff.de hered.inst.*ibi, *vt quisque primus scriptus sit, heres sit*.

15

Ad dictam l.qui soluendo.

16

In l.Publius 36.§.*Titia ff.de condit. & demonstr.* in verbo *primo loco litera A in fine*.

17

En la primera partida; en el titulo V. de los Prelados ley nona in verbo *primero despues del Papa*; vers. *præsumitur enim maior, qui primò nominatur lit.K.*

18

*De iure primige.qu.*19.*num.*2.

19

Collegium Paduanum conf. 2.*post conf. Zabarellæ num.*23.

20

*Ibidem num.*20.*& seq.*

21

*In conf.*136.*vol.*2.

22

*Decis.*21.*num.*1.*&* 2.

23

Decisio 130.*num.*23.

24

DD.in l.quidquid 27.§.*cum partes* 2.*ff. de adquir.rer.domin.in l.quæritur Hermaphrodytum* 10.*ff.de statu hominum.Baldus in l.*1.§.*huius studij nu.*1.*ff.de institia, & iure*, vbi ait *nota, quod vnumquodque denominatur per prius*.

25

In l. non sunt 14. *in addit.ff. de statu hominum*.

stat,æternùmq; stabit literarum colossus. Sed moueor, quia me validæ rationes ducunt in hanc sententiam.

Primam rationem desumo ab ipso ordine scripturæ Statutorum ipsius Collegij; quæ semper Bibliopolas præfert Typographis: scripturæ igitur ordo seruandus est; vt probant *Vlpianus* [11] *Papinianus* [12] *Iulianus* [13] *& Celsus* [14] Et ratio rationis est, quia ordo verborum designat ordinem intentionis, qua motus fuit conditor Statuti, vt cum *Baldo* docent *Gottofredus* [15] *Alexander ad Bartolum* [16] *Gregorius Lopez*,[17] *& Tiraquellus* [18] Potissimùm vbi agitur, vt hic, quis prior, aut posterior esse debeat [19]: nàm qui prior nominatur, dignior cẽsetur. [20]

Hinc scripsit *Ana Iunior*,decernendam sibi esse sedem priorem, quia in ordine scripturæ prior nominatus fuerat à Prorege [21]; qua de re videantur *Carolus Tapia* [22] *Mastrillus*, [23] & alij.

Secunda ratio, qua moueor illa est, quia æquè apud Iureconsultos, atque apud Philosophos recipitur axioma, vt potior compositi denominatio, à parte substantiali, quæ præualet, desumatur. [24]

Sed pars præualens huius Collegij, sunt Bibliopolæ; vt liquet ex Statuto; & præsertim ex eius capite 27. vbi inter eos quatuor, qui ius dicunt,& præsunt,vnus tantùm admittitur Typographus, & ex capite 4.vbi pro tertia tantùm parte grauantur Typographi.

Igitur præ istis potiores nominandi sunt Bibliopolæ, penes quos etiam est maior administratio; nam vt docet *Baldus* à maiore operatione denominatio fit [25] & in mixto præualet simplex,quod est potentius [26] nec in iure nouum est, vt ratione maioris administrationis, quis alij præstet. [27]

H 2 Ter-

26

*Menoch.conf.*648.*num.*9.*& conf.*690. *num.*7.*Cyriac.controu.*4.*num.*64.

27

Præses Picenardus in responso de præcedentia num. 48. *inter diuersa impressa Patauij. S. Felicius decis.* 223.*num.* 11. *& seq. Caphal.conf.*615.*num.* 130.*cum seq.*

Tertiam rationem affero, quia Bibliopolæ antiquiores sunt; ideoque præponendi.[28]

Quis enim est inter, vel mediocritèr eruditos, qui nesciat antiquitùs etiam, Bibliopolarum gloriam floruisse, & crebram de illis mentionem incidere in doctissimorum hominum monumentis? Testis sit festiuissimus *Lucianus*, qui *Atticum, & Gallinum* Bibliopolas laudat[29]: Testis *Suetonius*[30]: testis *Palladius*[31]: testis *Veggetius*[32]: testis *Caius Plinius*[33]: testis pluribus in locis iucundissima musa *Martialis*[34], qui libro etiam primo Epigram. 118. in *Lupercum* Tabernam sic graphicè describit.

Contra Cæsaris est forum taberna
Scriptis postibus hinc, & inde totis,
Omnes, vt citò perlegas Poetas.
Illinc me pete; ne roges Attrectum:
Hoc nomen Dominus gerit taberna;
De primo dabit, alterove nido
Rasum pumice, purpuraque cultum
Denarÿs tibi quinque Martialem.

Colligimus hinc tabernas Librarias Romæ fuisse plures; & Bibliopolas tunc temporis celebres extitisse, *Secundum; Attrectum, & Tryphonem*, de quo idem Martialis alibi cecinit.

Non habeo, sed habet Bibliopola Tryphon.

Et rursus.[35]

. . . . . poterit constare duobus.
Et faciet lucrum Bibliopola Tryphon.

Qua de re, qui plura scire auet, & in qua vrbis regione essent dictæ Tabernæ; videat *Raderum* ad laudata loca Martialis; *Casparem Barthyum*[36] & interpretes Oratij ad illa Carmina.[37]

Vertumnum, Ianumq; liber spectare videris;
Scilicet, vt prostes, sociorum pumice mundus.

Non tamen omitto libros venales prostitisse ad pilas, siuè columnas; quò allusit idem Oratius illo carmine.[38]

Nulla taberna meos habeat, nec pila libellos.

Et illis quoque.[39]

. . . . mediocribus esse poetis;
Non Dÿ, non homines, non concessere columnæ.

Et Iuuenalis quoque Satyra prima ibi

. . . . . & assiduo rupta lectore columnæ.

Porrò laudatur hoc vno nomine *Caius Melissus* à Suetonio[40] *quod eleganter curam ordinandarum Bibliothecarum, in Octa-*

28 *Glossa singularis in cap. quorundam* 24. in verbo *Prædicatorum* extra *de elect. libro 6. & in c. fin.* in verbo *Prædicatores de pactis. d. lib. 6.*

29 *Lucianus in inuectiua aduersus indoctum.*

30 *In Domitiano cap.* 10.

31 *In præfat. de re rustica.*

32 *De re militari lib. 2. cap. 7. & 20.*

33 *Epist. 11. lib. 9. & epist. 2. lib. 1. ibi*, nisi tamen auribus nostris Bibliopolæ blandiuntur.

34 *Lib. 1. epigram. 2. ad lectorem, & epigrama. 4. ad lib. suum, & 171. ad Lupercum lib. 14. & alibi.*

35 *Lib. 13. epigr. 3.*

36 *Aduersar. comment. lib. 6. cap. 12.*

37 *Epistola 20. lib. 1.*

38 *Lib. 1. Satyra 4.*

39 *In arte.*

40 *De illustribus Gramat.*

Octauiæ porticu suscepit.

Neminem verò latet inuentum Typographiæ nostratis, nouitium esse, saltem in Europa; de quo scripserunt *Polydorus Vergilius* [41], *Iacobus Pontanus* [42], *Caluinus in lexico*, [43] *& Maioleus* in diebus canicularibus. [44]

Siue inuentor fuerit *Ioannes Guttemberg* Argentinensis ex equestri ordine, anno 1440.: siue *Ioannes Faustus Mogontinus*; vt disputat *Christophorus Besoldus*: [45] siue quidam Harlemensis, vt vult *Petrus Berttus* [46]: siue ex Sinarum regione delata sit huc rudis ars, & deinde apud nos expolita, vt volunt *Mafeius* [47], *Pancirolus*, [48] *& Garsias ab Ortu*; [49]

Quarta ratio sit, quia finis quem spectat Typographia, dum Libros cudit, præcipuus ille est, vt Bibliopolæ deseruiat: sed caussa finalis, omnium caussarum nobilissima est, [50] quia scilicet efficientem mouet; efficiens verò, materiam disponit ad formam [51]: Bibliopola igitur præire debet, vti dignior: quemadmodum præpositus, & olim legitur in Catalogo Artium Vrbis Mediolani; ad hoc vt cuique certum vectigal indiceretur pro rata.

Neq; ego censuram illam audiendam esse opinor Critici Boccalini, [52] qui atro dente Typographiam petit, dum scribit, illius quidem ope ditiores, non tamen meliores factas esse Bibliothecas.

Quot enim inferioris notæ scriptores, quos, vt canit *Iuuenalis* [53] insanabile tenuit scribendi cachoethes, fuisse credendum est in illa Ptolomei Bibliotheca, in qua ducenta librorum millia numerabantur? [54] quot in illa Luculli, qua Cicero vtebatur? quot in Palatina, cuius etiam mentio legitur apud Suetonium? [55] quot in Vlpia, alijsque, quas recenset *auctor Anonymus* in descriptione Vrbis Romæ? [56] quot in illa, quæ Zenone Isaurico imperante conflagrauit, in qua cētum mille volumina erant, vt scribit etiā *Menochius noster*? [57] Quot in æde illa Camænarum, & Apollinis, quam Augustus extruxit in Palatio, vbi Poetarum opera seruabantur, teste *Farnabio* ad illud Persij Carmen in prologo.

Ad sacra vatum carmen affero nostrum?

quot

41 *De rer. inuent. lib. 2. cap. 7.*

42 *In progym. 32. p. 1. 3. partis princip.*

43 *In verbo librarius item.*

44 *Pag. 318.*

45 *De arte inreq; belli, tit. de Typographia.*

46 *Lib. 6. comment. rer. German.*

47 *Histor. Indic. lib. 6.*

48 *In nouis repertis tit. 12.*

49 *Libro 2. aromatum apud Indos nascentiam cap. 38.*

50 *Rodulph. Agricol. de inuent. Dialect. lib. 1. cap. 14. & 16.*

51 *Cardin. Tuscus lit. F. concl. 378. nu. 11.*

52 *Cent. 1. pag. 25.*

53 *Satyra 7. vers. 52.*

54 *Euseb. præpar. Euangel. lib. 8. cap. 1.*

55 *Cicero 3. de fini. Suetonius de illustr. Grammat. in Caio Iulio Higino.*

56 *In libro inscripto notitia vtraque cum Orientis, tum Occidentis.*

57 *De recuper. possess. remed. 11. num. 2.*

quot demum in cæteris nostrorum, vel superiorum temporum Bibliothecis illustribus; quas colligit *Maiolus*?[58] sanè vetus est querela Poetæ.

Scribimus indocti, doctique poemata passim.

Sed quoniam de Bibliothecis agimus circa quas Bibliopolæ versantur; age, inuestigemus, quæ nam prima fuerit in Orbe. Existimat autem *Ioseph Scaliger*[59] *Noleum* quendam Corisci Socratici filiũ, primum omnium Bibliothecam instituisse, vt apud Strabonem legitur. Contra verò, antiquissimam, quæ omnium, fuerint Bibliothecam, scribit Eustathius[60] in Ægypto fuisse, ante natum Homerum & in ea fæminę cuiusdam *Phantasiæ* poemata deposita fuisse, quæ Homerus suffuratus fuisse dicitur, vt narrat etiam *Tarquinius Gallutius in moralibus suis*.[61] Quod si ita est, iam pœna plagij tenetur Homerus, quam tamen euitabit facillimè, si se aurea flumina vomentem Iudicibus exhibuerit, vt ipsum olim in tabula pictor expressit.

Verùm quid plura quærimus de Bibliothecarum antiquitate; vbi *Ouidius* affert[62] tabularia quædam ex ære solidoq; ferro, quibus leges fatorum incisæ erant adamante perenni, quibus tres, Parcæ præerant vti Librariæ, Archiuiq; Custodes, vt ex *Martiano* Capella, notat ibi *Farnabius*?

Hinc fit, vt Petrarcæ (viri alioquî sapientissimi) expostulatio audienda non sit, qua Principes carpit *epist.1.lib.6.* *Animaduerti* inquit *tale aliquid in Principibus Dominisq; terrarum, qui omni studio libros quærunt, petunt, rapiunt, mercantur, non literarum amore, quas ignorant, sed auaritia inducti; nec animi, sed thalami quærentes ornatum, nec scientiam, sed nomen, neque Librorum sententias, sed pretia cogitantes: Verùm his colorata excusatio, licèt falsa non deerit: dicent enim sobolem se ac posteros cogitare, & verbo quidem nondum natis, aut quod vitę genus eligant prorsus incertis; veræ autem auaritiæ, propria, atque ignorantiæ Bibliotheca congeritur.*

Quintam rationem subministrat nitor, artis, quæ cum nihil ferè sordium habeat, quod eluere opus sit; consequenter

---

58 *In diebus canicularibus pag.317.et 318.*

59 *In commentario contra Guilandinum Medicum in membrum 7.*

60 *In proœmio ad Odysseam.*

61 *In cap.3.moral. Aristot.lib.6.q.3. ad fin. pag.38.col.2.tomo 2.*

62 *Metamorphos.lib.15.ad fin. vbi Farnabius lit.G.*

ter nobilior est. Enim verò, quàm tristis rerum facies occurrit Typographium intranti? 63 hinc atræ manus,& atri sæpè vultus artificum se se offerunt: hinc elementa dispersa,& abiectę sine forma formæ: hinc subsellia, & scamna turpiter atramento fœdata: hinc humida, & expassa folia,tensis arundinibus pendentia: hinc stridor acutus preli, & superincumbentis crepitus trabis: hinc voces relegentium dissonæ, censorumq; clamores auribus obstrepunt.

63 *Descriptio Typographij.*

Quàm purum contra, nitidumq; Bibliothecæ prospectum exhibet tibi *Pontanus* 64 in qua, vel ipsi nidi, & loculamenta Librorum, in multiplicem seriem aptè disposita, sibi inuicem eleganti proportione respondent? ipsi verò Libri, non rudes, & soluti, sed diligenter compacti, & in ordines certos dispertiti, sericis versicoloribus filis exornantur; & candidis inuoluuntur membranis; hi viridi; illi nigro; alij rubro corio vestiuntur; & arida pumice læuigati, tyrio colore fucantur, auratis lineis distinguuntur; vncisq; fibulisque nunc coriaceis; nunc æneis, imò, & argenteis sæpè clauduntur. Præterea ad vnumquemque Librorum, porrectioribus elementis,seù literis cubitum longis, vt iocatur Plautus 65 præscripta lemmata pendent; vtq; ad peculiarem quisq; disciplinam pertinens, faciliùs incurrat in oculos, vnusquisque nomen suum ostendit intrantibus.

64 *In progymnasmat.*

65 *In Pœnulo actu 3.scena 2.vers.15.& in Ruden.act.5.scena 2.vers.7.vbi Taubman.*

Bene igitur in tabernas Librarias,colloquij gratia conuenire solebant viri docti; vt colligimus ex *A.Gellio*,66 & obseruauerunt *Barthyus*,67 *& Ioseph Scaliger.* in castigat. ad illud carmē Catulli.68 *Te in Circo, te in omnibus libellis.*

66 *Noct.Attic.lib.5.cap.4.*

67 *Aduersar.lib.3.cap.20.col.2.ad med.*

68 *Pag.mihi 42.*

Et comprobo etiam ex *Laertio* de vita Philosophorum 69 vbi de Zenone ait *ea iactura subtristior factus, Athenas ascendit, annos triginta natus, seditque iuxta librarium: legente autem illo secundum Xenophontis commentariorum; delectatus ille, & iam lector sciscitatus, vbi nam eiusmodi viri morarentur; opportunè tunc prætereunte Crate, digito illum Bibliopola ostendens, hunc, inquit, sequere.*

69 *Lib.7.in principio.*

Ar-

Arguitq; hinc benè *Barthyus*, receptum fuisse morem apud Græcos, vt Librarij Libros legerent; vt scilicet emptores prægustarent ingenium auctoris.

Hunc verò poliendorum Librorum morem Iurecousulti legunt eleganter expressum ab *Vlpiano*, [70] qui de codicibus eboreis, variàq; voluminum specie mentionem facit, quæ ideo volumina dicta sunt, quod ea veteres in *Cylindri* modum conuoluere solebant. [71]

70 *In l. librorum 52.ff.de legat.3.*

71 *Gothofredus ibidem.*

72 *Scaliger.in Guilandini membrum 3.*

Quem tamen locum *Vlpiani* intelligit *Scaliger*, [72] vel de pugillaribus eburneis; vel legendum esse dicit *roboreis* non *eboreis*, quia in ebore ait scribi non posse: nam quamuis cum *Vlpiano* consentiat *Vopiscus*, dum Libros affert Elephantinos, quibus Senatus Consulta inscribebantur; probarę tamen nititur *Scaliger ex Isidoro*, omenta siuè intestina Elephãtina fuisse; & corium de quo loquitur *Vlpianus*, fuisse tergus ouillum.

Politè quoque descripsit *Ouidius*, alloquẽs Librum suum in hæc carmina. [73]

73 *Libro 1.de tristibus Elegia 1.*

Nec te purpureo velent vaccinia succo,
Non est conueniens luctibus ille color:
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
Candida nec nigra cornua fronte geras:
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes
Hirsutus passis, vt videare comis.
Felices ornent hæc instrumenta libellos
Fortuna memorem te decet esse mea.

Et cum Ouidio *Tibullus*. [74]

74 *Lib.3.Eleg.1.*

Lactea, sed niueum inuoluat mẽbrana libellũ,
Pumex, & canas tondeat ante comas.
Summaq; prætexat tenuis fastigia chartæ
Indicet, vt nomen litera facta tuum.
Atque inter geminas pingantur cornua frõtes
Sic etiam comptum mittere oportet opus.

Huc simul respexit Catullus [75] dum inquit.

75 *Ad Cornelium.*

Cui dono lepidum nouum libellum
Arida modo pumice expolitum;

76 *Barthy aduersar.lib.25.cap.1.*

[76] Vnde etiam sumpta translatione, prisci æui scriptores, *pumicatam frontem, manum*, & alia membra dixerunt; & *Lucianus* ipse de vitijs diuitum verba faciens [77] similitudinem sumpsit, dum ait *omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris, quorum aurei quidem vmbelici, purpurea foris pellis &c.*

77 *De his, qui mercede conducti &c.*

78 *Epigram.68.lib.11.*

Idem voluit *Martialis* [78] dum cecinit.

Sed

Sed pumicata fronte, si quis est nondum,
Nec vmbilicis cultus, atque membrana.

79 *In notis ad Martialem.*

Vbi *Cornelius Screuelius* 79 ex *Salmasio*, & alijs describit obtegendorum, & poliendorum librorum morem; ad quem ideo lector adeat, qui plura cupit.

Libri verò vox subtilem arborum corticem significat, in quo antiquitùs scribebatur, vt explicant *Calepinus*, & *Daniel Bartolus*, 80 & pulchrè *Virgilius*. 81

80 *In Geographia spirituali cap. 9.*

81 *Lib. 2. Georgicorum.*

.....aliena ex arbore germen
Includunt, vdoq; docent inolescere libro.

Quodq; librorum tituli, rubro colore scriberentur, satis ostendit carmen *Iuuenalis*. 82

82 *Satyra 14. vers. 192.*

...... perlege rubras
Maiorum leges.

Ac illud Persij. 83

83 *Satyra 5. vers. 90.*

Excepto si quid Masuri rubrica vetauit.

Imò librorum inscriptiones, titulos dictas existimat *Hieronymus Maggius* 84 ab ornamento capitis Flaminicarum; quod vittà purpurea implexa crinibus fiebat.

84 *Miscell. lib. 1. cap. 14.*

Sapienter igitur Plinius 85 *Carthæ vsu maximè humanitatem, & memoriam constare* dixit: Papyri namque nomen, & vsum ad res amiciendas multò ante Græcis innotuisse, quàm Alexander potiretur Ægypto, *Scaliger tradit* 86 non tamen in ea scribi tunc cæptum fuisse, sed diu post.

85 *Histor. lib. 13. cap. 11.*

86 *In Guiland. memb. 2.*

Papyrum porrò niloticam, sic describit *Leuinus Lemnius* 87 *in paludosis Nili aquis papyrus nascitur: ex hac olim in tenuissimas membranas dissecta, charta confici solent; vt nunc in Europa ex linteolis minutatim contusis, atque aqua maceratis, qua cum eundem cum veterum papyro, vsum, & commoditatem obtineat, vetus nomen seruat: assurgit autem papyri fructus, nonnunquam in octo, aut decem cubitorum altitudinem, vt arundo in Hispania, internodijs distincta, forma triangulari, ea crassitudine, qua manum complicatam impleret; ex quibus vbi inarescunt, scipiones conficiunt, lauore perpolitos, colore spadiceo, qualis est castanearum æstimat cortex.* Bene igitur Nilum Ouidius 88 appellat in illo carmine.

87 *In explicat. Herb. Biblia cap. 16.*

88 *Metamorph. lib. 15.*

Perq; papyriferi septemflua flumina Nili.

Iam

Iam verò, quod attinet ad chartæ varias species, eiusque materiam; videndi sunt *Alexander ab Alexandro*, [89] & ibi *Tiraquellus*, qui plura affert; *Cotta* in memoral, [90] & *Vlpianus*, [91] qui de philyra, & Tilia agit, & qui bene explicatur, & illustratur à Politiano Miscellaneorum capite 72.

Iulius etiam *Scaliger* in *Cardanum*, [92] sic ait de alia palma scriptoria; *sunt, & humilia palmeta, folio tam polita superficiei, vt eo pro chartis vtantur ad scribendum in Prouincia Mangi; alterius arboris vsus idem, Tal dicitur.*

De forma quoque chartæ antiquæ, hæc habet *Salmasius* contra *Heraldum* [93] *forma, vt alia fuit, quàm hodierna; ita ex materia diuersa: ex papyri quippè Nilotica philyris contexta, glutine inuicem iunctis; volutilis potius erat, quàm plicatilis; vix enim ferebat in alios complicari modos, vt nostra; præcipuè ea, quæ libris conscribendis destinabatur, tenerior, & subtilior cæteris generibus; quam Regiam chartam vocabant.*

De qua sanè Catullus ait. [94]

Puto esse ego illi millia, aut decem, aut plura
Descripta, nec sic, vt fit in Palimsesto
Relata, charta Regia, noui libri
Noui vmbilici; lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia aquata.

Et in hac fortasse charta Regia scribebant Imperatores, quorum nonnisi purpureæ erant inscriptiones, vt edixit etiã *Leo Imperator* [95], miniatis scilicet literis, & encausto muriceo consignatæ; quod cocto murice, & triti conchylij ardore conficiebatur, vt exprimit idem Imperator, & eleganter explicat doctissimus *Brissonius* [96] Transuersa autem charta scriptas fuisse literas à Ducibus, & Consulibus, tradit *Suetonius*. [97]

Plures quoq; chartas recenset *Ioseph Scaliger* loco supra laudato, & per totum opusculum [98] nempè chartam *Epistolarem* (quàm *Martialis* salutatricem appellat) *Fannianam, Liuianam, Augustam, Hieraticam* maioris moduli, quæ Annalibus dicabatur, & ritualibus libris, & Hierophanticis rebus, eratq; 13. digitorum, & ab alia distinguebatur, quæ vndecim erat: *Claudiam*, quæ ex duabus

89 *Genial. dier. lib. 2. cap. 3. vbi Tiraquellus.*

90 *In voce* librorum.

91 *In Librorum.*

92 *Exercit. 158. nu. 6. fol. mihi 220.*

93 *De subscrib. & signand. testam. cap. 10.*

94 *De Suffeno.*

95 *In l. sacri 6. C. de diuers. rescriptis.*

96 *De formulis P. R. lib. 3. post medium vers. illa autem verba pag. mihi 326.*

97 *In Cæsare cap. 56.*

98 *Contra Guilandinum.*

Hieraticis compacta erat, ex *Augusta scilicet, et Liuiana: Saiticam, Taenioticam,* deleticiam, *Amphyteatricam*, vt latiùs apud eum videre est, qui etiam *Bibli* vsũ ad scribendum notum veteribus fuisse perhibet.

Quamquam si primam antiquitatem refodiamus, apparebit stylo etiam ferreo, & in tabulis plumbeis scribi solitum fuisse, vt apud Iob.[99] & ex Georgio Fabricio obseruauit *Valesius,*[100] & *Scaliger* opusculo citato [101] docet, *plumbeos libros* vsurpari pro plumbeis monumentis in quibus Historiæ, libri Sacri, Annales, & alia id genus exarabantur; schedas verò fuisse pagellas ligneas.

Rudibus etiam tum sæculis, in Italia vetustissimi (quos *Ennius* appellat *Cascos* de quibus vide Erasmum in prouerbio *Casceus Cascam ducit*) in dolatis ex aliqua materia tabulis, arborumq; corticibus inter se literas missitabant, ex quo tabellarij, librarijq; nomen hodie manet; sunt verba *Iani Parrasij*. [102]

Abissinos verò, quibus nullus papyri vsus erat rationes publicas pellibus cõsignasse ex Aluaresio testatur Bodinus.[103]

Bibliothecis; etiam splendorem conferunt imagines, quæ in illis antiquitùs poni consueuerunt, vt *Torrentius* tradit, [104] & in hanc rem *Plinius Senior*, ità scribit [105] *non solùm ex auro, argentoq; aut certè ex ære, in Bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ in ijsdem locis loquuntur; quin imò etiam, quæ non sunt, finguntur, pariuntq; desideria non traditi vultus, sicut in Homero euenit:* & *Plinius* quoque *Iunior* [106] ad Euricium, siuè Erucium Clarum, ait *si inter eos, quos numquam vidimus floruisset, non solùm libros eius, verùm etiam imagines conquireremus.*

Sextam rationem affero, quia Bibliopolæ, vbique gentium libros emunt, & proinde inter mercatores connumerantur, vt definit *Aleiatus* [107] ideoque hoc etiam nomine præponendi sunt Typographis, qui potius inter manu operantes recensentur, dum ex elementis primùm syllabas; ex syllabis deindè verba; tùm ex his orationem, librosq; conflant: quemadmodum serici mercatores, præferun-

99 *Cap. 19.*

100 *De Sacra Philosoph. cap. 49. in fine.*

101 *In Guiland. memb. 3.*

102 *In oratione ante prælection. Epistol. Cic. ad Atticum.*

103 *In methodo Histor. cap. 5.*

104 *Ad Orat. satyr. 4. lib*

105 *Histor. lib. 35. cap. 2. ant.*

106 *Epist. lib. 1.*

107 *In l. mercis 207. ff. de verb. signif.*

feruntur ijs, qui serica fila iungunt, & intorquent.

Hæc habui, quæ pro Bibliopolis scriberem; Maiora verò, & meliora suppeditabunt alij, qui se altiùs in antiquitatem, & politiorem literaturam penetrauerint; Nec deerit, qui Typographorum caussam ornatè dicet: Libenter quidem legissem *Hemanum Vgo de origine scribendi*, sed huius auctoris copia mihi facta non est:
108 Et quoniam in hac Disputatione vsus sum identidem testimonio *Bodini* aliorumque eiusdem farinæ: sciat lector me facultatem habere eos ad triennium legendi, & retinendi.



FRANCISCO SADARINO
I. C. DOCTISSIMO
A SECRETIS SENATVS MEDIOL.SIS
ORNATISSIMO VIRO.



AROLVS MARIA MADDIVS COLLEGA
S. P. D.



EGI auidiſſimè orationem tuam pro Bipliopolis, quamuis eam mihi honoris potius, quàm iudicij cauſa traditam eſſe intellexerim. Agam tamen candidè, & vtar omnino ingenio meo, palpationis, quàm arrogantiæ crimen diligentiùs cauens, non ignarus, alterum ad ſolam conſcientiam tenuitatis, & imperitiæ; alterum etiam ad amicitiæ Sanctitatem pertinere. Eſt itaq; totius operis deſcriptio mirabilis; entimematum vis validiſſima; ſtructio ipſa tota, & compages aptiſſima, & prudentiſſima artis diſſimulatione cohætens. Sed harum virtutum teſtimonium à me non requiris, nec ego ipſe id mihi ſumo, vt diſciplinæ fiduciâ auctoritatem ſententiæ præſtem. De orationis nitore, & ornatu accuratiùs dicam, in quo non nihil operæ à me poſitum fuiſſe non nego, & facit ipſa humanitas iudicij, non vnicâ ſignificatione teſtata, vt de his fidentiùs loquar. Miratus itaq; ſum multiplicem eruditionem ex penitiſſima antiquitate petitam, & ante alia Latinitatis non ſolum nitorem, & munditiam, ſed cultum, & elegantiam ſinè grauitatis detrimento exquiſitiſſimam: illud autem ſatis mirari non poſſum, qua ratione in tantâ barbarie actionibus forenſibus oblitâ, ſtylum potueris, vel defoecatum tueri, vel ſubitâ meditatione ita detergere, vt Latinitatis ſuperſtitionem, forenſiſque intelligentiæ neceſſitatem (quæ, & ipſa ſæpè artis eſt) ritè coniunxeris. Vale, ò Literarum decus, & amicorum ſuauiſſimè. Dat. Mediolani nono Nouembris, Anno M.DC.LXIX.

Reſpon-

Responsum XI.

Agitur de immunitate reali, qua Professores gaudere debent.

SVMMARIVM.

Quæstio hac, an immunitas sit realis, quæ datur Professoribus; difficilis quidem visa fuit Klokio num. 1.

Affirmantem tamen sententiam strenuè propugnauit num. 2.

Probatur ex legibus nu. 3.

Complectitur etiam filios, & vxorem num. 4.

Rationes, quæ assignantur num. 5. 6. 7.

Comprobatur lege, & auctoritate num. 8.

Mathematici inter hos professores adscripti fuerunt ab Alexandro Seuero num. 9.

Mathematici magno in pretio apud Ægyptios, & cur? num. 10.

Mathematici Imperatores num. 11. *Matthias, & Ludouicus Vngariæ Reges num.* 12.

Fauorabilior esse videtur hæc immunitas, quàm illa duodecim liberorum num. 13.

Mathematici, qui plus profuerunt, quàm acies armatæ num. 14.

Amaya dictum num. 15.

Ratio politica conseruandæ huius immunitatis num. 16. & 18.

Academiarum origo num. 17.

Architectura ciuilis, & militaris laus nu. 19.

Marchionis Caracena, & Senatus prudentia num. 20.

Petrus Paulus Carauaggius. Mediolanensis laudatur num. 20.

Pœna, & præmio Respublica constare debet num. 21.

Damnum priuatorum cedit vtilitati publicæ num. 22.

Verus finis priuilegiorum, qui spectat remunerationem benemeritorum nu. 23. & 24.

Medium in Iustitia non constituitur ex sola proportione arithmetica, sed etiam ex geometrica, & armonica num. 25. 26.

Vtilitas, quæ promanat ab his Professoribus in Remp. num. 27.

Exemplum, & laus Serenissimæ Reip. Venetæ num. 28. & 29.

Citatur locus Ecclesiastes cap. 9. explicatus à Baconio num. 30.

Immunitas tamen hæc prudenter concedenda aliquibus non omnibus Professoribus, vt monet Antoninus Pius num. 31.

Decisio, & Litera Maximi Regis Philippi II. num. 32. & 33.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



EALIS non minùs, quàm personalis immunitas est, quæ tribuitur publicis Professoribus; cuius cōseruationi, vt solicitè lex inuigilat; ità consensus Politicorum vnanimis suffragatur.

1 Et si enim difficilem hanc esse quæstionem dixerit *Klokius de contribut. cap.* 15. *num.* 101. *& seq.* refragantibus *Thomat. Heigio; Thomingio; Bocero*, & alijs, quos refert: tamen sententiam nostram disertè confirmauit *num.* 104. *& seq.* ad quem lector adeat; quia contrarijs argumentis bene respondet, & plenè quæs-
2 tionem discutit à dicto *num.* 101. *ad nu. vsque* 122.

De hac porrò immunitate aperti sunt textus *in l.* 6. ibi *necnonet rebus, quas in Ciuitatibus suis possident, & in l. vltima. C. de professor. & Medic. lib.* 10. vbi hæc
3 immunitas complectitur etiam eorum vxores, & filios: *& in l. Archiatros* 8. *C. de Metatis, & epidemeticis lib.* 12. *& in*
4 *l. si duas* 6. *§.* 2. *& plur. seq. ff. de excusat.*

Rationes verò, quibus lex mota fuit, eleganter expresserunt Diocletianus, & Maximilianus II. *in l.* 1. *C. de adsessoribus*, in illis verbis, *quia studiorum labor mere-*
5 *tur, vt in publicis administrationibus constituti; spe præmiorum atque honorificentia sua prouocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam.*

Et Constantinus etiam Imperator *in d. l.* 6. *C. de professor.* ibi, *quo facilius liberalibus studijs, & memoratis artibus mul-*
6 *tos instituant lib.* 10. ac Modestinus *in d. l. si duas §. Roma* 12. ibi, *quoniam decenter vtique vtilem se ipsum prabens ff. de excusat.*

Quam sauè rationem publicæ vtilitatis, longè facundiùs explicarunt *Leo, & Anthe-*

Anthemius in l. Aduocati 14. *C. de aduoc.*
diuers. iudiciorum, in hæc verba *non mi-*
7 *nus prouident humano generi, quàm si præ-*
lijs atque vulneribus Patriam parentesq;
saluarent: nec enim solùm nostro Imperio
militare credimus illos, qui gladys, cly-
peis, & thoracibus nituntur: & hac for-
tasè ratione motus Pompeius ille Ma-
gnus, fasces submisit laribus Possidonij
Philosophi.

Eruditè verò *Antonius Perezius ad lib.*
10. *C. tit.* 25. *num.* 1. *&* 4. euincit hanc im-
munitatem esse realem, & comprobatam
8 etiam ex alia Constitutione Friderici
Imperatoris, quàm citat, quàm eam esse
puto, quæ recensetur in *auth. habita C. ne*
filius pro patre; *& num.* 8. memorat ex
Alexandri Seueri decreto, Mathemati-
cos etiam adscriptos fuisse inter hos pro-
fessores: Hos enim, vt *Melchior Iunius*,
10 ait *quæstione Politica* 107. Ægyptij sum-
moperè coluerunt; maximè propter
cõtentiones ortas inter vicinos de agro-
rum finibus; vt apud *Diodorum lib.* 1. *cap.*
6. Constantinus verò Leonis Philosophi
11 filius: Henricus Imperator; Carolus
Magnus, & ipsi Mathematici insignes,
Mathematicos amarunt, & plurima his
priuilegia concesserunt, vt testantur
Auent. lib. 4. *&* 5. *Annal. Cedrenus*; & Mat-
thias Rex Hungariæ Ioannem Monte-
Regium, & honoribus, & diuitijs magnis
cumulauit *teste Bonfinio in Vngaricis Hi-*
storijs lib. 8. *decad.* 4. *& lib.* 10. *decade* 2.
12 vbi de Ludouico meminit Vngariæ Re-
ge studia mathematica promouente.

Et sanè, quæ de immunitate ob duo-
decim liberos Reipublicæ vtili, passim à
scriptoribus vsurpantur; locum à for-
tiori sibi vindicant in Professoribus: si
namq; Paulus I.C. illam politico Consi-
13 lio, ideo recipit, & extollit in *l. cum ratio*
7. §. *si plures ff. de bon. damnat.*; quia nimi-
rùm *amplari Imperium hominum adiec-*
tione potius, quàm pecuniarum copia ma-
lit.; profectò fauorabilior erit Immunitas
Professorum, qui moraliter augent Regi
Domino subditos, eosque doctos, & in
quocunque genere disciplinarum excel-
lentes præstant, & quasi creant; dum ad
eas artes informant, quæ faciunt homi-
nes ab hominibus differre sicut viuos à
mortuis: & ad Rempub. administran-
dam, Patriamq; seruandam idoneos red-
dunt; quia vbi consilium, ibi salus, vt
sacræ literæ docent.

Fatentur Historici plus profuisse Pa-
triæ Solonem; Syracusis Archimedem,
obsidente eas Marcello; speculisq; etiam
14 suis Constantinopoli Proclum, aduer-
sus Vitalianum, qui contra Anastasium
Imperatorem insurrexerat, quàm pecu-
niæ, & armati plures homines profuis-
sent.

Prudenter igitur ait eruditus Hispa-
nus *Amaya ad l.* 6. *in principio C. de Pro-*
fessor. lib. 10. neminem, nisi qui homo nõ
sit, ignorare posse; in his Professorum
15 Immunitatibus atque præmijs conser-
uandis, fouendis, amplificandis bonum
totius Reip. contineri: & rursus in *l. vni-*
ca num. 11. *C. de præbendo Salario lib.* 10.
vbi ait receptum hunc esse morem *ma-*
xima cum ratione, quia honore nutriuntur
bonæ artes, & hoc est specimen florentis
Reipub. vt disciplinarum Professoribus
præmia opulenta pandantur; vbi enim
virtus honoratur, ibi vigent ingenia &c.

Doctrina porrò Politica, veritatem
hanc semper, vti axioma retinuit: nàm
cum ex præcepto Philosophi in *octauo*
16 *Polit. cap.* 3. *& alibi*, in omni benè consti-
tuto Regimine, Iuuentus Selectior (no-
bilior præsertim) ad ciuilem doctrinam,
& administrationem publicam instituẽ-
da sit: Id autem vt faciliùs obtineatur,
cauendum sit, ne artibus ijs popularibus
atque ignobilioribus se maculet, quæ
mentem animumq; demittunt, & ab illa
magnitudine abstrahunt, qua gubernan-
tibus Rempub. opus est: Propterea ne-
dum vtiles, sed necessarij sunt vtiq; Pro-
fessores: si verò necessarij sunt; conse-
quenter, tùm præmijs, tùm honoribus
atque immunitatibus retinendi, & inui-
tandi sunt.

Qua vrgentissima ratione moti maio-
res nostri, non modo amplissimas, & ce-
leberrimas Academias retroactis seculis
instituerunt, sed etiam priuilegijs maxi-
17 mis exornarunt: ad quarum imitatio-
nem nouæ aliæ deindè erectæ sunt; qua-
rum omnium Catalogum tempus, &
fundatores sigillatim recensuit *Georgius*
Scom-

Scombornerius Polit. lib. 4. cap. 4. & post
eum ex professo *R. P. Andreas Mendo*, de
iure *Academico lib. 1. à q. 1. ad 8. præcipuè
q. 2.* vbi agit de Academijs, quæ sunt in
Italia, & Sicilia.

Nàm ad potentiam Ciuitatum (inquit *Io. Henricus Boeclerus dissertationum
Academic. dissert. 7.*) *faciunt scholæ Nobiles quibus variæ disciplinæ artesque, conductis viris celebribus, & peritis; ordi-
18 nata ad proficiendi felicitatem docendi discendique ratione, traduntur; Confluunt
eò, non tantùm, qui ad tempus erudiri, sed
etiam alij homines, qui opportunitate loci,
& commodis vti cupiunt.*

Subdit autem: *Et quoniam de potentia
nobis sermo est; quàm esset huic proposito
accommodatum, in Ciuitate potentiæ studiosa, instituì scholas Mathematicas, in
quibus accuratius demonstrarentur, non
19 tantum, quæ ad architecturam Ciuilem,
& militarem faciunt, sed etiam, quæ ad
Geographicos vsus; ad rem nauticam; ad
mechanica varij generis pertinent? talia
enim vix seriò hodie tractantur in scholis; & vt quæ Oeconomici argumenti sunt,
& ad modos artesque adquirendi, & mercandi spectant.*

20 Quem sanè auctorem legisse, & ei auscultasse docenti videtur Excellentiss.
Marchio Caracena Gubernator Mediolani, tunc cum paucis ab hinc annis, etiã
de Consilio Senatus, lecturam Militaris
Architecturæ prudenter instituit in Palatino Gymnasio, vbi nobis audire datur virum doctissimum, & in paucis vnicum *D. Petrum Paulum Carauaggium*.

Nec dicatur immunitas isthæc, aliorum damno cedere; qui difficillimis hisce temporibus onera grauissima ferunt.

Siquidem inseparabilis est hæc consequentia ab omnibus priuilegijs; adeò
vt si hæc ratiocinatio apud viros corda-
21 tos admittatur, tollenda sint omnia priuilegia, virtutisq; præmia, quibus æquè,
atque pænis, omnem constare Rempublicam Solon aiebat, & ex Aristotele
alijsq; docet *Amaya obseruat. 4. n. 1. lib. 2.*
& ex nostris *Vlpianus in l. 1. §. cuius ff. de
iust. & iure.*

Enim verò ob vtilitatem publicam,
flocci fiunt leuia isthæc damna priuato-
22 rum, *vt in l. 1. ff. solut. matrim. & ea, quæ
communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam, vtilia sunt præponimus*, ait *textus in auth. res, quæ C. commun. de legat.*, nec attenditur damnum,
quod in consequentiam venit, vbi priuilegij finis tendit in remunerationem benemeriti viri *Decius* post alios *in cons.
498. incip. viso casu proposito col. 7. nu. 24.
23 & seq. Menoch. cons. 1003, num. 56.* & huc
esse solet verus priuilegij finis, *l. eum qui
58. ibi habita consideratione videlicet meritorum C. de Decurion. lib. 10. l. iubemus
4. Cod. de proxim. Sacror. Scrin. lib. 12.* & in
alijs congestis per *Accacium de priuileg.
iur. ciuil. lib. 1. cap. 10. num. 7. & seq. &
quidquid professoribus, atque veris bonarum literarum studiosis tribuitur, id centuplo redit in publicam vtilitatem*, ait ex
Oldend. Caluinus *in lexico* in verbo *professoribus*.

Et pulchrè *Bodinus de Repub. lib. 1. cap.
8. de iure Maiestatis pag. mihi 161.* inquit
*eo quidem iure populi omnes vtuntur, vt
24 non modo publica publicis, ac priuata priuatis; sed etiam vtraque vtrisque in pacis
actione, mutuis vtilitatibus, ac detrimentis sarciantur.*

Quàm rationem clariùs explicauit
Adam Contzen Politic. cap. 14. lib. 4. vbi
docet medium in Iustitia non constitui,
25 ex analogia arithmetica, sed ex geometrica etiam proportione; vt scilicet non
tantùm remunerationis habeat Titius,
quantùm Caius pro laboribus, & periculis: sed vt pro magnitudine operæ
præstitæ, dignitateque rei, & hominis,
merces reddatur: non enim semper iniquum est inæqualiter dare; imò æquum:
siquidem distributiua Iustitia in hoc po-
26 tissimùm differt à commutatiua; quod
illa æqualitatem spectet, habita ratione
meritorum, & conditionis personarum;
ista verò æqualitatem constituat inter
priuatorum res. Cum igitur inter omnia humana, primum sibi vindicent locum studia Sapientiæ; propterea magno
honore, & magnis immunitatibus ornanda sunt; vt magno professori, magna
immunitas, magna stipendia tribuantur,
vt liber onere paupertatis curaque rei
familiaris, & redituum ingenium in cō-

mune

mune bonum explicet, nec cum Alciato exclamare cogatur.

Ingenio poteram superas volitare per auras
Me nisi paupertas inuida deprimeret.

Cui sanè doctrinæ concinunt monita Politicorum omnium primæ notæ, qui de præstantia studiorum, & de vtilitate,
27 quàm afferunt Professores humano toti generi, & Reipublicæ, ac de immunitate, qua gaudent, eleganter differunt: nimirum Petrus Gregorius, Simancas Bobadilla, Cothman, & alijs, quos recenset *Amaya* loco supra laudato.

Quibus Politicis, exemplo nũc etiam suo, calculum addit Venetorum Respublica, quæ vrgente quamuis, & tot an-
28 nos durante bello cum Turcis: tantùm abest, vt stipendia professoribus imminuerit; vt imò auxerit, & augeat in dies.

De cuius Reipublicæ munificentias sic loquitur cruditissimus, & eloquentissimus *Octauius Ferrarius in Prolus. 25.*

Credent ne posteri, atrocissimo duodeuiginti annorum bello; in hac Ciuitate literarum, in hoc disciplinarum omnium domicilio perpetuo Alcedonia fuisse? et
29 *cum nullum hominum genus, belli calamitatum expers sit; solis leterarum cultoribus bellum fama modo auditum? Cumque omnes tributum pendant, ijsdem vectigal persoluit? nam cum saua ineuitabilis necessitas ad explendos sumptus, vix magnis Regibus ferendos, noua vectigalia, oblationes, indictiones, scripturam, decimas excuset: professores omnium immunes, ac beneficiarij, non veteri modo stipendia tuentur, sed vberioribus, quàm in pace honorarijs mactantur.*

Et iurè, ac meritò: quoties enim vidit ætas nostra; ne ad superiora secula prouocem, vnius Mathematici professoris sapientia, meliùs, quàm fortitudine; oppida, castra, Vrbes, Prouincias ab excidio liberatas? hoc nobis *Ecclesiastes* considerandum proposuit *cap. 9.* dum ait.

Ciuitas parua, & pauci in ea viri; venit contra eam Rex Magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio: Inuentusque est in ea vir pauper, & Sapiens, et liberauit Vr-
30 *bem per Sapientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam Ego, meliorem esse Sapientiam fortitudine: Quomodò ergò sapientia pauperis contempta est, et verba eius non sunt audita! Verba Sapientium audiuntur in Silentio, plusquàm clamor Principis inter stultos! Melior est Sapientia, quàm arma bellica, et qui in vno peccauerit, multa bona perdet.* quem locum doctè explicat *Franciscus Bacon. de Verulamio de augum. scientiarum lib. 8. cap. 2. parabola 21.*

Non negauerim tamen bonum esse, numerum professorum restringere; & non omnibus immunitatem concedere,
31 vt prudenter fecit Antoninus Pius cuius elegans epistola legitur in *l. si duas 6. §. est autem & numerus Rhetorum ff. de excusatione*; ità tamen, *vt valde disciplinis instructi, et si supra numerum, et in aliena patria moram faciant immunes sint*, quemadmodum de sententia Pauli docet Modestinus in supra citata *l. 6. §. valde 10.*

Ita Senatus noster seruauit, & seruat; et in comprobationem suprascriptorum addere
32 *placet Literas Potentissimi, & Sapientissimi Regis Philippi Secundi datas ad Magistratum anno 1575. die 23. Iulij.*

PHILIPPVS DEI Gratia Angliæ, Neapolis &c. Rex, Princeps Hispaniarum, Dux Mediolani &c. Magnif. Spectabiles, fideles, dilecti. Conquesti sunt apud nos Professores Ticinensis
33 Gymnasij, quod, & si eis competat iure ipso communi immunitas ab omnibus oneribus extraordinarijs, etiam patrimonialibus, eaque comprobata ab olim Principibus istius nostri Status Mediolani, præsertim à Duce Francisco Secundo Sfortia de anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo tertio, fuerit obseruata perpetuo tenore, etiam temporibus bellicis; Vos tamen motos quorumdam ordinum iussionibus, & præcipuè Vuormatiensium per Serenissimum, & Inuictissimum Romanorum Imperatorem Carolum Quintum Patrem nostrum

trum colendiſſimum factorum de anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, quæ nuperrimè, vt in iſto Statu Mediolani obſeruarentur, eadem Maieſtas Cæſarea mandauit, ea ratione adductos, quod pro arcendo bello in ſubalpinis Regionibus vigente, fuerint indicta onera extraordinaria ſubditis Mediolanenſis Dominij, & ob id vos velle eos cogere ad huiuſmodi onerum ſolutionem, nulla habita ratione ſuorum priuilegiorum, ac antiquæ ſuæ poſſeſſionis; Nobis propterea humillimè ſupplicando, vt prædictam eorum immunitatem, ac Bidellorum generalium ipſius Ticinenſis Gymnaſij conſeruare, ac tueri, noſtra Regia, & Duc. benignitate dignaremur. Nos verò eorum petitione benignè admiſſa, conſiderantes, quod agitur de ijs, quæ publicam vtilitatem concernunt, vt etiam, & ipſi profeſſores ardentiores fiant ad propaganda litterarum artiumque omnium liberalium ſtudia eis annuere omnino decreuimus. Tenore igitur præſentium vobis committendum eſſe duximus ſeriò iniungentes, vt eorum profeſſorum, ac Bidellorum generalium immunitatem, ac exemptionem, iuxta ſeriem eorum priuilegiorum, ac ſeu antiquum eorum morem, & poſſeſſionem omnino obſeruetis, & ab omnibus ad quos ſpectet, & in futurum ſpectabit quomodolibet inuiolabiliter obſeruari faciatis, omni penitus impedimento moleſtia, ac contradictione ceſſante, NON OBSTANTE ETIAM TEMPORE BELLI, nec obſtantibus aliquibus legibus, ſi quæ forſan contrarium diſponere viderentur, aut alijs ordinibus, quibuſcumque præcipuè Vuormatienſibus, ac denique alijs omnibus in contrarium facientibus, etiam ſi talia eſſent, de quibus ſpecialis, & indiuidua mentio hìc facienda eſſet. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores hìc pro ſufficienter expreſſis, & inſertis de verbo ad verbum habentes, quo ad hunc effectum, tantùm, ex certa noſtra ſcientia, motu proprio, & poteſtatis plenitudine derogamus, & derogatum eſſe volumus, & iubemus expreſsè, quia ſic eſt enixæ mentis noſtræ: Decernentes has noſtras vim habere ſecundæ, tertiæ, & peremptoriæ iuſsionis, quàm vos tanquam ex enixa noſtra voluntate procedentem executioni mandabitis; Dat. Hamptonæ Curia die 23. menſis Iulij milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto. Signat. EL REY. V. Schit. R.G. Perezius &c. A tergo Magnif. Nobil. ſpectabilibus, & fidelibus noſtris dilectis Preſidi, & Quæſtoribus redditumm Status noſtri Mediolani, & Sigillat. &c.

M.D.LVI. die ix. Ianuarij.

Præſentes litteræ præſentatæ fuerunt Reuerendiſs. D. Card. Locumtenenti, & per Reuerendiſs. Dom. ſuam viſæ, & remiſſæ ad Excellentiſs. Senatum; Auguſtinus Montius.

M.D.LVI. die xv. Ianuarij.

Petita præſentium litterarum à Senatu approbatione, ordinatum fuit eas eſſe dandas vni ex Aduocatis Fiſci, qui videat mox Senatus deliberabit. Signat. Franciſc. Petranigra.

Fiſci Aduoc. natura rei attenta ad iuditium Excell. Senatus ſe refert. Signat. G. Brugora &c.

Ita eſt in actis olim Cancell. Beſutij. Corius R. Coad. & ſigill. &c.

PHILIPPVS DEI Gratia Angliæ, Franciæ, Neapolis, & Hyberniæ Rex, Princeps Hiſpaniarum, Mediolani Dux &c. Confirmauimus nuper priuilegia Immunitatis Profeſſoribus, & Bidellis generalibus Gymnaſij Ticinẽſis, à iure communi, & antiqua conſuetudine, eis etiam temporibus bellicis conceſſa, ab omnibus oneribus extra ordinarijs, etiam patrimonialibus cum derogatione eorum omnium, quæ huic noſtræ confirmationi contraria eſſent, & præſertim ſanctionum Vuormatienſium, quemadmodum latiùs conſtat alligatis litteris noſtris ad Quæſtores Redditumm noſtrorem datis; quarum approbatio cum à Senatu noſtro petita eſſet, vnus ex Aduocatis Fiſci noſtri ad quem litteræ ipſæ delatæ fuerunt, vt ſi quid ei occurreret opponendum, opponeret, dixit, attenta rei natura, ad iuditium noſtri Senatus ſe referre; Senatus autem audito Senatore omnia proponente eiſq; diligentèr perpenſis,

pensis, censuit dictas litteras nostras esse approbandas, & confirmandas, iuxta possessionem, seù quasi possessionem in qua ipsi Professores, & Bidelli generales hactenus fuerunt, & sunt: In quam sententiam, & nos euntes idem censemus, & decernimus, mandantes omnibus, ad quos spectat, ac spectabit, vt litteras premissas inconcussè seruent, & exequantur, ac seruari, & exequi faciant. In quorum fidem præsentes nostro sigillo munitas fieri iussimus, & registrari. Dat. Mediolani die vltima Ianuarij anno Domini millesimo quingentesimo, quinquagesimo sexto, Subscript. Franciscus Petranigra cum solito Sigillo Magno Reg. Duc. in cera rubea, & cum altero Sigillo pendente &c. A tergo regist. penes me infrascriptum Regiæ Ducalis Cameræ Mediolani Notarium in libro anni 1556. fol. 64. Subscrip. Alexander Cansanonerius &c.

Subscrip. Ita est in actis olim Cancellarij Besutij. Corius Reg. Coad. & sigill. &c.

Responsum XII.

Pro iurisdictione Senatus Mediolanensis in materia §. matrimonia clandestina. in tit. de pœn. in Nouis Const. scribebat Paulus Rhaudensis Senator.

SVMMARIVM.

Afferuntur Doctores asserentes inualiditatem huius Constitutionis num. 1.

In materia matrimony spectatur solum ius canonicum num. 2.

Matrimonia debent esse libera vtroque iure inspecto num. 3.

Etiam si impedimentum sit indirectum n. 4.

Sub fide publica nemo decipitur num. 5.

Sicut de iure canonico pœna secundo nubentium intra annum luctus sublata sunt, ita & statuta particularia num. 6.

Recensentur Doctores pro validitate dictæ Constitutionis num. 7.

Pro cuius validitate sæpè iudicatum fuit num. 8.

Ita seruatur in Hispania num. 9.

In Gallia num. 10.

Apud Visigotos antiquitus num. 11.

Senatores Hispani vetantur nubere sine assensu Regio num. 12.

Idem in Regno Neapolitano, sed cum restrictione num. 13.

Oppugnare hanc validitatem Fontanella *dixit esse contra stimulum calcitrare nu. 14. & quasi sacrilegium num. 15.*

Auctores contrary sententiam hanc probabilissimam esse fatentur num. 16. maximè stante obseruantia num. 17.

Prima principia repetenda non sunt nu. 18.

Statuta ob publicam vtilitatem, & Ciuitatis quietem obligant etiam Ecclesiasticos in vim rationis, & directiuè num. 19. nam spectare dicuntur ad protectionem subditorum num. 20.

Quamuis actus mero iure sustineatur; puniri tamē potest modus, quo gestus fuit n. 21.

Exemplo raptoris num. 22. & 23.

Et pœnarum secundo nubentium, quæ vigent si interesse filiorum concernant num. 24.

Ac Statuti ne ciuiliter mortui succedant ab intestato num. 25.

Fideicommissi quoque, & maioratus num. 26.

Respondetur ad argumentum desumptum ex regula accessoriorum nu. 27. & 28.

Dos matrimonio cohæret num. 29. & tamen Iudex Laicus de ea cognoscit num. 30.

Confirmatur exemplo possessory benefitiorum quod, vtpotè facti, cognoscitur etiam à Laico Iudice num. 31.

Ius ciuile coadiuuare potest ius canonicum, vt Religiosius obseruetur num. 32.

In re matrimoniali recurritur, etiam ad leges ciuiles iuri canonico non aduersantes 33.

Ius canonicum non tollit has pœnas, sed suadet, ne sine his cōsensibus fiant nuptiæ 34.

Imo docet peccare puelas nubentes sine patris consensu num. 35.

Hanc honestatem non sustulit Sacrum Concilium num. 36.

Per hanc Constitutionem intenditur etiam libertas voluntatis, ne puella sexu, & ætate fragiles decipiantur num. 37.

Voluntas enim propriè non cadit in ea, quæ decipitur num. 38.

Quia voluntas deprauata, vix dicitur volun-

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



VM Nobilis N. non seruata forma in dicto §. præscripta, clandestina sponsalia per verba de præsenti contraxisset cū nobili puella N. annum decimum septimum agente, & Senatus ex officio contra eos, & complices procedi iussisset, auditum fuit opponi sex argumenta.

Primum, quod inualida sit dispositio Nouarum Const. puniens contrahentes matrimonia clandestina sine interuentu parentum, & subordinatè agnatorum, & cognatorum, quia hæc materia tota ad ius canonicum spectet, & quia sit contra libertatem matrimonij.

Secundum, quod cum fuerit hoc matrimonium contractum coram Parocho, non possit dici clandestinum, & consequenter frustra procedatur ex dispositione Nou. Const. loquentium de matrimonijs clandestinis, cùm ea verba huic casui non conueniunt.

Tertium, quod cesset ea dispositio, quando nuptię cum viro digno contractæ sunt, quasi tunc cessante ratione finali eius sanctionis, ne puellæ decipiantur, & minus dignis copulentur.

Quartum, quod obstent ordines Regij Tomarij editi anno quibus prohibetur Senatus, ne se ingerat in matrimonijs magnatum, ac puellarum diuitum præcipiendis, vel prohibendis. Et quod hæc cura Excellentiss. Gubernatoribus sit demandata; maximè verò circa sequestrationem, seù depositum puellarum in loco tuto faciendam; quòd id magis ad bonam regendæ Ciuitatis rationem, quàm ad Iustitiæ administrationem pertineat; atq; ita post eos Ordines Tomarij fuisse etiam obseruatum.

Quintum, quod fortè nunc exhibeantur consensus cognatorum proximiorum puellæ (nam agnati nulli adsunt) in scriptis redacti.

Sextum denique (quod priori loco iuxta ordinem iudiciorum proponendum

dum erat) quòd nemo sit ex coniunctis, qui conqueratur; neque ex officio potuisse Senatum moueri ad procedendum.

Quæ tamen omnia facili negotio dissoluuntur.

QVod enim attinet ad primum articulum, etsi negari non possit, quin multi conati fuerint, oppugnare huiuscemodi Statuta, & Constitutiones Principum laicorum, quibus puniuntur contrahentes matrimonium absq; parentum, & subordinatè agnatorum, & cognatorum consensu, seù licentia, ac interuentu,[1] his rationibus nempe, Primò defectu iurisdictionis, quia in materia matrimoniali, quæ sacramentalis est, attendatur solum ius canonicum:[2] Secundò ex defectu iustitiæ, quòd matrimonia debeant esse libera vtroque iure inspecto,[3] nec valeat impedimentum quoquo modo etiam indirectè ad eius libertatem cohibendam appositum;[4] prout vrgere videtur, quod his in terminis timor incurrendæ pœnæ Nouarum Const. debeat libertatem ipsam quoquo modo refrenare; Tertiò, quia cùm non negetur, quin matrimonium hoc contractum valeat, sic disponente iure canonico, consequenter non possit esse locus pœnæ, quia quod fit iure permittente, non meretur pœnā, ne quis sub fide publica decipiatur.[5] Quarto argueudo à simili, quòd sicut de iure canonico sublatæ sunt pœnæ iuris communis ciuilis contra nubentes intra annum luctus, nempè tanquam impeditiuæ, seù retardatiuæ matrimonij, ità fortius dicendum sit de Statutis locorum particularium.[6]

Tamen etiam certum est, alios plures insignis auctoritatis Doctores tàm canonistas, & theologos, quàm iuristas asseueranter sentire pro eorum validitate,[7] & ita sæpius iudicatum fuisse, & passim

1

Originaliter Io. Andr. in c. statutum de hær. in 6. Anch. cons. 21. in 2. dubio Alex. cōs. 59 in pr. & cons. 1. n. 20. in 3. & cons. 209. nu. 14. in 6. Ias. l. 2. §. quod si patris nu. 29. sol. matr. Curt. Sen. cons. 27. in pri. dubio Dec. cons. 231. Fely. in c. si Ecclea S. Maria n. 59. de const. Couarr. de spons. p. 2. cap. 3. §. 8. nu. 6. Decian. crim. tomo p. lib. 2. cap. 34. num. 4. Clar. pract. 99. in q. 82. vers. Statutum tertium circa matrimonia, Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 16. nu. 6. Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 25. num. 2. Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 20. vers. præterea, & vers. leges ciuiles, & cap. 25. vers. tertio quæritur, Masc. iun. de de inter. Statut. concl. 1. à n. 177. & Martha de iurisd. p. 2. cap. 8. n. 7. & Fontanella de pact. nupt. gl. 2. num. 27. Barzius decis. 29. num. 12. 19. addo *Careuam*, qui alios citat *resol. 9. num. 10.* vers. *adeo vt*, alios recenset *Garon. ad dictum §. matrimonia clandestina num. 2.*

2

C. tuam de ord. cogn. c. causam 2. qui fil. sint legit. c. multorum 35. q. 6. c. auditis de præscr. c. accedentib. de excess. prælat. & ex Concil. Trid. cap. 20. vers. ad hac sess. 24. de refor. matr. & not. Couarr. & Martha vbi sup. & Franc. Molin. de pact. in matr. conu. lib. 2. di. 10. num. 13. & 14.

3

C. locum c. requisiuit. c. gemma de spons. c. Abbas de his, quæ vi metusuè caus. c. sufficiat. 27 q. 2. c. 1. de desp. impub. & de iure ciuili est tex. in l. cum tale §. si arbitratu. de cond. & dem. quàm latè cōmentatur Eman. à Costa, & in vlt. ampl. num. 43. affert concord.

4

Vt habetur in Sacro Concilio d. sess. 24. de refor. matr. not. Acosta in d. §. si arbitratu. limit. 11. num. 6.

5

L. Gracchus ad l. Iul. de adult. & in terminis sic arguit Fontanell. d. gl. 2. num. 12.

6

Sic arguit Io. Andr. in d. c. Statutum ex not. per eundemmet in c. fin. de sec. nupt.

7

Bald. in c. tenor. in fi. de sent. & re iud. et in rubr. de const. num. 33. et in l. omnem ad fi. C. ad Senatusc. Turtull. Paris. cons. 29. nu. 84. lib. 3. Bal. Nouell. de dote p. 6. priuil. 16. num. 6. Vasq. de success. creat. p. p. lib. 1. §. 10. num. 628. Celsus Hugo cens. 38. num. 5. Molina de iust. et iur. tom. 1. tract. 2. disp. 176. Gomes ad l. 49. Tauri. Cast. ad cons. Burg. rub. 1. §. 4. gl. 3. nu. 19. Barbos.

bos.in l.1.p.4.nu.36.sol.matr.Thess.iun.q.for.70.num.9.lib.1.Lap. in c.per vestras not.3. §.3.nu.9.cum seqq.& toto §.8.Pacia de probat.lib.2.cap.3.n.85.Cotta in verbo nuptia causa vers.Tamen in contrarium: & modernus Christoph.Anguian.de ll.& const.lib.2.contr.13. per totam, et Cancer.var.resol.p.1.c.24.num.4.& lib.13.cap.11.nu.2.& alij scribentes Catalani super vsat.ex hered.Marq.Iacob.de Monte Iuda,Gul.de Valle,ibi per Cancer.relati,& egregiè Petr.Pecch ius loquens de simili const.Caroli V.apud Belgas in tract.de testam.cõiug. lib.1.cap.2.& Didacus Perez, latè in l.1.tit.1.lib.5.ordin. quem ad verbum recitat, & sequitur D.Regens Tapia super iure Regni lib.4.rubr.tit.de matr.publ.contr.litera T. Quibus accedant Calderinus, Abbas antiquus,Io.de S.Georg.Castr.Modern.Paris.Sarmientus, Soto, Viguerius,Ledesma,Salon, Perez, Montaluu. Sarmientus,Vega in locis citatis à Sanchez d. lib.4.disp.25.sub nu.1.de matr.& Mattienz, Cenedus,Suarez,Ant.Gub.Costa, & Oliban.& alij relati à Can.locis sup.citatis. Addo *Merlin.controu.for.cap.38.num.12.& 13.cent.2. Arias de Mesa resol.35.lib.3.Garon.* loco citato *vers.validitatem,* vbi alios citat, & rationes adducit.

[8] passim in orbe Christiano seruari,cùm ferè in singulis Ciuitatibus Italiæ vigeant huiusmodi Statuta teste eodemmet Io. Andreæ antesignano contrario: vt, & apud Hispanos ex l.49. Tauri, & Barchinonæ ex lege Regis Iacobi, [9] & in Gallia ex Constitutionibus eius Regni, [10] quod etiam lege antiqua Vuisigotorum iubebatur. [11] Quibus, & similis est Regia Constitutio in Hispanijs prohibẽs Senatoribus nubere sine Regis licentia, [12] & bina sanctio Federici Imperatoris vna scilicèt prohibens Regnicolis matrimonia cum exteris sub pœna amissionis bonorum; & alia prohibens feudatarijs nubere sine licentia Regis. [13]

Vt verè rectissimè dixerint alij oppugnare huiuscemodi Statuta, nihil aliud esse, quàm contra stimulum calcitrare, [14] & esse instar legalis sacrilegii; [15] quod præcipuè de subditis Suæ Maiestatis coram eiusdem Tribunalibus in re longissimo vsu scientibus, & non contradicentibus ecclesiasticis authorizata dicendum est, contra quos ideo iudicio meo tanquam regiæ iurisdictionis turbatores esset animaduertendum.

Quinimo ijdemmet contrariæ opinionis assertores non audent, apertè damnare eos, qui à nobis stant, sed fatentes articulum in iure esse dubium, & sententiam nostram esse probabilissimam,cuiq; pro libito sentiendi liberam facultatem relinquunt; [16] maximè verò stante ob-

ser-

8

Scilicet Bononiæ, vt refert idem Io. Andr. in d.c.Statutum, & Fely.in d.c.Ecclesia S. Mariæ nu.59.vers.sed contra,& in Senatu Catalano, vt post Guiber. Costam 99.var. lib.1.cap.12.nu.43.referunt Cancer. d.p. 3.cap.11.nu.5.& Fontanell.d.gl.2.claus.4. sub num.22.& sub num.25.vbi dicit, ità sæpissimè, et quoties contigit casus, fuisse obtentum.

9

Vt referunt Celsus Hugo, Cancer. et Fontanella in locis præcitatis.

10

Papon.arest.lib.15.tit.4.de doar.et dotr.c. 22.et lib.22.tit.6.de crim.rapt.tit.7.et refert etiam Thess.iun.q.for.70.sub nu.4.ex Ant.Guiber.de dot.q.12.in fi.

11

Vt habetur inter eas ll.lib.3.tit.2.l.fin.

12

Anguian.d.lib.2.contr.13.

13

De quib.videre est post alios apud Tapiam d.lib.4.rubr.11.de matrim.à feud.publ. contr. Cum restrictione tamen addita per Regem Iacobum ad personas Domino inuisas: cætera verò ijs constitutionibus correctis, vt legitur d.lib.4.apud D. Tapiam iunctis not. per Regentem à Ponte de auct. Proreg. cap.6. de assensu regio, sub num.5.& 6.

14

Fontanell.d.gl.2.num.26.

15

Didac.Perez in loco supra citat.apud Tapiam col.3.in princ.arg.l.2.C.de crim.sacrileg.

16

Ita Sanchez de matr.d.lib.4.disp.25.num.2.sic etiam Fontanella d.claus.4.glos.2.num.23, 24.et 26.

seruantia ipsius Statuti: 17 & Sanchez, licèt teneat contrariam opinionem, tamen dicit, non esse assentiendum *Veracruci* tenenti, nō esse absoluendos parentes, qui ex concessiones Statuti laicalis exhæredant filiam, quæ nupserit ipsis dissentientibus, asserens imò esse absoluendos, quia probabilissimæ nituntur sententiæ.

17 *Fontanell.d.gl.2.num.26.*

Vt proinde his ita stantibus superuacanea reddi videatur disceptatio ipsa circa hāc oppositam inualiditatem, quia hoc nihil aliud esset, quàm Mundum reuangare, & semper prima petere principia, quod esset magnum absurdum, vt dicit Baldus; 18 neque enim in re dubia recedendum est à praxi, & ab eo, quod diuturniori obseruantia iam coaluit. Et Statutum habet præsumptionem pro sui validitate, præcipuè si publicam vtilitatem, & ciuitatis quietem concernat, cùm in his terminis liget etiam ecclesiasticos, directiuè in vim rationis, vt in puncto obseruat *Perez*, 19 *Tapia, & Gregorius Tolosanus* 20 reprobans quidem eos, qui dixerunt, esse de regalibus, vt Princeps possit ad sui libitum iubere matrimonia suis subditis; verùm sustinens, huiuscemodi Statuta, vt est nostra Constitutio spectare ad protectionem subditorum.

18 *Bal.in cons.262.in c.Recolo, me consuluisse num.3.lib.1.*

19 *Perez relatus à D. Tapia d.lib.4.rubr.11. litera T.vers.3.*

20 *De republ.lib.9.cap.1.nu.46.vsque ad 51.*

Sed tamen, vt magis cuique animus quiescat, non grauabor argumentis contrarijs respondere.

Ad primam igitur illam rationem contra oppositam deffectus iurisdictionis laicalis in materia matrimoniali tanquam spirituali, & sacramentali, respondetur dupliciter.

Primò, quod hæc Constitutio non inficit, neque tangit substantiam matrimonij, quæ spiritualis est, sed versatur circa temporalia, & extrinseca ad ipsum matrimonium, vti est dotis, & aliorum lucrorum ex matrimonio amissio, & aliæ pœnæ contrafacientibus adiectæ: ex quibus tanquam ex diuersis non fit illatio; cùm hæc duo ità inter se differant, vt simul se compatiantur; neq; enim nouum est, actum mero iure tenere, & tamen puniri modum, quo factus sit, 21 quod patet in hacmet materia, exemplo raptoris, qui

21 *Anguian.d.lib.2.controu.13.num.33.*

qui si raptæ nupserit, punitur de raptu à Iudice ciuili, licèt matrimonium teneat, 22 & ab eodemmet Sacro Concilio Tridentino, 23 infamis, & excommunicatus declaretur. Sic etiam vigere adhuc pœnas secundo nubentibus impositas de iure ciuili, si interesse filiorum respiciant, 24 & valere Statutum 25 inhabilitans ecclesiasticos ad succedendum ab intestato, vt signanter cauetur Statuto Mediolani cap. 284. quod est in viridi obseruantia; & ratum esse fideicommissum, & maioratum, 26 & alias similes dispositiones, quibus religiosi excludantur, tradunt communiter Doctores, & ita passim re ipsa seruari palam est; licèt neq; Statuta, neque testatores disponendi de matrimonio, vel de religione habeant auctoritatem: nempè quia rem ipsam spiritualem non tangunt, sed circa temporalia versantur, ac disponunt. Nec refragatur regula accessorij; Quia (præter alias responsiones Anguiani 27) in hac materia contentionis iurisdictionalis nō procedit, nisi vbi necessariò iunctim agendum sit de meritis, ac subsistentia ipsius iuris spiritualis, vt cùm agitur de perceptione decimæ, de nominatione patronorum, & de cadauere sepeliendo, ac similibus; 28 at secus est cùm accessorij cognitio habetur absque cognitione meritorum iuris spiritualis, quia tunc laicum posse cognoscere, patet exemplo dotis, quæ matrimonio cohæret, 29 & tamen laicus de illa iudicat; 30 & etiam exemplo possessorij beneficiorum, quod à laicis potest iudicari, tanquam quid facti, quod sinè cognitione subsistentiæ ipsorum beneficiorum tractatur: 31

Secundò resp. posse ius ciuile disponere etiam circa spiritualia, non quidem principaliter sanciendo, & minus impugnando ius canonicum, sed illud coadiuuando, quasi in adiutorium, & ad maiorem eius obseruationem, 32 quod specialiter in materia hac matrimoniali, nē-pè quod recurrendum sit ad leges ciuiles iuri canonico non contrarias, notant DD. 33 At licèt iure canonico non puniantur contrahentes matrimonium sinè consensu parentum, & agnatorum iuxtà bonos mores, & patriam consuetudinem;

tamen

22
Cap. fin. de rapt. virg. Cyn. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. et Cler. vers. secundo modo, et ibid. post alios Aluis. de Leò n. 14. Anguian. d. lib. 2. contr. 13. sub n. 32.

23
Sess. 24. de refor. matr. cap. 6. et not. Anguian. vbi proximè sup.

24
Cancer. d. cap. 24. num. 6. et Gabr. tit. de sec. nupt. conclus. 6.

25
Cancer. d. cap. 24. num. 10. post Bal. Alex. et alios communiter.

26
Cancer. d. cap. 24. nu. 12. Fontanell. d. claus. 4. gl. 2. nu. 34. 36. Couarr. var. resol. cap. 19. nu. 11. 12. Molin. de hisp. primog. lib. 2. cap. 12. num. 54. Marzar. in epit. fideic. q. 31. Sanchez de matr. lib. 1. disp. 34. num. 14.

27
Anguian. in d. tract. de ll. et constit. lib. 2. contr. 13. nu. 20. 29.

28
Iuxta tex. in c. quæsitum de rer. permut. c. tua 25. in princ. de decim. cum alijs latè cumulatis ab Anguian. sup. d. controu. 13. num. 18. 19.

29
L. 3. de iur. dot.

30
Fely. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 58. et Dec. nu. 37. de constit. Anguian. vbi sup. nu. 17.

31
Thess. decis. 117. Osasch. decis. 116. Franc. Molina de pact. in matr. conuent. lib. 2. differ. 10. nu. 17. qui tamen in possessorio matrimonij tenet contrarium speciali ratione.

32
Vt in terminis sic resp. Gomesius ad d. l. Tauri 49. col. 2. vers. sed his, & Didac. Perez. ad l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. quem ad verbum refert, & sequitur D. Tapia d. lib. 4. iuris regni, rubr. 11. de matrim. publ. cōtr. super verbo nostrum regale littera T. Molin. d. cap. 16. iuxta tex. in c. lege, c. si in adiutorium dist. 10. c. 1. & c. super eo de cogn. spir. c. 1. & 2. de no. oper. nunc. & generaliter post alios not. Couar. in 4. decr. p. 2. cap. 6. num. 17.

33
C. 2. vbi not. Panorm. de desp. impub. & not. Perez, & D. Tapia vbi sup.

tamen nec ab eodem tolluntur pœnæ, quæ per ius ciuile, vel per Statuta ita agentibus imponuntur, ſed imò apertè illorum obſeruantia ſuadetur, & contrafacientes repræhenduntur, vt in effectu, quod de iure noſtro eſt neceſſitatis ad euitandam pænam, de iure canonico ſit tantùm honeſtatis, [34] quæ tamen quandoq; obligat ſub pœna peccati mortalis, vt ſi puella nupſerit patre reluctante; [35] & quod Sacrum Concilium non ſuſtulerit hanc honeſtatem, & ex mente omnium, [36] Quare rectiùs quis affirmarit, noſtram Conſtitutionem magis eſſe conſonam iure canonico, quàm quod ei cõtrarietur; quippe cùm puniat actum ab eodem iure canonico improbatum, licèt non punitum; Et quanquam Gomeſius, & Molina, ita arguentes loquantur de matrimonio clandeſtino de iure canonico: Tamen eadem ferè eſt ratio hìc, quia ſcilicet agunt de iure communi ante Cõcilium, quo tempore valebat mero iure, vt in ead. l. Tauri obſeruat Gomeſius; & tamen tunc admittit validitatem Statuti; Præterea mihi ſat eſt, ita ratione ipſa conuinci.

Ad ſecundum verò obiectum, quod ſit contra libertatem matrimonij, quæ nullo impedimento, vel timore debeat quoquo modo retardari, vel timidā reddi

Reſpondetur, quod imò Conſtitutio noſtra præcipuum habet fundamentum ſuper libertate voluntatis conſeruanda: quod niſi timor pænæ obſiſteret, de facili contingeret, vt puellæ ſexu, & ætate fragiles deciperentur; [37] voluntas autem propriè non cadit in eo, qui decipitur; [38] neq; etiam voluntas deprauata manet propriè talis, [39] & ſe ipſam impedire dicatur, vt ex Arriano refert Gruterus: [40] Et ſic ferè in ſimili reſpondet Maſtrillus, ſuſtineri Decretum Regium Neapoli ſeruatum, prohibens conſanguineis, familiaribus, & amicis Proregum nubere in Regno, vbi degant; ſcilicet, quia eam habeat rationem, vt matrimonia ſint libera, quæ alias minis, vel violentis precibus, & officijs extorquebantur; [41] quod autem dicitur de non impedienda matrimonij libertate, debet intelligi de voluntate libera, & non decepta, nec de-

34
Vti admittunt omnes præalleg. DD. & ſpeciatim refert Fontanell. d. clauſ. 4. gloſ. 2. num. 4. 8. 9. poſt Couar. p. 2. cap. 3. §. 8. nu. 1. Lancell. Inſt. canon. §. nuptias tit. de nup. verb. honeſtè, Guttier. canonic. qq. d. lib. 1. c. 20. num. 3. cum ſeq. vbi atteſtatur ità omnes ſentire.

35
Vt refert Fontanell. d. gl. 2. num. 6. 8. ex Veracruc. in ſpec. con. p. 3. art. 20. cõcl. 3. Salon. de iuſt. & iur. q. 5. de dom. tit. 5. concl. 1. Nauarr. in manu. cap. 14. num. 15. Barboſ. l. 1. p. 4. nu. 37. ſol. matr. Theſ. iun. q. 70. nu. 7. Guttier. d. canon. 99. cap. 20. nu. 3. Menoch. conſ. 69. num. 16. & 23. D. Tapia ſub d. litera T, col. 5. verſ. & primum.

36
Vt refert Fontanella d. num. 8. Caph. conſ. 421. nu. 64. Guttier. latè d. q. 20. num. 4. 8.

37
Vt in terminis ſic rectè reſp. D. Tapia poſt Didac. Perez. d. lib. 4. iuris regni, rubr. 11. de matr. publ. contrah. ſuper verbo noſtrum regale edictum litera T.

38
Ariſt. 5. Eth. cap. 8. & 5. reth. cap. 10. & ex noſtris Angel. conſ. 216. nu. 2. vbi appellat actũ inuoluntariũ, qui ſit ab eo, deceptus fuit

39
Ariſt. lib. 1. reth. cap. 10. & 10. phyſ. cap. 7. & not. ex noſtris Bart. ad reprimendum verbo videbitur nu. 2.

40
Gruterus in polyant. verb. volunt. in verſ. incip. Nihil voluntate.

41
Maſtrill. d. lib. 5. de Magiſtr. cap. 6. nu. 117. 118. & 119.

prauara, nàm sæpius contingit, vt puella, quæ decepta annuit, & demum amore iuuenis captam se, licèt serò, sentit, si parentes, & agnatos prius consuluisset, & eorum salutares monitiones pro bono sui hausisset, fortè matrimonium illud, quod in speciem vtile videbatur, vti verè sibi detrimentosum auersata fuisset; 42 debent autem verba legis, & cuiusuis alterius dispositionis intelligi in vero, ac proprio, & in laudabili significatu, & ita ne à sapientibus mereantur repræhendi, iuribus vulgatis; Idq; vlterius comprobatur argumento euitandi absurdi, nam si quod dicitur, de non impedienda matrimonij libertate, sic ruditer, ac generaliter esset intelligendum, vt nullam prorsus admitteret limitationem, nec declarationem, sed indistinctè quocunque in casu sinè vllo discrimine esset intelligendum, sequerentur maxima, & non ferenda absurda contra publicam vtilitatem, & in euersionem familiarum, & ciuitatum, vt exempli gratia si pater, vel agnati dissuaderent puellam amore captam alicuius inferioris qualitatis iuuenis, & fortè indigni, & infamis, & fortiter obsisterent, & impedimenta obijcerent; & tamen id niti, nedum non est iure reprobatum, sed imò valde commendatum, 43 & nemo vir sanctus, ac religiosus esset, qui (exclusa vi) operam suam non nauaret, ad huiuscemodi matrimonium impediendum: & puella ipsa aliter agens scilicet patre reluctante, malè agit, & peccat mortaliter, vt supra dictum est. Rursus sequeretur, raptorem mulieris, cui nubere intendat, seù iam nupserit, non esse puniendum, quod esset absurdum dicere; Itaq; palam fit, oppositam conclusionem non esse ea stoica, seù hæbraica rigiditate sic intelligendam, vt ad absurdum possit terminare, sed cum grano salis, ità esse regulandam, vt ad terminos habiles, scilicet vbi nulla delicti mixura est, restringatur, & vt Sacrum Concilium intelligatur tantùm de impedimento malitioso non autem de laudabili, & rationabili. 44

Respondetur etiam non admodum dissimiliter à præcedenti, quod dicitur de libertate matrimonij non turbanda esse

42 *Guttier. d. lib. 1. q. 20. à nu. 4.*

43 *Latè Guttier. d. lib. 2. pri. cap. 20. nu. 9. cum pluribus seq.*

44 *Vt plurib. comprobat Guttier. d. lib. 1. q. 20. nu. 9. cum seq.*

esse intelligendum de tali impedimento, quod præcisè, seu directè, seu indirectè contractum ipsum impediat, non autem de suasionibus, ac pœnis laudabiliter, & ad bonum, & commendabilem finem indictis, vt in terminis nostræ Constitutionis; quippè ità suadent regulæ iuris, & rationes præmissæ, quas nō repeto. 45

Missas facio alias responsiones, quod d. c. *gemma* cum concord. supra citatis num. 14. procedat in impedimento præstito à priuatis de facto, secus si ex legis generalis dispositione pro bono publico; 46 & quòd attendatur principalis intentio statuentium, quæ est euitandi scandala, non autem impediendi matrimoniū, quod venit in consequentiam; 47 & quòd necessitas requirendi consensum agnatorum, vti res de facili exequibilis, non possit ad notam matrimonij impeditiuam trahi. 48

Ad tertium verò argumentum, quod non mereatur pœnam, quod fit lege permittente; facilis est responsio ex antedictis, scilicet non puniri matrimonium, sed modum illicitum tantùm, qui etiam à iure canonico non laudatur; sicut etiā contingit de raptu, qui punitur, licèt matrimonium teneat.

Ad quartum deniq; resp. retorquendo argumentum, nam sicut ius canonicum expresse sustulit pœnas secundò nubentibus à iure ciuili impositas, ità fecisset in his terminis, si id esse, iustitiæ consonum cognouisset: quod cùm non fecerit, satis argumenti est, aliud voluisse.

Et præter hæc obseruandum est, Doctores contra citatos, vt plurimùm loqui, vel in terminis à nostra Constitutione differentibus, vel ita distinguere, ac limitare, vt præfata argumenta in contrarium adducta destruantur. Alij enim, vt Io. Andreæ, 49 omnium antesignanus loquitur, quando nullus ætati fœminarum præscribitur modus; & tunc speciali ratione, quod posset contingere absurdum, vt puellæ, ac viduæ quadragenariæ, & vetustiores nunquam nuberent, si alienus consensus requireretur; At nostra Constitutio coarctat suam prohibitionem intra annum 18. puellæ,

45 *Et ita Sacrum Concilium intelligendum esse pluribus, ac scitè demonstrat Guttierez d. lib. 1. canonic. q. 20. sub num. 9.*

46 *Vt latiùs insistit Anguian. d. cōtr. 13. n. 31.*

47 *Vt refert Fontanell. d. gl. 2. nu. 18. ex Oliban. in vsatic. Alium namque de iure Fisci cap. 7. num. 77.*

48 *Vt post Didac. Perez obseruat D. Tapia sub d. litera T, col. 5. vers. nec existimandum.*

49 *Io. Andr. in d. c. Statutum, vers. tamen è conuerso, vbi affert hoc primum, & præcipuum fundamentum.*

Præterquamquòd etiam in ijsmet terminis refert Io. Andr. post exactam disputationem Bononiæ habitam, fuisse decisum pro validitate eius Statuti. Alij loquuntur de Statuto simpliciter prohibente matrimonium sine consensu, seù licentia parentum, seù agnatorum adiecta certa pœna; quo casu sicut principalis prohibitio non valet ex communi cõsensu etiam legistarum, ità fortior militat tunc ratio idem dicendi de pœna adiecta, tanquam accessoria; & ita loquuntur Curt. Sen. Dec. Decian. & Clarus ità intelligens Alexãdrum, Ioannem Andream, & multos alios. Sic etiam Barzius, & Marta in locis supra citatis, & dicunt Perez, [50] ac Tapia ita generaliter intelligendos esse eos, qui turmatim cõtra asseruntur; At nostra Constitutio nihil tangit de substantia matrimonij, illud prohibendo, sed simpliciter pœnam imponit ijs, qui bonas consuetudines nõ obseruant, vt ibi declaratur. Alij autem distinguunt, an Statutum requirat consensum, vel consilium; priori casu non valere; posteriori valere; ita Fontanella [51] post Sanchez, & Ceuallos; Alij, an mulier aliunde non habeat, vnde viuat, vel habeat; vt si non habeat, nec possit exhæredari, nec dote, aut alimentis priuari; si habeat, possit, & ita transit Molina [52] post Couarr. & Baetium, & Ripam. Alij distinguunt inter amissionem lucri, & damni, vt posteriori casu non valeant ita Butr. [53] Alij, an mulier nubat digno, vel indigno; vt si digno, Statutum non obstet; si indigno, obstet: ita Suarez, & Montaluus post glosam canonicam, Anchar. Rim. & Paris. [54] Quæ quatuor distinctiones destruunt præfata argumenta defectus iurisdictionis, & libertatis matrimonij, nam ea æquè applicantur, quãdo requiritur consilium, & agitur de amissione lucri, [55] & mulier nubit digno, [56] & habet aliunde, vnde viuat; ergo stantibus his distinctionibus necesse est, ruere ea argumenta, quibus destructis ruunt etiam hæ ipsæ quatuor distinctiones, quæ ipsis nituntur, adeò vt se inuicem iugulent; nihilque ferè reliquum est, quod nobis possit facere negotium; Idem dixerim de aliorum distinctio-

50 *Didacus Perez relatus, & approbatus à D. Tapia d. lib. 4. rubr. 11. litera T. vers. & sic procedunt.*

51 *Fontanell. d. claus. 4. glos. 2. num. 29. post Sanchez d. lib. 4. disp. 25. num. 4. & Ceuall. comm. contra comm. lib. 2. q. 604. nu. 34.*

52 *Moliu. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 16. sub num. 8. post Rip. in l. 1. nu. 59. sol. matr. Couarr. d. p. 2. cap. 3. §. 8. num. 7. de spons. & Bart. de non melior. filiab. cap. 18. nu. 3.*

53 *Butr. in c. 1. de desp.*

54 *Anchar. d. cons. 21. sub nu. 6. Murtaluus, & Suarez post gl. in c. de raptorib. verbo excusata 36. q. 1. Paris. cons. 29. vol. 3. quos refert Sanchez de matr. disp. 25. lib. 4. nu. 3.*

55 *Vt rectè obseruat Abb. quem refert Curt. Sen. d. cons. 27. in fi. primi duby.*

56 *Vt rectè not. Sanchez d. disp. 25. nu. 3.*

tinctione inter matrimonium clandestinum ante Sacrum Concilium Tridentinum, & non clandestinum, vt priori casu valerent huiusmodi Statuta, altero casu secus; prout sic distinguit Molina [57] dicens post Didacum, hac ratione defendi posse dictam legem Tauri 49. Etenim ante Sacrum Concilium, licèt matrimonia clandestina improbarentur, mero tamen iure valebant; vt dictum est: [58] ergo si admittitur, quod ijs in terminis valerent talia Statuta laicalia, sequitur, destrui dicta argumenta deffectus iurisdictionis, & libertatis nubendi, cùm æquè in ijs militent, ac in casu nostro. Alij titubanter loquuntur, vt Ancharanus [59] vtens his verbis, quod non absurdè dici possit, Statutum non valere; Alij nesciunt inficiari, æquissimam esse nostram sententiam, vt Molina, [60] Et alii apertè fatentur, vtramque opinionem esse defensibilem, vt Sanchez, & Fontanella iam supra ad hoc citati; Et alij demum licèt videantur loqui in nostris terminis, tamen nituntur auctoritate Io. Andreæ, Ancharani, & d. aliorum loquentium in aliis terminis, ita *Alex.* [61] *Ias. Dec. & Felyn.*

Quare si omnium exacta, & distincta fiat discussio, pauci admodum reliqui erunt, de quibus ratio habenda sit.

Ex quibus tandem concluditur, nedum mero iure posse sustineri nostram Constit. sed imò maximè laudabilem, & commendabilem esse, vti quæ conseruat bonos mores patrios, & obuiat multis, quæ alias contingerent malis; nempè puellarum deceptionibus, familiarum euersionibus odiis, atque inimicitiis capitalibus; Vt ideo rectè exclamauerit Perez, & cum eo D. Tapia, [62] optimum fore, si Summus Pontifex ita efficeret, & nulla declararet huiusmodi matrimonia sine consensu coniunctorum per leges Principis requisito, sicut fecit Sacrum Concilium de matrimoniis non contractis in faciem Ecclesiæ.

QVod attinet ad secundum obiectum, nempè hoc matrimonium vti contractum coram Parocho non posse dici clandestinum; & proinde cùm non conueniant verba Noua-

rum

[57] *d. lib. 2. cap. 16. num. 10. 11. 12. 13. de Hisp. primog. post Couarr. d. p. 2. cap. 6. §. 8. nu. 18. & 20.*

[58] *Vt not. Gomez super c. l. Tauri 49.*

[59] *d. cons. 21. num. 6.*

[60] *d. lib. 2. cap. 16. num. 8.*

[61] *Alex. in d. consiliis, & Ias. in d. l. 1. §. 11 num. 29. sol. matr.*

[62] *d. lib. 4. rubr. 11. litera T. col. 4. vers. & vltimam.*

rum Constit. de matrimoniis clandestinis loquentium; nec etiam conuenire dispositionem ipsam pœnalem, sed eam esse intelligendam, quoties matrimoniũ sit citra formam Sacri Concilii contractum.

Resp. præter multas significationes, quas habet terminus *clandestinitatis*, attento iure communi canonico, & ex Sacro Concilio Tridentino,[63] aliam etiam habere à simili de iure ciuili, vt illud dicatur clandestinum matrimonium, quod fit sine consensu eorum, quorum lex aliqua laicalis iubeat, adhiberi consensum, vel exquiri consilium, vt parentum, vel affinium, vel Principis;[64] Atque ità certè in hunc sensum accipienda est Noua nostra Constit. vt patet ex toto eius contextu, dum manifestè se declarat, illud haberi pro clandestino, vbi non sit adhibitus consensus, seù licentia parentum, & in subsidium agnatorum, vel cognatorum, & priuat. eos lucris nuptialibus etiam quod parentum, seù coniunctorũ assensus deinde accedat; Quæ omnia manifestant, eas loqui de matrimonio contracto valido, & celebrato ad præscriptum Sacri Concilii; Quippe sicut de iure canonico dicitur clandestinnm, in quo non fuerunt seruatæ solemnitates ab eo iure præceptæ, ita in foro nostro dicendum est, esse clandestinum illud, in quo non sit seruata forma à Nouis Cõst. præscripta; Et constat, propriam verbi significationem desumi ab auctoritate legislatoris, à communi vsu loquendi, & ab otymologia verbi;[65] quæ tria conueniunt nostræ assertioni; Præterquamquod etiam dato, quod hæc significatio non esset propria, tamen nihil referret, quia sat sit, in hunc sensum accipi à Nouis Const. neque enim verborum proprietatem ad destructionem claræ mentis disponentium sequi debemus.[66]

QVod attinet ad tertium; nempe quod dispositio pœnalis dicti §. matrimonia clandestina, sit restringenda ad eos casus, in quibus puella nupserit viro indigno, vel saltem sibi non æquali, vt asseuerant aliqui, ac præcipuè Plotus[67] noster motus, his fundamentis, scilicet.

Primò,

63 *De quib. apud Franc. Molinum de pact. in matr. conu. lib. 2. differ. 10. num. 29. Matthienz. ad l. 1. tit. 1. lib. 5. noua recopill. & ibid. Azeued. num. 40. D. Regens Tapia super iure Regni d. lib. 4. rubr. 11. de matrim. publ. contr. num. 10.*

64 *Vt not. Carolus Tapia d. lib. 4. rubr. 12. de matrim. à feud. non contr. sine Regis assensu ad Constit. Feder. Imper. incip. Honorem in gl. 1. circa med. vers. & secundum alios.*

65 *Vt not. Bart. in l. iurisgentium de iust. & iur. num. 59.*

66 *L. si vno loc. l. insulam de prascr. verb.*

67 *Plot. in l. si quando C. vnde vi. num. 329. cum plurib. seq. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 11. num. 5. & cum eo remissiuè Fontanella de pact. dot. d. claus. 4. gl. 2. sub nu. 28.*

68
L. adigere §. quamuis de iure patron. Tiraq. in eo tract. sess. caus. nu. 130. in verbo, legis.

69
Ille num. 329. 330. cum plurib. seq. & hic num. 5. & 6.

70
Ita Plottus sub nu. 330. vers. maximè cum simus in pœnalib. post Gratum in cons. 42. num. 9. in secundo.

71
Ita sub nu. 330. vers. ergo contrahentes, ex Ripa in l. 1. sub nu. 57. sol. matr.

72
Sub eod. n. 330. vers. & istud maximè.

73
Sub eod. nu. 330. vers. & in exemptionem.

74
Num. 331.

75
Arg. gl. in c. super eo, il secondo *extra de test, qua dicit stante æqualitate parentes non arceri à testimonio.*

76
Sub eodem num. 330.

Primò, quia cessante ratione legis cesset lex, 68 ratio autem motiua, & finalis Nouarum Const. ea fuerit, nè puellæ nubiles, maximè diuites, decipiantur, & ne sequantur matrimonia inœqualia respectu sanguinis, ætatis diuitiarum, & morum, prout ita arguunt Plottus, & Cancerius. 69

Secundo, quia cùm versemur in pœna, admittenda sit hæc restrictio, quæ salua ratione recti sermonis fieri potest. 70

Tertiò, quia si vir sit dignus, puellarem vtilem pro patre, seu alijs agnatis gessisse videatur; ad quod allegat Ripam. 71

Quartò, confirmat Plottus, 72 quia decretum hoc fuerit conditum eius temporibus ob vnum matrimonium inæquale clandestinè contractum in vrbe Mediolani, quod causam dedit, vt ipsum conderetur, vti attestatur, se audiuisse à viris fide dignis.

Quintò arguit etiam Plottus 73 ex eo, quod ipse viderit, in executionem, & declarationem huius decreti ordinationem vnam Senatus factam ad relationẽ Vicarij Iustitiæ Mediolani, qua dicebatur, sicuti puella nubilis dolo, ac fraude fuerat seducta ad contrahendum matrimonium absque licentia eorum, de quib. in ipso decreto, in quo senex iuuenem, & pauper diuitem in vxorem duxerat, & quod ea de causa Senatus condemnabat ipsum maritum, & participes eius tractatus in amputationem capitis, & confiscationis bonorum; Ex qua ratione inœqualitatis expressa in ipsa sententia colligit Plottus argumentum, quòd decretum ipsum, & eius pœna non procedat, vbi matrimonium esset licitum, & æquale.

Sextò considerat Plottus 74 Nouas Const. requirere dolum, vt denotant verba illa. *Huic morbo.* delictum verò non dari sine dolo; qui stante œqualitate cessare videtur. 75

Septimò mouentur Plottus, 76 & Cancerius auctoritate *Grati cons. 42. lib. 2. Abbatis in c. 1. col. 2. vers. & hæc faciunt. & ibid. Io. Andr. extr. de spons. & Dec. in cons. 231. viso col. 2. num. 2. vers. & ad confirmationem. Curt. Sen. cons. 27. col. 2. num. 1. vers.*

1.verſ.& ideo Eman.Coſta in l.cum tale. §.ſi arbitratu.in vlt.ampli.nu.36.de cond. & dem.Ripa, & aliorum in l. 1.ſol.matr. Conſt. Roger.de dot.q.2.num.23.& Abb. conſ.12.lib.pri.

Octauò tandem addit Plottus, 77 quòd vbi præmiſſa fortè non ſufficerent ad abſolutionem, ne procedatur ad pœnam, ſufficere tamen ad ſupplicandum Principi,& eum mouendum,vt reſcribat, quòd in caſu talis matrimonij non procedatur ad pœnam aliquam.

77 *Sub eod.nu.330.ad fin.verſ.& vbi.*

Hæc fermè Plottus; licèt idem 78 laudet, quòd ſemper matrimonia fiant cum licentia eorum, de quib. in ipſo decreto ad tollendas rixas, lites, & diſpendia, quæ poſſent ſequi de facto.

78 *Sub eod.num.330.ad fin.*

Verùm hæc tàm leuia ſunt, vt timere non poſſim, quòd ea vel tantillùm animos doctiſſimorum virorum, vel prima facie potuerint commouere.

In primis autem obſeruandum eſt,hęc magis ad defenſiones reorum, quam ad punctũ iuriſdictionis, ac telæ iudiciariæ, de qua hic principaliter agitur, pertinere; nam ſicuti ea exceptio, quòd quis non commiſerit homicidium dolosè, ſed vel mero caſu, vel ad neceſſariam defenſionem, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, non tollit iudici iuriſdictionem cognoſcendi, procedendi, inquirendi, ac proceſſum pro veritatis indagatione formandi, ſed ea exceptio ad tempus defenſionum referenda eſt, vel etiam remittenda eſt arbitrio iudicis, cui ſi fortè de ea manifeſtè conſtiterit ex eodem proceſſu informatiuo, ſiſtendum erit, & rei ſilentium imponendum; Ita propè in præſentia, ſi cognouerit Senatus, rem ita habere, vt pœnæ locus eſſe non poſſit, pronunciabit, neminem eſſe moleſtandum;ſed hinc non infertur,quin debuerit de ipſo negotio cognitionem habere, & proceſſum formare, quòdque illum proſequi non debeat omnibus legitimis, & conſuetis modis; quia,vt dictum eſt, quod contra prætenditur, nihil aliud eſſet, quàm interuertere ordinem iudiciorum, & defenſiones proceſſui informatiuo præmittere; Itaq; nimis properatur ex aduerſo; patiẽter ideò feratur inſtrui proceſſum, & ſuo debito tempore

non

non deerit Iustitiæ locus.

Præterea, nec liberè concedendum sentio, quòd in hac nostra specie cesset ratio inæqualitatis, quia N. sit iuuenis insignis nobilitatis, & opulentiæ: nam ratio inæqualitatis euitandæ promiscua est, non minus iuuenis ad puellam, quàm contrà, vt si iuuenis præcellat puellæ nobilitate, honoribus, titulis, diuitijs, potentiaque, & alijs, quæ inter humana bona connumerantur, vt in terminis rectè obseruat Petrus Pecchius, [79] his formalib. verbis. *quid quod impares opes insolentes reddunt maritos, & earum, vbi deferbuit amor, despectores, quib. non tanquam legitimè coniunctis, sed vt ancillis abutuntur, eòque magis si opulentia accedat potentia, vel generis claritudo:* neque ratio æqualitatis restringenda est ad diuitias, sed generaliter accipienda, ac referenda ad quaslibet alias circumstantias hac in re considerabiles, [80] Quæ an ad rem possint quandoque facere, esto cuiusque iudicium.

Sed, & strictiùs ad punctum, verius est, nostræ Constitutioni locum esse, etiam si omnis inæqualitatis ratio cessaret, prout tenent, & super simili statuto, seù constitutione regia iudicatum, & seruatum fuisse referunt Suarez Gregorius Lopez, [81] & post eum Ludouicus Molina, & quotidie ita apud nos indistinctè practicatur: nam nedum ita exigit verborum generalitas, quibus concepta est nostra hæc Constitutio, stante regula, quòd vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, sed ita generaliter, vti concepta est; intelligenda est, [82] sed etiam quia adhuc viget vna ex potioribus rationibus per Constitutionem considerata, nempe, vt debitus honor, ac reuerentia parentibus, & coniunctis exhibeatur, vtque ea de causa euitentur odia, rixæ, & inimicitiæ capitales, quæ aliàs ijs debitis officijs prætermissis inter coniunctos vtriusque coniugum cum ipsis negotij participibus oriri consueuerunt, vtque ciuitas bonis moribus informetur, & antiquæ patriæ consuetudines in posteris conseruentur, [83] & quia aliter agendo, nedum coniuncti puellæ, sed & pax publica, & tota ipsa Respublica

M offendi

79

d. lib. 2. cap. 1 col. 3. sub n. 5. vers. quidquid, & alios casus cumulat Theatrum vitæ humanæ vol. 3. lib. 7. sub tit. amicitia coniugalis inita pag. 871. cum duab. seq.

80

Vt not. Men. lib. 4. præs. 89. nu. 85. & ponit idem Plottus nu. 330. dicens paritatem esse considerandam respectu morum, sanguinis, diuitiarum ætatis, & aliorum, quæ iuxta regionis consuetudinem solent obseruari.

81

Gregor. Lopez part. 4. tit. 2. l. 10. sub litera H, post Roder. Suarez. in l. 2. de los casamientos fol. 3. col. 1. & sequitur Lud. Molina de Hisp. primog. lib. 2. cap. 16. nu. 13.

82

L. 1. §. & generaliter de leg. præst. l. de pretio de publ.

83

Bal. in l. rem C. ad Tertull. Hugo Celsus d. cons. 38. sub num. 5. 7. Io. Lupus in loco iam citato sub nu. 10. & 18. Sanchez de matr. lib. 3. disp. 9. sub num. 9. & lib. 4. disp. 25. in prin. Fontan. vbi sup. nu. 16. vbi appellat hanc grauem iniuriam Thess. Iun. d. q. 70. num. 5. 11. 12. 20. 23. 24. & 25. dicens contineri spretum, Pereria decis. Lusit. 10. nu. 4. Guttier. d. q. 20. Cancer. d. p. 1. cap. 24. nu. 25. egregiè Petr. Pecchius d. lib. 1. cap. 2. in princ. & col. 3. ante, & post nu. 5. & col. pen. num. 9. Io. Sycardus in d. l. 1. C. de nupt. ante fi. Didac. Perez apud D. Tapiam d. lib. 4. rubr. 11. litera T ad fi. Mastrill. de magistr. d. lib. 5. cap. 6. sub nu. 119.

offendi quodammodo dicatur,[84] soleantq; huiuscemodi matrimonia tristem, & funestum sortiri euentum,[85] & sæpius etiam parentibus præ moerore mors superueniat, & vniuersa agnatio, & cognatio, & amicorum coetus conturbetur:[86] Hæc enim militant, & seruari solent etiam stante æqualitate, nec ideo parentes,& coniuncti ægrè non tulerint, & ad animum non reuocarint nuptias ab extraneo iuuene cum filia, vel coniuncta sua,ipsis inscijs,contractas, quia iuuenis sit illi æqualis conditionis, vt palam est omnibus, nec indiget comprobatione; Quare legimus apud Plutarcum,[87] quod cùm Senatus in Capitolio cęnasset eo die, quo P. Scipio, & Tib. Gracchus reconciliati sunt, auctorq; fuisset, vt Scipio minorem ex filiabus suis Tib. Graccho desponderet, & dein Scipio ipse rediens domum vxori nouam affinitatem nunciasset,sponsi tamen nomine suppresso, illam indignatam, dixisse, non debuisse eum inconsulta matre filiam despondere, etiamsi Tib. Graccho locare potuisset; quod responsum Scipioni iucondissimum fuit,cùm viderit coniugem in eandem sententiam, in qua ipse constiterat de locanda filia, incidisse. Sed hinc ex indignatione matris suscepta egregiè assertio nostra probatur; licèt enim Tib. Gracchus totius iuuentutis Romanæ Princeps reputaretur, tamen vxor Scipionis ægrè tulerat, quod se inconsulta ipse licèt pater eam despõdisset.

Imò nedum parentum,& subordinatè coniunctorum,sed etiam tutoris consensum non sine iniuria omitti posse probatur iure, & notant Doctores.[88]

Neque obstant argumenta contraria Plotti.

Ad primum enim, quod cessante ratione legis cesset lex, & ideo hìc cessante inæqualitate cesset Constitutio.

Resp. eam regulam procedere in ratione legis vnica, expressa, vel quæ sola possit excogitari; sed vbi ratio legis est multiplex, tunc vna cessante, & alia permanente, adhuc viget lex, & suum operatur effectum,[89] & tot rationes admittendæ sunt, quot afferuntur, quæ conuenire possint,[90] præsertim quia in dubio ratio

84 *Petrus Pecchius sub d.nu.5.vers. Adde.*

85 *Vt obseruat Pecchius d.cap.2.in princ.*

86 *Idem Pecchius latè in loco citato.*

87 *In vita Scipionis ad finem; de quo etiam meminit ad rem nostram Gregor. Tolos. de Republ.lib.9.cap.11.circa finem.*

88 *d.l.1.C. de nupt. vbi not. Io. Sycard. ante fin.*

89 *§. affinitatis Inst.de nupt.l.si non lex Ælia Sentia ff.de hær.instit.cum concord. allatis per Tiraq.cess.caus.limit.22.& in proprijs nostris terminis Petrus Pecchius de testam. coniug.lib.2.cap.1.sub nu.5.vers. Atqui.*

90 *Idem Tiraq.vbi sup.lim.21.num.1.2.7.*

ratio legis non præsumitur vnica, sed multiplex: 91 At in hac nostra Constitutione si rationem expressam perquirimus, ea sola legitur, *vt seruentur antiqua, & bonæ consuetudines*; quæ vtique non minus conuenit æquali, quàm inæquali matrimonio; nam etsi adsit totalis æqualitas, tamen passim consuetum est, vt nec furtiuè, nec clanculum à parentibus, & coniunctis contrahatur, sed medio amicorum voluntas, & consensus eorum habeatur; Si verò vlterius huius consuetudinis causam, quasi rationem rationis 92 inuestigemus, eam duplicem esse statim comperiemus, alteram inæqualitatis euitandæ; alteram, vt debitus honor, ac reuerentia parentibus, & coniunctis exhibeatur, & odia, rixæ, & inimicitiæ ob id officium prætermissum, & alia inde scandala, & absurda prouentura euitentur, vt supra demonstratum est; Ergo licèt deficiat illa prior ratio inæqualitatis, non tamen deficit altera, & sic adhuc vigere debet Constitutio. Præcipuè quia facile fuisset, exprimere solam rationem illam inæqualitatis, si de ea sola cogitatum fuisset: 93 sed non est opus speculatione, nec discedendum est à prædicta ratione expressa seruandi antiquas, & bonas consuetudines, quæ generalis est complectens etiam nostrum casum; magis enim afficit ratio expressa, quàm tacita, & magis principalis, quàm accessoria, siuè secundaria, & magis generalis, quàm particularis. 94

Sed nec semper cessante ratione cessat lex, nam necesse est, vt cesset non solùm actu, sed & exemplo, itaut videlicet non possit trahi in perniciem exempli, aliàs non cessaret legis dispositio; 95 At ita est in præsentiarum, nam negari non potest, quin hic casus, si sine censura transiret, futurus esset mali exempli, & quin posset in perniciem aliquando imposterum trahi: nam de facili contingeret, vt quisquam alius hoc exemplo nitens non timeret, ire contra dispositionem Nouarum Const. paratus defendere suam cum puella paritatem: vnde aperiretur via multis malis, nempè contentionibus circa paritatem, inimicitiis cum affinibus, & impostura iustitiæ apud malos Iudices

91 *Idem Tiraq. d. limit. 21. num. 11.*

92 *Ad not. per Tiraq. vbi sup. limit. 22. nu. 16. vbi dicit, quod si exprimitur ratio nitens alia ratione, vtraque attenditur.*

93 *Arg. l. vnic. §. sin autem aliquid C. de cad. toll.*

94 *Tiraq. d. limit. 22. num. 16. 21. 22.*

95 *Gl. in c. Neophytus verbo causa vers. vno modo, dist. 61. Tiraq. in d. tract. cess. caus. limit. 26. & est pulcher tex. in l. si quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœn. & in c. principatus 1. q. 1. & in c. dua sunt 19. q. 2.*

ces sub mendicato prætextu paritatis, euertendo Constitutionem, vt amico gratificarentur; Ergo mordicus, ac religiosè seruanda est Constitutio, vt quocumq; in casu procedatur.

Imò sufficere, quod lex in sui generalitate rationabilis sit, vt generaliter sustineatur: nec attendi, quod in aliquo singularissimo casu deficiat ratio, notat Baldus, [96] vnde dici solet, quod inspicimus genera singulorum, & non singula generum, & in his terminis procedit *text. in l. prospexit, ff. qui, & à quib.* qua cauetur, quod lex quamuis dura seruanda est; loquitur enim illa lex de casu, in quo videbatur cessare ratio legis. Maximè verò, quia (vt egregiè obseruat Menochius [97] noster) non est cuiusuis, de vnaquaque legis sententia arcanam, & latentem rationem assequi: quare nec in perscrutandis legum causis plus æquo sollicitos nos esse anxiosque admonet oportere; alioquin (vt Neratius [98] scripsit) multa ex his, quæ certa sunt, subuertentur; Quibus consonat alia distinctio, quod vel cessat ratio contrariè, itaut ex eius obseruantia contrarius effectus contra bonum publicum sequeretur, & tunc cessante ipsa ratione cessare legem; vel cessat tantùm negatiuè, itaut nihil communi bono contrarium, sed dumtaxat priuato commodo inde oriatur, & tunc adhuc vigere legem ipsam. [99]

Et confirmantur prædicta, quia sicut laudabilius est, omnia legibus (quantùm fieri potest) determinare, & quàm pauciora iudicantium arbitrio relinquere, vt ex Aristotelis sententia pluribus demōstrat Ægidius Columna, [100] nempè quia sapientior præsumitur legislator, quàm Iudex, & quia in illo, cùm sanciat in vniuersali ad casus futuros, non intrat vlla suspicio, quòd præ odio, vel amore, vel commodo proprio, à recto tramite deuiarit, vt sæpius contingit de Iudice suspicari; Ita videtur omnino capienda illa interpretatio, per quam minus arbitrio Iudicis commissum videatur, nempè ad euitanda præmissa absurda, quæ à laxiori Iudicis arbitrio possunt prouenire.

Ad secundum argumentum Plotti respon-

96 *In l. non dubium col. 2. nu. 7. vers. sequitur videre C. de legib. & in terminis pro limitatione ad regulam oppositam Tiraq. in d. tract. cess. caus. limit. 9. & Franc. Suarez. de legib. lib. 1. cap. 2. col. 4. vers. Nec propterea ex Arist.*

97 *De arbitr. lib. 2. casu 82. incip. in eodem consuetudinis tracta. num. 14.*

98 *In l. & idea 21. de ll.*

99 *Ita Christoph. Anguian. Hispanus de legib. & constit. Princ. d. lib. 1. contr. 13. nu. 8. 9. 10. 11. & 12. ex Gaietano ad D. Thomam 2. 2. q. 120. vers. duplic. ter namque, & Soto lib. 1. de iust. quæst. 7. art. 3. vers. sed arguis, & lib. 3. q. 4. artic. 5. ad fi. & subdit Anguianus num. 13. ità concordari textum in d. l. adigere, §. quamuis de iure patron. nēpè quia repugnat rationi boni publici, ac regiminis, quod innocens pœnam subeat; cum tex. in l. prospexit. ff. qui, & à quib. quæ tanquam contraria affertur, nempè quia ibi nihil bono publico, sed tantùm priuato comodo obuiabat.*

100 *Arist. lib. 1. rethor. cap. 10. & 1. polit. Card. Ægid. Columna in tract. de regim. Princip. p. 2. lib. 3. cap. 20. & latè modernus Christophorus Besoldus in discursu polit. disertat. 2. cap. 6. de præmijs, pœnis, & legibus vers. & tandem pag. mihi 155.*

pondetur, imò resistere nedum verborum generalitatem, sed etiam rationem, tùm expressam, tùm tacitam, vt supra demonstratum est; Præterquamquod, verius est, Constitutionem hanc nostram vti fauorabilem non strictè, sed latè esse intelligendam, itaut amplietur magis, quàm quod coarctetur, [101] maximè verò, quia est conformis iuri communi. [102]

Ad tertium resp. manifestè erroneam esse rationem Ripæ, stante siquidem iniuria, quæ fit parentibus, & subordinatè coniunctis; nam iniuria non est res vtilis; sed nociua; præterquamquod Ripa id solum adstruit, quod de iure communi teneatur pater, dotare filiam, quę nupserit ipso inscio; quod nobis non officit, tùm quia habet contradicentes, [103] & saltem in id definitur, vt possit dotem diminuere, quasi in pœnam, tùm etiam quia loquitur de iure communi, nos autem habemus Constitutionem aliter sancientem.

Ad quartum argumentum Plotti respondetur, illud retorquendo, nàm casus, qui de facto ortus causam dedit cōdendi legem aliquam, non dicitur causa finalis, ita vt ad eius limites illa debeat restringi, sed occasionalis, & impulsiua, quia cessante non cessat lex, [104] vti est celebre exemplum de illa Calphurnia in *l. 1. §. origo ff. de postul.* vbi cùm generaliter prohibeantur mulieres postulare, dicitur, causam edicto dedisse Calphurniam improbissa fœmina, quæ inuerecundè postulans Magistratum inquietabat; Et tamen locum habet illud edictum prohibitorium etiam in fœmina, quę verecunda esset, & modestè postularet; Idq; maximè procedit, quando dispositio est generaliùs concepta, quàm sit ratio casus, qui causam dederit edicto, nam tunc præsumitur impulsiua, & non finalis. [105] Ergo, & in præsentia posito, quòd casus, qui dederit causam Constitutioni, fuerit de matrimonio inæquali, tamen id tanquam occasio Constitutionis condendæ non est aptum ad restringendam generalitatem verborum, quibus concepta est ipsa Constitutio; Quanquam, & illud considerari debet, nullum potuisse dari casum inæqualitatis, qui simul non habuerit

buerit

101 *Vt in terminis notat D. Tapia post Perez in d. litera T.*

102 *Vt in l. 1. C. de nupt. vbi DD. omnes, & not. Tolos. de rep. lib. 9. cap. 1. num. 51. iunctis not. per Cyn. in l. si quis non dicam rapere, post princ. C. de Episc. & Cleric.*

103 *Menciacca de success. creat. p. p. lib. 1. §. 10. num. 628. & sequitur Tapia d. lib. 4. rubr. 12. num. 10.*

104 *Vt not. gl. in d. c. duæ sunt 19. q. 2. latè Tiraq. limit. 13.*

105 *Tiraq. lim. 1. num. 62.*

bucrit implicitam simul dictam aliam rationem euitandi odii, & inimicitiæ cum affinibus.

Ad quintum Plotti argumentum respondet quædam appostilla manuscripta qu. D. Præsidis Squarciafici, quàm habeo ad ipsas Nouas Constit. retorquendò illud hoc modo; quod inde potius contraria fieri videatur illatio, videlicet, quòd si ratio inæqualitatis fecit pœnam tàm acriter augeri respectu arbitrij à Constitutione concessi, videatur inferendum, quòd cessante inæqualitate, cesset quidem augumentum pœnæ, sed tamen non sit recedendum ab illa expressa pœna amissionis dotis, nec etiam ab alia, mitiori tamen, scilicet infra mortem.

Ad sextum iam patet responsio ex antedictis, nempè delictum committi per contrauentionem Constitutionis, quæ militat etiam in hoc casu, vt supra demonstratū est, nam in delicto inest dolus.

106 Ad septimum verò resp. 106 Gratum in d.cons.42.loqui de Statuto prohibente contrahi matrimonium, (& sic tangente substantiam (sine propinquorum assensu; ita num.2. quod nec erat vsu receptum; ita num.4.& in eo casu puella ad domum iuuenis vltrò accesserat, nec inde discedere voluerat; ita nu.8.& 9. cum seq. vsque ad 17.& in præfatione eius Statuti expressa fuerat ratio inæqualitatis euitandæ, ne puellæ deciperentur; ita nu.19. Quæ rationes nihil ad nos: Costa autem longè procul abest à terminis nostris, id enim solùm quærit, an nubens indigno dicatur impleuisse conditionem legato adiectam; qua in re ipse affirmatiuam tuetur opinionem contra Raphaelem: Sic, & Constantius Rogerius, dum tuetur, patrem non teneri dotem præstare filiæ, quæ nupserit indigno absque ipsius patris consensu: De Ripa iam dictum est sub nu. 112.: Curtius Sen. nihil prorsus de hoc puncto; sic nec Abb. & Io. Andr.

Insuper Plotti auctoritas eò minus æstimanda est, quò pluribus modis errauit, & materiam intricauit, & à veris terminis deuiauit. Primo enim ipse accepit clandestinitatem iuxtà terminos canonicos, (vt patet sub nu.329.) cum tamen

men hìc aliter accipiatur, vt supra demonstratum est. Secundo consecutiuè ad præcedentem errorem dixit sub *eod. nu.* 329. ration[illegible] vnam Nouarum Constit. fuisse, ad euitandum peccatum, scilicet, ne fiant inter personas prohibitas contrahere. Tertio, quia manifestè decipitur, dum dicit, 107 hanc rationem esse expressam in illis verbis *Ideò huic morbo occurrentes &c.* nam ea verba referuntur ad illa alia præcedentia, quòd *matrimonia debeant contrahi secundùm antiquas, & bonas consuetudines:* quæ ratio facit pro nobis, nam non minus refertur ad rationem odij, & inimicitiarum euitandarum, quàm vt occurratur dolis &c.

107 *Sub num. 330. vers. Et istud.*

QVod attinet ad quartum de ordinibus Tomarij, Responsio est in promptu, eos Ordines, nec loqui de matrimonijs clandestinis, nec de corrigendis Nouis Constit. quarum obseruantiam dum Senatus pro munere suo curat, non censuram, sed laudem meretur, sed de eo tantùm casu loqui, quo Senatus se intromitteret in matrimonijs magnatum, prætendens, ea sine ipsius consensu fieri non posse, edicta etiam pœnalia superindè promulgandò; qua in re Sua Maiestas monuit Senatum, quòd id esset contra libertatem matrimonij, & quod omni in casu, si quandoq; pro bono publico expediret tale quid sancire, id non ad Senatum, sed ad Excellentiss. Gubernatorem spectaret: At horum nihil hoc tempore agit, nec prætendit Senatus; ergò.

Præterquamquòd etiam pro eo, quod antea agere consueuisse Senatus arguitur in d. Ordinibus, optimè purgauit se Senatus ipse in luculentissima, & solidissima responsione ad Suam Maiestatem transmissa sub die 29. Septembris 1581. ostendens, iustam aliquando fuisse prohibitionem factam tutoribus, ne inscio Senatu tractarent nuptias alicuius puellæ; atque dum Sua Maiestas nil vlterius replicauit, acquieuisse censetur, 108 vt sic nec illi Ordines quoquomodo vrgere possint etiam in proprio casu, de quo loquuntur.

108 *Ad tex. in c. si quando de rescr. & c. cùm teneamur de præbend. c. quoniam quidam 73. dist. l. 1. de petit. bon. subl. lib. 10. tit. 12. c. cùm in iuuentute 12. §. cæterùm de purg. canon. & c. importuna de pæn. dist. 1. et not. Gregor. Tolos. de rep. lib. 10. cap. 2. num. 10.*

Idque verum esse demonstratur ex ipsa

ipsa subsecuta obseruantia post d. Ordines Senatus, nàm sæpè mandauit procedi contra principales iuuenes tractantes matrimonia clandestina, idest inscijs parentibus, & agnatis, ac cognatis, vel etiã tutoribus, & contra complices tractatus tàm fœminas, quàm masculos, nulla etiã habita ratione æqualitatis, ac dignitatis iuuenis, nec etiam quod iam in faciem Ecclesiæ, seù coram Parocho contractum esset matrimonium: & ante omnia mandasse puellas reponi, vel in Monasterio aliquo, vel penes matronam Senatui benè visam; sæpius etiam in domo alicuius ex Secretarijs eiusdem Senatus, & quandoque puniuisse in ære, aliquando in persona, prout qualitatem factorum mereri iudicauit. Quæ exempla exhibita licèt multa sint, multò tamen plura, si opus erit, exhibebuntur; Et hæc subsecuta obseruantia omnino dedeclarat, vel quod ij Ordines de his terminis non senserunt, [109] vel quòd vsu ipso recepti non fuerunt.

Et quod attinet ad actum sequestrationis, seù repositionis puellarum apud matronas Senatui bene visas, præfatus vsus, & obseruantia conformis est iuris dispositioni, nedum de iure canonico per textum clarum *in c. cum locum de spons.* [110] quod in foro Cæsaris est allegabile, nil releuante, quod in foro canonico ad alium finem fiat repositio, quia quoad vim nostræ quæstionis est eadem ratio: [111] sed etiam de iuremet ciuili per *tex. in l. 1. C. de nupt.* vbi in arbitrio iudicantis reponitur, quid de puella agendum sit: nam vt ibi omnes interpretantur, non foret efficax arbitrium sine timore impressionis, nisi in loco tuto, & non suspecto reponeretur: & ibidem dicit *Io. Faber.* super eo textu fundari consuetudinem iustitiariorum, qui trahunt puellas ad manus suas, & faciunt inhibitiones, ne copulentur: & sequuntur communiter scribentes; [112] estq; ad rem proximum valde *Crauetta* consilium 190. vbi puella contraxerat sponsalia in domo eius, apud quem degebat, cnm eiusdem filio; respondet enim Crauetta, inde tollendam esse, & in loco tuto reponendam; qui ferè est formalis casus noster;

quam-

109 *Ex not. latè per Ioseph Ludou. comm. conclus. tit. de consuet. concl. 1.*

110 *De quo latè Guttierez de spons. cap. 37.*

111 *Vt not. in c. 1. & 2. de no. oper. nunc.*

112 *Io. Fab. in ea l. 1. & ibid. Cyn. Bal. Bellap. Odofr. Fulg. Io. Sycardus, & Aluis. de Leo, et Lucas de Penna in l. facultas, nu. 11. col. 3. vers. & patet in virgine, C. de iur. Fisc. lib. 10. Crau. cons. 190. & nouiß. post hos Frãc. à Ponte da auth. Proreg. tit. 6. de assensu regio nu. 48. cum seq. vsq; ad fin. & Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 6. num. 120. cum seq. Carot. de sequestr. q. 6. princ. de reb. q. 1. incip. Quaro, an puella. Georg. de Priolis inter cons. matrim. cons. 42. num. 8.*

quamquam diceretur (quod magis vrgebat (quòd iuuenis eam cognoscere tentasset, erat enim adhuc impubes.

113 Ex quibus iam constat non subsistere, quod fuit insinuatum, agi hic de materia gubernij, & non iustitiæ, & ideo curam hanc magis ad Excellentiss. Gubernatorem, quàm ad Senatum spectare: quod videtur posse confirmari ex *d. l. 1. C. de nupt.* vbi id munus Præsidi prouinciæ relinquitur; intelligendo Præsidem pro Gubernatore.

Quia Doctores omnes passim tradunt, id munus ad Iudices ordinarios pertinere,[114] prout, & re vera ita practicatur: & signanter Regens à Ponte licèt referat,[115] iuxta ordines regios eius regni, Consilium Supremum Collaterale nullam cognitionem habere in materia Status, nec belli, & in spectantibus ad gubernium non habere nisi vota consultiua (quippè cum in eo tribunali sedeat Prorex tamquam[116] caput, & Præses) sed tantùm in pertinentibus ad iustitiam habere vota decisiua, tamen idem à Ponte,[117] affirmat, curam hanc reponẽdi puellas in loco tuto, & non suspecto, ad effectum examinis, & exquirendi earum voluntates, omninò ad Iudices ordinarios esse referendam, & ita facto ipso seruari; Quod probatur vlterius ex *d. c. cùm locum de spons. iunctis not. per Genuam*,[118] & alios, quod hę repositiones fiant etiam aliquãdo à Vicario Archiepiscopi; nam si hic actus pertineret ad politicam, & non ad iustitiam, vtiquè ecclesiasticis esset inter dictus.[119]

Idq; præter communem Doctorum traditionem, & praxim, vt supra, probatur etiam ratione ipsa, si definitionem politicæ, cui subalternatur materia Status, & Gubernij, ad differentiam Iustitiæ, inuestigemus; licèt enim latè sumpto vocabulo non videantur differre politica, & iustitia, nisi tanquam genus, & species cùm iustitia[120] in genere sumpta omnes virtutes compræhendat, nullaq; regendæ Reip. ratio bona esse possit, quæ Iustitiæ fundamentis non nitatur;[121] tamen strictiùs sumptis terminis, aliter ad inuicem distinguuntur, iuxta definitionem Matteacij,[122] dicentis, *politicum leges, ius, et*

114
*Io.Fab.Cyn.Bellap.Bal.Odofr.Fulg. Sycard. Aluis.de Leo, Lucas de Penna, Crau.à Ponte Mastrill. Caroc. & alij supra citati n.*118.

115
*De auct.Proreg.d.cap.fin.de delegat.nu.*14. 15.16.& 17.

116
*A Ponte vbi sup.num.*12.

117
*A Ponte ibid.tit.6. de assensu regio nu.*48. *cum seq.vsque ad finem.*

118
Genua in praxi fori archiet.Neapol.cap. . . *Georg.de Priolis consil.matrim.*42. *nu.*18.

119
Vt not. Surd. in cons. 301. *D. Menoch. in cons.*1001.

120
*Franc. Suarez. de legib. lib.*1. *cap.*2. *col.*2. *sub vers. Iuxta has, Adam Contzen. polit. lib.*3.*cap.*6. *col.*1. *Gregor.Tolos.de repub.d. lib.*10.*cap.*1 *num.*11.*vbi distinguit iustitiam generalem à particulari.*

121
*Angelus Mattheacius de via, & ratione iuris lib.*1.*cap.*2.*sub nu.*9.*vers.sed ius.*

122
*d.cap.*2.*sub nu.*17.*vers.Quod si politicus, vsque ad fin.*

iustitiam tractare eminentiori modo, nimirum principaliter ad vniuersam Rempublicam informandam; iurisperitum autem ad iustitiam particularem actu inter singulos exercendam; cui consonat alia politicæ definitio, tradita per Io. Oldendorpium, [123] quod sit *legitima ordinatio Reipublicæ secundum, quam alij præsunt, parent alij*, nam in effectu hæc in id desinunt, vt ad politicam pertineat, leges condere, vt faciunt Excellentiss. Gubernatores, dum proclamata ad libitum publicant; ad iustitiam verò, ius dicere pro executione tùm iuris communis, tùm Statutarij, & constitutionum Principis: hoc autem modo re sumpta, iam constat, tractationem hanc, de qua agimus, nihil ad gubernium, idest ad politicam spectare. Idem est, si sequamur aliam latiorem definitionem Adami Contzen. [124] quod *politica sit, quæ paci, & bello, regno, & aristocratia, legibusque præsidet*, hinc enim planè infertur, quatenus de legum executione agendum est, iustitiæ administratoribus hanc prouinciam esse relinquendam; neque aliter Gubernatorem, qui politicæ conseruator est, manum ad rem admouere, quàm vbi agatur deuiando à semita iuris iam scripti; hoc enim est præesse, seù præsidere legibus, idest esse supra leges: quod potest contingere, vel sanciendo nouum ius, per proclamata; vel faciendo gratiam de aliquo delicto; vel per epijciam derogando legi in aliquo casu particulari, vbi scilicet verba legis, adeò clara sunt, vt interpretationi legali, quę ad Iudicem pertinet, locus esse non possit, & tamen ęquitas repugnet, iuxta distinctionem Diui Thomæ, [125] ita bifariam distinguentis epijciam, idest statum supra legem, [126] quæ legum asperitatem moderatur, vt scilicet priori casu ad solum Principem spectet, altero autem casu ad Iudicem; [127] vel demum generaliter, quoties ratio boni publici ità requirat; inde enim fit, vt Princeps regulas iuris seruare non teneatur; [128] Huc etiam pertinet distinctio Tolosani, [129] quòd iustitia regia duas habeat partes, vnam de his, quæ transiguntur inter Principem, & subditos: vti est legum promulgatio, tributorum exa-

ctio,

123 *In tract. iuris natur. gent. & ciuil. tit. 4. de iure ciuili, vol. 1 tract. Lugd,*

124 *Adam Contzen. polit. lib. 2. cap. 2. §. 3.*

125 *2. 2. q. 129. artic. 1. in resp. ad tertium argumentum; cui consonant tradita per Caualcanum de brachio regio, p. 6. inscripta, de partib. tùm iustitia, tùm gratia spectantib. ad Princip. & ad Iudices n. 130. et 131.*

126 *Vt ibid. declarat D. Thom. artic. 2. in secundo arg.*

127 *Quod, & notant alij communiter, Suarez. de legib. lib. 1. cap. 2. col. pen. vers. Alio verò modo, & latiùs lib. 2. cap. 16. Couarr. in regula possessor. 2. p. elect. §. 7. num. 3.*

128 *Bar. l. fin. sub nu. 2. C. si contra ius, vel vtil. publ. arg. l. item verberatum §. 1. de rei vēd, & l. Lucius de euict. Borella ad Bellug. in spec. Princ. rubr. 6. sub littera A, lim. 3. D. Valenzola cons. 69. nu. 110.*

129 *Tolos. de rep. lib. 10. cap. 2. num. 16,*

ctio, munerum publicorum distributio, & consimilia: alteram de his, quæ fiunt inter subditos, vt est contentionum inter eos definitio, & delictorum punitio: & hanc per ministros exerceri: Rursus idem Tolosanus [130] præclarè docet, artem, & scientiam ciuilem, idest politicam, quam etiam regiam appellat disciplinam, non esse iustitiæ exercitium, quod est penes Iudices, nec in eo consistere maiestatem Principis, sed esse tantùm legum custodem, & Principis ministram, cùm Regiæ Maiestatis officium sit, non vt quidem ipsa agat, sed vt agere valentibus imperet; cœteras verò artes, quæ in Rep. geruntur, esse ei veluti ancillares, Id etiam ante alios tradidit Plato [131] dicens, regiæ disciplinę officia duo esse, leges condere per se ipsum prudentia nomothetica, & illas exequi per Iudices: Et in his quoq; terminis procedunt tradita per Caualcanum, [132] de brachio regio competente Excellentiss. Gubernatoribus Mediolani, vt scilicet ratione boni publici possint à trito iuris tramite aliquando deuiare.

Nec prætereo, quæ apprimè ad rem tradit modernus Germanus Besoldus, [133] Principem esse quidem Iustitiæ ministrum, sed tantùm ratione directionis, & inspectionis, quia licet olim ante leges adeo perfectè conditas, vt nunc, iudicandi munus ex arbitrio Principibus inhæreret; in tantum vt Hæbreorum Principes appellarentur Iudices, & Romæ etiam aliquando tùm Reges primùm, tùm etiam deinde Cæsar, & Augustus, & aliqui alij Imperatores, causas cognouerint, & ius reddiderint, [134] tamen hodie seruari, vt cura hæc Magistratibus relinquatur, nedum quod onus Reip. regundæ grauius, & difficilius sit, quàm vt priuatorum diudicandis causis Princeps vacare possit, sed etiam, quod vsu ipso compertum sit, id è republica non esse, & rectæ iustitiæ administrationi aduersari, tùm quia plus sapiant multi, quàm vnus, tùm quia Princeps ipse vti in iure nõ versatus de facili possit decipi, & tùm denique quod apud Principem legibus adeo strictim non alligatum, laxior sit aperta via adulatorijs, violentis, ac deci-

130 *Eod. lib. 10. cap. 6. num. 9.*

131 *Lib. 16. seu ciuili, relatus à Tolosano d. n. 9.*

132 *De brachio regio, magnæ impressionis p. 1. n. 39 retro vsq; ad principium eius partis.*

133 *Christophorus Besoldus in discursu politico de præm. pæn. & ll. dissertat. 2. cap. 6. num. 2. & de magistrat. & censor. dissert. 3. cap. 3. num. 1. & in discursu iuridicopolit. de appell. cap. 1. in princ. post Bodin. de rep. lib. 4. cap. 6.*

134 *Corasʃ. latè in l. 1. de const. Princ. litera L. & probat l. 3. de his, quæ in testam. del. & not. Cuiacius lib. 18. obser. 32. & Spart. in Andr. & Besoldus d. c. 3.*

pulosis officijs iustitiæ imponendi, quàm apud Senatum, qui nihil habet arbitrij præter iuris præscriptum, & actionum suarum strictam rationem reddere tenetur, & constat ex multis, & iustitiam præcisè ministrare tenetur, quæ inexorabilis est. Ita Besoldus post alios iuridico-politicos, quos latè cumulat.

Igitur cognitio hæc, quæ tota legibus & communibus Doctorum traditionibus, & praxi nititur, dimittenda est Senatui, vti quæ tota iustitiæ est, & nihil eget superiori illa, & alta, atq; extraordinaria politica auctoritate, quæ legibus dominatur.

Nec vim faciat *d. l. 1. C. de nupt*, vbi id munus Præsidi prouinciæ relinquitur: Quia Doctores omnes exemplificant eum textum in Iudice: [135] quod non est nouum, nam etiam alibi passim iura loquentia de Præside prouinciæ verificantur in Iudice, vt in *l. 1. C. vbi pupill. educ. deb.* vbi matre transeunte ad secundas nuptias remittitur arbitrio Præsidis prouinciæ, apud quem pupillus debeat educari: quod ibi communiter DD. interpretantur de Iudicibus [136] prout re ipsa sic seruatur; estque ratio, quia Præsides prouintiarum apud Romanos, iuris dicendi, & iustitiam ministrandi habebant auctoritatem, vt videre est in *in tit. ff. de offic. Præsid.* [137] quod secus est apud nos; nam inter Excellentiss. Gubernatorem, & Senatum sic sunt diuisa munia, vt iustitiæ ratio ad Senatum pertineat, & politicæ ad Gubernatorem. Et quanquam Magistratus nostri temporis conueniant in nomine cum antiquis, vt Senatus, Prætores, Præsides, & similes; non tamen rectè ab illis ad istos arguitur, quia munera sunt omninò alterata, vt non sit reperire casum, in quo æquè conueniant; [138] quare dicunt scribentes, quod officiales nostri temporis nullam habent iurisdictionem, nisi quatenus eis à Statuto, vel Constitutione aliqua particulari tribuatur. [139]

QVod attinet ad quintum; ni verba Nouarum Constit. essent clara, scilicet consensum superuentum non opitulari, posset de hoc probabiliter hinc inde dubitari, iuxta quæstionem

135 *Nempè Io. Fab. Cyn. Bellap. Odof. Bart. Bal. Sycard. Fulgos. Aluis. de Leo, Lucas de Penna, Cran. à Ponte, Mastrill. Carre. & alij supra citati nu. 118.*

136 *Vitianus ibi, & Accursius litera D. & Bart. & Alber. & est de mente aliorum.*

137 *Et de Principe etiam Romæ not. Besoldus in discursu polit. de magistr. & censor. differt. 3. cap. 3. nu. 1. iuxta l. 3. de his, quæ in testam. del. & l. pæn. de vi priu. & Cuiac. d. lib. 18. obseru. 32.*

138 *Vt egregiè obseruat Budæus in pandect. in l. fin. ff. de Senat. pag. mihi 46. vers. ex quibus nemini, & in tit. de offic. Quæst. pag. 295. vers. hac aut. et nouiss. Christop. Besoldus in d. discursu politico de Magistr. & censor. differ. 3. cap. 2. sub n. 2. post Vuenber. in obser. de verb. signif. fol. 385.*

139 *Vt post alios not. Cagnol. in l. 2. de orig. iur. in fin. num. 103.*

nem de hoc latè disputatam à Petro Pecchio,[140] qui tamen magis videtur inclinare ob vrgentiora fundamenta in partem negatiuam, quia regulariter consensus requisitus debeat ab initio interuenire;[141] maximè verò, quia post actum sæpius, vel vi, ac minis, vel importunis amicorum precibus, vel alijs malis artibus soleat emendicari, & extorqueri: & parentes ipsi, atque coniuncti, ad quos pertinet, videntes, rem actam amplius retractari non posse, non ideo consentiant, quia ex corde illud matrimonium approbent, sed quia vel inducti metu, vel ad maiora scandala euitanda consentire cogantur; Sed vt dixi, in claris non est opus coniecturis, & Constitutio clarè disponit, vt supra.

140 *In d. tract. de testam. coniug. lib. 1. cap. 2.*

141 *Vt latè ipse prosequitur num. 1.*

QVod attinet ad vltimum, nempè quod nonnisi ad querelam patris, & aliorum interessatorũ, quorum scilicet consensus, seù consilium requirebatur, possit hac de causa procedi, vt expressè cauetur in *lege Tauri* 49.

Resp. quod imò potuit, ac debuit Senatus ex officio se interponere, & prouidere iuxta laudabilem scopum Nouarum Constit. Probatur primò ex *d. l. 1. C. de nupt.* vbi dicitur Præsidis arbitrium esse, dissentientibus matre, tutore, & propinquis, se interponere, & prouidere, vt iam supra visum est; ponderando siquidẽ verbum illud *interponere*, quod videtur referri ad officium Iudicis, iuncta præsertim ratione eius textus, (quam post Belaperticam ibi affert à Ponte.[142]) quod hoc tangat Rempublicam; Secundò ex notatis per Crauettam.[143] in d. non dissimili casu, in quo consuluit, partes Iudicis esse, etiam quod à nemine requiratur, ex officio reponere puellam alteri desponsatam, si timor sit, ne liberè res processerit, sed per fraudes, & decipulas: ea generali ratione, quòd circa pupillos, minores, & viduas, Iudex possit ex officio procedere iuribus per eum latè ibi cumulatis, & idem magistraliter not. Guttierez. Tertiò demum, quia hodie de generali consuetudine possunt Iudices procedere ex officio.[144]

142 *d. cap. 6. de auct. Proreg. sub num. 14.*

143 *Crau. d. cons. 190. num. 8. 9. 10. Guttierez. de sponsal. cap. 37. sub nu. 1.*

144 *Clar. §. fin. q. 3. vers.*

Ex his satisfactum censeo singulis propositis dubitationibus.

Ref-

F. Sadarini I. C.

Responsum XIII.

Agitur de Hasta Fiscali; eius origine, & significatione; *de adiectione*, vulgo *abboccazione*: *de addictione*, seù *deliberatione*.

S V M M A R I V M.

*Hasta Symbolum fuit rectitudinis, & Iustitia num.*1.
*Hinc mos profluxit in Iudices Mediolanenses gestandi virgas num.*2.
Fortitudinem quoque significabat num. 3. *& Dominium num.*4.
*Erat antiquitus loco Diadematis num.*4.
Hasta olim erat Martis Statua, & signum 5.
*Romulus hastatus num.*5.
Quirinus dictus quia Sabinis quiris *lancea erat num.*6.
*Hasta Imperium Romanum demonstrabat, & hastis nutantibus nutare illud creditum fuit num.*7.
*Roma hastata num.*8.
*Ratio cur adhiberetur in venditionibus rerum Fiscalium num.*9.
Hastarum solemnitas, seù subhastatio nu. 10.
*Hasta sanire olim dicebatur num.*11.
*Auctione durante, remanet interim hasta domina, atque administra num.*12.
Per adiectionem, seù abboccationem non priuatur Fiscus Domino 13.21.27.28.
*Adiectio quid sit num.*14.
*Eius formula num.*15.
*Solemnitas num.*16.
*Praecones stabant ad hastam num.*17.
Licitatores stabant ad tabulam auctionis. 18.
*Argentarij adiectionem, seù oblationem referebant in acta num.*19.
*Eadem ferè solemnitas adhibetur apud Magistratus nostros num.*20.
*Emptionis contractus, quando dicatur perfectus num.*22.
*Praeses Don Nicolaus Fernandez de Castro laudatur num.*23.
*Oblatio Licitatoris, & acceptatio Cameræ ad quid obligent num.*23.
*Vnius oblatione recepta; potest adhuc Fiscus alios Licitatores admittere num.*24.
*Vltimum etiam plus offerentem repellere, si sua magis interesse putet num.*25.
Præsertim in locationibus perpetuis num. 26.
Obligatio quid sit num. 27.
*Numorum probitas examinabatur num.*29.
*Formula addictionis, ex qua dominium trãsferebatur num.*30.
*Distinguendum inter adiectionem, & addictionem; ex hac enim, non ex illa efficitur Fisco irretractabilis contractus num.*31.
*Respondetur argumentis contrarijs n.*32.33.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Lacet publici iuris facere schediasmata quędam, quę olim tanquam symbolam in cœnam rectam contulimus Egreg. & Eruditus Aduocatus Fiscalis Don Io. Ramos del Manzano, Doctissimi æquè, atque integerrimi Don Francisci filius, & ego, dum ille Fisci Regij iura tueri pararet aduersus publicanum: ita tamen, vt tota laus illius sit.

Illud igitur primum certum est ex *Cal-*
1 *uino in lexico* hastam erectam, notam, & symbolum esse rectitudinis, & iustitiæ vt annotauit *Antonius Perezius ad lib.* 10. *C. tit.* 3. *num.* 11. vnde mos profluxit, vt Iudices nostri virgulas gerant tanquam
2 reliquias huius hastarij iuris, vt post *Olden. Dorpium, & Baldum* aduertit *Niger. de subhast. cap.* 2. §. 3. *num.* 9. *& seq.* deinde fortitudinem significare; nàm & Chartaginenses cum bellum Romanis indice-
3 rent hastam mittebant *Rhodign. lib.* 21. *cap.* 16. idemque *de Rhodijs*, narrat *Polybius lib.* 4. Dominij verò signum esse in venditionibus, & locationibus publicis; seù quia illa pro diademate esset, Regumque antiquorum gestamen, vt
4 tradit *Fest. v. calibaris*, & *Iustin. lib.* 43. *hist.* iusinuaturque in libris sacris *lib.* 1. *Reg. c.* 22. *num.* 6. Quibus concinit *Claudian. de nupt. Honor. v.* 119. *& lib.* 2. *de raptu*. Vnde ita hodie in fæudi inuestitura ex §. 1. *Quid sit inuest. & alijs*.
5 Seù quia hasta erat Martis statua, & signum,

ſignum, vt ex *Varronne* ait *Clemens Alex.*
5 *in orat. ad hortat. ad Gentes*, & *Arnobius*
l. 9. vnde haſtatus Romulus tanquam
Martis filius; & Quirinus vocatus, quia
6 Sabinis *Quiris* Lancea eſt teſte *Ouidio 2.*
Metam. Plutharco in vita *Romuli Liuio li.*
1. Floro lib. 1. epit. c. 1. exinde haſta Im-
perium Romanum ſignificabat, & nutan-
tibus haſtis creditum portendi eius rui-
7 nam; vt ſcribit *Gellius lib. 4. noct. c. 6. Li-*
uius lib. 40. Halicarn. lib. 5.

Hinc Roma haſtata apud *Sidonium*,
carm. 2. v. 398. & *carm. 5. v. 62. & carm.*
7. v. 49. & propterea in magno vſu haſta
apud Romanos, ſiue in rebus bellicis,
8 ſiue in politicis, & iudicialibus, & potiſ-
ſimùm in venditionibus, & locationibus
rerum Fiſcalium, vt hoc tutiſſimo iuris
gentium inſigni, emptores pellicerent, &
9 ſecuros redderent; adeo vt ea deficiente
nihil actum *l. 1. C. de fide, & iure hastæ*
Fiſc. lib. 10. & contractus hic haſtarum
ſolemnitas dicatur *l. 2. C. eod.* & à Tertul-
liano *haſtarium*, & bona ſub haſta com-
10 parata, aut ſubhaſtata, eaque venditio
ſubhaſtatio appelletur, *l. vlt. C. ſi propter*
publ. penſit. l. 3. C. de exequt. rei iud. l. ſi hy-
pothecas C. de remiſ. pign.

Conſentit *Tertull. Apolog. c. 13.* hinc
venditionis haſta, & venditio ab haſta
Cicer. Philip. 2. & lib. 12. epiſ. ad Attic. ep.
3. & ſub haſta ciuium vœnalia capita *Se-*
neca ſuaſor. 6. & lib. 1. de ira c. 2. & bona
haſtæ ſubiecta *Macrob. lib. 2. Saturn. c. 2.*
Vetus *Horatij interpres ad lib. 1. Satyr. 6.*
Valer. Maſſ. lib. 6. c. 3. & ſæuire haſtam *Ta-*
11 *cit. 3. annal.* opeſque auferre *Propert. lib.*
4. eleg. eamque eſſe, quæ vendit, ait Sene-
ca *lib. de conſol. ad Mart. c. 20. Claudian. in*
4. Honor. conſ. v. 496. ſed apertiùs ad rem
Iuuenalis ſat. 3. v. 33.

Et prabere caput domina vænale ſub
haſta,

Quo igitur tempore auctio durat, ha-
ſtam dominam, eſſe atq; adminiſtram re-
rum ſub ea vœnalium colligũt *Amaya ad*
12 *Rubr. C. de fide, & iure haſtæ Fiſc. Pancir.*
theſ. var. lib. 1. c. 35. & 93. Oſoald. Hillig.
l. 23. Com. ad Donel. c. 14. lit. C. Petr. Greg.
lib. 6. ſynt. c. 14. & lib. 47. c. 24. Pollet. lib.
3. hiſt. Fori Rom. c. 24. Sibrand. Sichama de
centum vir. iudic. lib. 1. c. 4. Tiraq. ad Alex.
ab Alex. lib. 3. dier. gen. c. 1. Theod. Marcil.
ad Sueton. in Veſpaſ. c. 20. Briſſon. lib. 5. de
Formul. p. m. 522. & Pichard. ad R. I. de
inoff. teſt. num. 13.

Succedit his prælibatis Quæſtio illa
an per licitatoris primi adiectionem, ſiue
13 *abbocationem* ſtatim Fiſcus dominium re-
rum vœnalium amittat etiam ante addic-
tionem ſolemnem, aut deliberationem
& quidem in primis ſciendum adiectio-
nem nihil aliud eſſe, quàm pretij oblatio-
14 nem augmentumue apud nos dictam
puja, ò poſtura; eius formula hæc erat,
DIE ..... AVCTIO. FIET. AGI-
15 TE. VENITE. LICEMINI. ità ex *Plau-*
to in Sticho actu 1. ſcen. 1. & *in Menechm.*
act. 4. ſcen. vlt. Cic. orat. de l. Agrar. Lucia-
no, & alijs; ideoq; in programmate, aut
tabula auctionis dies, & leges proſcri-
bebantur *Cicero lib. 5. epiſt. ad Attic. epiſt.*
23. & lib. 13. ep. 13. & 14. & 15. & lib. 2.
ad Q. Fratr. ep. 6. & li. 3. de off. & *orat. 2. in*
Catilin. & paſſim. Clariùs *Theophil. ad*
tit. Inſt. de ſucceſſion. bonor. ſublatis, & de-
inde hæc ipſa à Præcone proclamaban-
tur, & citabantur licitatores *Cic. lib. 3. de*
16 *off. & orat. 5. in Verr. Claud. in 4. Hon. conſ.*
v. 497. Hinc bona ſubiecta præconis voci
Cic. lib. 2. de off. & præconis haſtæ, *idem*
in orat. de leg. Agraria, præcones autem
17 iſti ad haſtam ſtabant, & prodeuntibus
licitatoribus pretia oblata enuntiabant
proclamabantque, ità Interpres vetus
18 *Horatij ad lib. 1. ſat. 6.* Emptores igitur
ſtantes ad tabulam auctionis, & haſtam
licitabantur, ſiue offerebant pretium,
adijciebant, augebantque, eaque adie-
ctio ab argẽtarijs in tabulas referebatur,
atque adnotabatur in actis, & ſtatim
19 perfecta oblatio adiectioque erat, *Cic.*
pro Cæcinna, Seneca in proem. contr. Quin-
til. lib. 14. c. 2. Sueton. in Nerone c. 25. &
habetur in libris iuris ex *l. item vidẽdum*
18. D. de petit. hered. l. 1. C. de vend. rer. Ci-
uit. l. 2. C. de locat. præd. Ciuil. l. pen. C. de
omni agro deſerto l. 3. C. de iure Fiſci l. Lu-
cius 21. §. vlt. D. ad munic. l. item 6. l. Sabi-
nus 9. ff. de in diem addict. & paſſim, & no-
tant *Parlador. lib. 2. differ. quot. c. vlt. 5. p.*
§. 13. nu. 14. Anton. Auguſt. lib. 2. emmend.
c. 3. Gutierez de Gabellis q. 141. Connan.
lib. 7. comment. c. 9. nu. 7. Alciat. lib. 6. para-
dox.

dox, c. 3. *Duaren. Budaus*, & alij in annot. ad tit. *de in diem addic. Briſſon. Amaia*, & alij vbi proximè.

Eadem hodie adiectionis ſiuè *abbocationis* ſolemnitas eſt; proponũtur Magi-
20 ſtralia edicta, & in eis proſcripta auctio, bona, dies, leges; citantur præconis voce ad ſubhaſtationem vulgo *all'incanto* emptores, ſeù conductores; notantur eorum oblationes, & referuntur in acta à tabellionibus publicis, & vbi id factum, tunc perfecta *abboccatio*; attamen neque olim, neque hodie haſta, aut Fiſcus dominium amittit, aut poſſeſſionem
21 rei ſubhaſtatæ vbi vnus, aut alter pretium pro ea offerat, vel adijciat, quia opus eſt contractum perfectum vndique eſſe ad translationem dominij, & productionem obligationis; & certum eſt contractus iſtos emptionis, & locationis nõ ante eſſe perfectos, quàm ſi interuenerit
22 conſenſus mutuus partium, & de certo pretio conuenerit inter eos *l. 1. §. vlt. l. 2. §. vlt. l. in venditionibus 9. D. de contrah. empt. l. empti 9. l. non idcirco 12. l. vlt. l. 2. l. in Quibus 48. l. in omnibus 57. D. de oblig. & act. l. 1. &* 2. & paſſim *D. Locati. l. 1. §. 3. D. de pactis. l. ſi vxori 53. d. de donat. int. l. ſi conuenerit 23. D. com. diu.* de quibus vltra *Fabrum*, & claſſicos inibi adeundi *Caius lib. 2 Inſt. t. 9. §. 14. Pich. ad t. Inſt. de oblig. Qua ex conſ. & ad pr. & §. pretium, & §. item de empt. & vend. & ad pr. de locat. & cond. Carroz. de locato t. de ſubſtant. locati q. 4.* & paſſim *Gomez lib. 2. var. cap. 2. Madera lib. 1. animaduerſ. c. 19. Pinel. in rubr. C. de reſcindend. vendit. p. 1. c. 1. & p. 2. c. 1. & 3. Oſoald. Hillig. ad Donel. lib. 13. comment. c. 1. lit. L. et c. 6. lit. I.* & cum multis *D. Nicolaus de Caſtro* doctiſſimè, vt ſolet, & latiſſimè in *prælect. Salmant. ad §. 1. Inſt. de contrah. empt. num. 2. & ſeq.* qui nuper ex improuiſo ferè Mediolani de-
23 functus dum munere Præſidis Magiſtratus extraordinarij fungeretur, ſui deſiderium ardens viris probis reliquit.

Siquidem oblatio ſiuè *abbocatio* è latere licitatoris inducit ſimplex pactum de emendo. *Fabian. de Monte de empt. q. 5. princip. num. 51. et 52. Mozz. de emption. tit. de ſubſtantialibus num. 46. et ſeq.* bene *Cuman. in l. locatio*, ſiuè *licitatio 9. nu. 3. verſ. præterea*.

E latere verò Regiæ Cameræ etiam ſi acceptetur oblatio; non tamen inducitur perfecta, & pura obligatio de vendendo licitatori, ſed conditionalis, vbi ſcilicèt intra tempora ſubhaſtationis nõ fiat ab alio melior oblatio *Bartol. in l. ſi tempora 4. nu. 2. verſ. intelligitur enim C. de fide, et iure Haſtæ fiſ. lib. 10. vbi Rebuff. num. 1. verſ. quia intelligitur. Fabian. de Monte d. q. 5. nu. 92. in fine, Arias de Meſa reſol. 20. num. 2. lib. 2.*

Nam, & conſenſus mutuus partium, & pretium certum in ſimplici oblatione omnino defficit; Fiſcus enim non conſentit, niſi in plus licitantem, & certus Fiſci eſt conſenſus, cum & certus eſt maior licitator; hoc eſt cum res ſolemniter addicitur, & de pretio certo inter contrahentes conuenit, quod tempore addictionis fit, non antea, etenim etiamſi
24 oblatio vnius fuerit recepta, poteſt Fiſcus nouos licitatores admittere, imò debet, vt docet *Galleſ. de oblig. Camer. q. pra. incid. nu. 31. Mangil. de ſubhaſtat. q. 147. nu. 15. et. ex l. ſed ſi venditor 14. §. ſed ſi id D. de in diem addict.* probant *Faber, Alber.* & alij ibid. *Sichardus in rubr. C. de vectig. et com. Valenzuela, Amaia*, & alij ad *l. 1. C. de fide, et iure haſtæ Fiſc. Guttierez. de Gabellis q. 134. et 155. Hermoſilla ad l. 52. t. 5. p. 5. gloſ. 7. n. 31.* & cum multis *Pinel. ad l. 2. p. 2. c. 2. n. 29. C. de reſcind. vend.* & hoc adeo, vt poſſit reijcere vltimum licitatorem, quam quis plus obtulerit, vbi illi placet magis vnus, aut alter cuius fides, & fideiuſſores maioris probitatis, & fa-
25 cultatum ſint, vt locus ſit gratificationi vt loquuntur interpretes ex *l. 4. l. Sabinus 6. l. cum in diem 18. l. 10. de in diem addict. Peregrin. de iure Fiſci lib. 6. t. 5. nu. 7. Pinel. Hermoſilla Amaia vbi prox. Laſſarte de decim. vend. c. 18. n. 21. Guttier. de Gabell. q. 38. n. 6. & q. 140. nu. 13. Ceballos q. 756. num. 19.* & latè *Oſoald. Hillig. lib. 16. com. Don. c. 18. lit. E.* Quod potiſſimùm ob-
26 tinet in locationibus perpetuarijs ex *l. congruit. 2. C. de locat. præd. Ciuil. lib. 11. et l. viam 10. C. de locato*, de queis plenè *Amaia vbi prox. n. 30. & ſeq.* & ad *l. vn. C. de vend. rer. Fiſ. n. 45.* ex quo euidens fit contractum nõdum perfectum eſſe, alioquin

quin ab eo recedere tam liberè, & pro
captu nullo iure Fiſcus poſſet, cum obli-
27 gatio non ſit, quæ nos nullo iuris vin-
culo, aut neceſſitate adſtringat, *ex reg.
princ. Inſt. de obligat. vbi Pich.* & claſſici
ex *l. obligationis 3. l. ſub hoc* 8. *D. de oblig.
& act. l. in vendentis* 13. *C. de contr. empt.*
& alij probant *P. Gregor. lib. 21. ſynt. c. 3.
Connan. lib. 1. com. c. 3. Vacon. lib. 1. declar. c.
21. num. 18. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 3.
Freher. li. 1. parerg. c. 16.* & alij apud *Oſoal.
Hillig. lib. 12. com. Don. c. 1. & ſeq.*

Certum igitur eſt ſubhaſtationem per-
fectam non eſſe ante addictionem vulgò
el *Remate*, & Fiſcum vſque adhuc Domi-
num manere, & re vera ita eſt, nam quo
tempore addictio fit; eo tantùm, Fiſcus
conſenſum præſtitit, non ante, & tunc de
28 pretio certo conuenit, tunc pecunia exi-
gitur *l. ſi curator 6. D. de iure Fiſci l. à Diuo
Pio* 15. §. *Sed ſi emptor 7. D. de re indic.
Plaut. in Menech. actu 4. ſcæna vlt.* tunc
examinatur probitas numorum, nam
probos fore oportuit; tunc cautionum,
& fideiuſſorum bonitas, ſiue in prædi-
bus, ſiue in prædijs, cauendum enim
vtroq; *Plant. in Perſa act. 4. ſcan. 5. Ter-
tull. lib. de panit. Appulei. lib.* 10. *meta-
29 morph. Cic. orat. 3. in Verr. Aſcon. Pædian.
Lucian. et alij apud Briſſon. lib. 5. de form.
et Amayam in d. l. 1. C. de fide, et iure haſta,
et ad l. 1. C. ne Fiſc. rem quam vend. euinc.*
30 Tunc ergo tantummodo adeſt conſen-
ſus, & pretium, tunc transfertur domi-
nium, aut poſſeſſio ex formula illa, *ESTO
ille fundus centum tibi emptus, locatus,
addictus* de qua ex *l. ſi prædio l. Sabinus 9.*
& alijs paſſim *D. de in diem addict. l. ſi
quis hac lege D. de rei vind. l. is qui §. Ariſto
D. quod vi aut clam. l. 2. §. tutor l. 7. §. pro-
curator de vſucap. pro empt. Plant. in capti
vis actu 2. ſcan. 2. Briſſon. d. lib. 5. p. 506.
Cui. ad ſ. C. de teſt. man. et ad l. 18. D. de in
diem addict. tract. 3. ad Afric. Catellan.
Cotta in memorab. v. addictio. Connan. lib.
7. Comment. c. 9. A. Auguſt. lib. 2. emend.
c. 3. Bartolin. in auctar. c. 47. Stracha in
tract. de adiect. p. 1. nu. 6.* hinc iuriſdictio-
nis fuit verbum ſolemne ADDICO
vnumq; ex tribus Prætoris dequeis cla-
ſici *ad l. 1. D. de iuris dict. et ad l. à D. Pio
15. D. de re iudic. VVeſemb. ad tit. D. de offic.
Præt. Hotman. Verrutius, Rebuffus, Briſſon.*
& alij de verb. ſign. *v. addicere. Alciat. lib.
3. parad. c. 6.* & cum multis *Pichard. ad t. de
eo, cui lib. ca. bona addic. Tiraquel. ad Alex.
ab Alex. lib. 4. dier. gen. c. 10. Hotoman. de
leg. 12. tab. p. m. 207. Faber. in ſuo Cod. lib.
8. t. 16. defin. 3. et ſeq. Oſoald. Hillig. l. 27.
com. Don. c. 3. lit. H. H.* & inter adiectionem
atque addictionem præter laudatos di-
31 ſtinguunt, *Cagnol. ad l. 2. §. cumque 27. D.
de orig. iuris nu. 398. Franc. Philelph. epiſt.
ad Iacob.* Puta. 12. *in cent. epiſt. philolog.
Damhuder. tr. de ſubhaſtat. exegeſi. c. 1. nu.*
10. & cum alijs *Oſoald. lib. 27. com. c. 14. lit.
C.* & expreſsè ex addictione effici irre-
tractabilem contractum Fiſcalem, non ex
adiectione oblationeve affirmant *Hotom.
conſ. 23. c. 1. et* Cagnol. *vbi prox.* & confe-
runt, quæ de firmitate huiuſce addictio-
nis adducit *Amaya ad t.* C. *ne Fiſc. rem
quam vend. euinc. Lipſius lib. 5. de milit.
Rom. Dial. 27. Tiraquel. ad Alex. ab Alex.
lib. 2. dier. gen. c. 15. et lib. 6. c. 21. et 26. P.
Gregor. lib. 6. ſynt. c. 14. Leuin. Terrent. ad
Suet. in* Claudio *c. 9.*

Neque enim huic traditioni obſ-
tat, quod aduocati obtendunt, contra-
ctum Fiſcalem iſtum perfectum omnino
eſſe, & pretium ſatis certum, ſimulatque
oblatio admiſſa, & notata eſt in actis,
quod probant ſibi ex *Bartolo ad l. locatio
32 9. num. 4. D. de public. et in l. 4. num. 4. C. de
fide, et iure haſtæ Fiſc. Valaſc. cōſ. 37. Poſti.
de ſubhaſtat. inſp. 52. Nigro de ſubhaſtat.
c. 34. §. 8. nu. 2. Guttierez de Gabell. q. 155.
n. 38. Mangil. de ſubhaſtat. q. 68. n. 6. et 27.*
Nam quam ſit falſa hæc traditio apertè
ex iam prælibatis conſtat; illud addam
non modo eam doctrinam falſam eſſe,
imò à nemine ex his interpretibus, quæ
adducuntur, plenè ſatis probatam; nam
Bartolus non affirmat, venditionem eſſe
perfectam poſt *abboccationem*, ſed naſci
33 obligationem vendendi, vbi additum in
præconijs, *pluſ. offerenti dabitur;* Quod
nihil ad rem pertinet, tametſi ita eam ſen-
tentiam capiat *Mangil. vbi prox. q. 16. n. 2.*
nam idemmet fatetur totum pendère ex
decreto de deliberando, & antea nihil
Mangil. q. 24. num. 28. et. q. 161. et. 162. &
paſſim; *Guttierez* neſcio vbi eam ſenten-
tiam probet; non quidem *q. 155. num. 38.*

quæ allegatur, nàm ea quæstio non porrigitur nisi ad *num.* 33. Quin imò idem *Guttier.* totum addictioni tribuit *q.* 153. & passim; *Valasc. d. cons.* 37. Bartolum refert, sed tantummodo ei consentit in venditionibus non necessarijs, & non ante addictionem actum perfectum concludit, & ita etiam *Vostius de subhast. disp.* 24. *num.* 109. *Niger.* qui aliquantulum Bartolo adstipulatur de *subhastat. c.* 7. §. 2. contrarium prorsus tuetur, & nescio qua frõte pro publicano adducatur, nam sic expressè ait in *tract. de Iudic. aut Prat. pign. subhast. c.* 34. §. 8. *n.* 49. *Propietarius vsque ad tempus decreti de deliberando semper est Dominus rei deliberandæ, neque vnquam postremo licitatori est aliquod ius quæsitum, ante diem addictionis, et depositionis pretij apud acta*, adducitque ad *id* §. *vendita Inst. de rer. Diuis Papon. arrest.* 29. *n.* 15. *lib.* 18. *tit.* 6. *de subhast. Alex. in l.* 3. §. *genera n.* 18. *D. de adq. poss. Plate. in l.* 4. *C. de fide, et iure hasta, Gallesi. de obligat. Camer. n.* 25. *et* 26.

Responsum XIV.

Agitur de delatoribus, & aliqua erudita de illis afferuntur.

SVMMARIVM.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 [D]elator notatur infamia, tùm iuris, tùm facti; Primam nominatim irrogatam fuisse demonstrant *l.* 2. 3. *&* 4. *C. de delator. lib.* 10. *&* *l.* 2. *ff. de iur. Fisci lib.* 49. *tit.* 14. *& alia ll.* infrà citandæ: Secundam oriri ex censura, & opinione proborum hominum, probat regula, de qua in *l.* 2. *ff. de obsequys parentibus, & patronis præstandis*, in illis verbis, *re tamen ipsa, & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam.*

Delatores autem vocabantur antiquitùs Sycophantæ; cum enim vetitum esset in Attica, nè quis caricas exporta-
2 ret, & multi furtim auehere deprælienderentur; ideò delatores constituti sunt, qui illos apud Iudices accusarent, quos, principio vocatos fuisse *Sycophantas* tradit. *Athenæus dypnosophystar. cap.* 2. & aduertit *Thomas Farnabius in Terent. Andria. actu* 5. *scena* 4. in verbo *Sycophanta.*

De origine etiam delatorum, & plura de eis scitu digna vide apud *Rosinum*
3 *Antiquit. Roman.* (vbi latè *Dempsterus in Paralypomenis*) *lib.* 9. *pag. mihi* 937. *et* 938 *Et Arnisæum politic. lib.* 2. *pag. mihi* 517. Et hoc etiam nomine laudatur *Seuerus Imperator* apud *Herodianum lib.* 2. in fine, quod Senatui Romano sponderit non passurum se delatores.

4 Quibus variæ pœnæ inflictæ fuerunt, scilicet.

5 Inustio Stygmatis, vt apud *Amayam ad tit. C. de delatoribus lib.* 10. *num.* 11. Et
6 Exilium, vt apud eundem *Amayam nu.* 2. *& seq.* omninò videndum; Et quidem exilium perpetuum, vt *habetur in l. fin.* §. *vnusquisque* 10. *C. eod.* quò alludit illum Poetæ carmen,

Et delator habet, quod dabat exilium.

Pœna capitis, si non probassent *l. om-*
7 *nes C. de delator. lib.* 10. in ijs verbis, *Seueritatem Iudicum implorare ferro districtam. Larrea decis.* 27. *nu.* 5. & probatur ex *Capitolino* in vita *Opilij Macrini.*

Fusti-

8 Fustigatio, vt apud *Suetonium* in *Vespasiano cap.*8.

Periculum Maris, vt Nauibus scilicet
9 sinè remo, & velis impositi, fluctibus iactarentur, & alliderentur ad scopulos, vt ex *Plinio in Panegyrico Traiani*.

Pœna quoque pecuniaria; vt nempè, si causa caderent, tantùm inferrent in
10 ærarium, quantùm præmij nomine consecuturi fuissent, si causam vicissent *l. Senatus* 15. §. *si quis, ff. de iure Fisci*.

Non tamen delator est, nec dici potest, qui nec Fisco denuntiat spe lucri,
11 nec eo fine, vt priuatis noceat, sed in eam caussam, vt credita sua consequatur, vel quia sua intersit rem ad Fiscum deferre, vel vt damnum euitet, quod alioqui pateretur.

Sic probant textus *in l. delator* 44. *ff.*
12 *de iure Fisci*, vbi Paulus I. C. ait *delator non est, qui protegendæ rei suæ caussa aliquid ad Fiscum nunciat*; quid autem sit, & quando quis dicatur rem suam protegere, non satis explicant Doctores, & ego clariùs explicari mihi vellem. Idem traditur *in l. Fiscus* 38. §. 1. *ff. eodem*, vbi Papinianus rationem reddit, *quoniam propriam caussam egerat*, & *in l. bona* 39. §. *eum qui, ff. eodem*, vbi docet non esse delatorem eum, qui denunciat, vt damnum diuidat, vbi noto verba illa *reuocatis alienationibus, quas fraudolentèr fecerant*.

Generalitèr verò, non lædi famam delatoris, qui spei lucri non inhiet, vel qui etiam vltionis gratia aduersarium suum
13 deferat; probat *l. 2. in princip. ff. eodem*, cuius verba sunt hæc. *Ex quibusdam caussis delationes suscipientium fama non læditur, veluti eorum, qui non præmij consequendi; Item eorum, qui vlciscendi gratia aduersarium suum deferunt*, vt scilicet (quemadmodum ego Catholicus interpretor) vel æris, vel famæ compensatione vtantur.

Plurima erudita congerunt ad rem hanc pertinentia *Amaya, et Antonius* Perezius *ad dictum tit. C. de delatoribus Ro-*
14 *sin. et Dempster. locis laudatis. Larrea dicta decis.* 27. *Brodæus lib. 4. Histor. for. Romani cap. 2. Raderus ad Martial. Epigramata contra delatores*.

His aliqua affinitate iunguntur *Redemptores, et Concinnatores litium*, de quibus loquitur *Vlpianus in l. necqui-*
15 *quàm* 9. §. *circa ff. de officio* Proconsul. *lib.* 1 *tit.* 16. qui scilicet certo pretio, seù certa quota lites emunt, & suscipiunt sumptu suo postea finiendas. Sic probat Doctus *Caluinus in lexico in verbo redimere il primo, ex l. redemptores 39. ff. de rei vindicat. lib. 6. tit.* 1. qui etiam *quadruplatores* appellantur, vt apud *Alexandr. ab Alex. gen. dier. lib. 4. cap.* 22. (vbi Tiraquel.) & *apud Budæum in l. testium ff. de testibus*, & probatur ex alijs ll. præsertim *ex l. si remunerandi 6. §. Marius Paulus, & ex l. seq. ff. mandati lib. 17. tit.* 1. vbi noto verba illa *contra bonos mores*.

Prædictis concinunt *l. si contra* 20. *C. mandati l. litem* 15. *C. de Procurator. l. sumptus* 53. *ff. de pact. & tradita post Quintil. lib. 12. cap. 7. in fin. per Cuiaccium obseruat.* 31. *lib.* 8.

Hæc amico petenti indicasse sufficiat.



F. Sadarini I. C.

Responsum XV.

Probatur officium *Rationatoris* Generalis in hoc Dominio Mediolani nobile esse: illud verò *Capserij* Thesaurarij Generalis: Coadiutoris: *Scribarum* non obesse nobilitati: incidenter verò erudita plura tanguntur de *Quæstoribus*, Secretarijs, Thesaurario alijsque administris.

SVMMARIVM.

Afferuntur leges ex quibus ignobilitas Rationatoris elici videtur num. 1.

Rationatores vocantur etiam tabularij nu. 2.

Capserij officium cur vile videatur num. 3.

Rationatoris generalis officium apud Romanos à Quæstoribus primùm exercebatur nu. 4. *deinde à Prætoribus num.* 5. *tùm à Præfectis; & rursus à Quæstoribus num.* 6.

De contrascriptoribus etiam agit Budæus n. 7.

De breuiario quoque, siue statu generali, seù bilantio num. 8. *&* 11.

De subbreuiarijs quoque, seù summariolis totius anni num. 9.

Æquiparatio inter Officiales desumitur à substantialibus num. 10. *&* 70.

Quæstura gradus erat ad Senatoriam dignitatem num. 12. 13.

Quæstores an inter Illustres, *vel* Magnificos, *vel* Spectabiles, *vel* Clarissimos *numerarentur num.* 14. 15. 16.

Computorum Magistri spectabiles erant 17.

Quæstorum tres species num. 18.

Quæstores creabantur etiam ex plebeis n. 19.

Serui non poterant munere Rationatoris fungi num. 20.

Apud Græcos Imperatores Rationatoris Officium honorificum semper fuit num. 21.

Exercebatur à Primicerio *scrinij numerariorum num.* 22.

Sub Comite Sacrarum largitionum Orientis militabant vndecim scrinia, seù Cameræ *num.* 22. 23. 24.

Armaria, seù nidi in quibus libri, seù scripta publica recondebantur num. 25.

Primicerius *significat primum, seù præfectum num.* 26.

Primicerio suberant scribæ, ac administri multi, titulis, & muneribus distincti nu. 27. 28.

Scrinium primum vocabatur Canonum, *& eius administri* Canonicarij *num.* 29.

Alterum erat Tabulariorum, *siuè Notariorum num.* 30.

Tertium numerariorum, seù Supputatorum, *quibus præerat Primicerius num.* 31. 32. *qualis nunc Rationator generalis.*

Primicerius iste quali dignitate decoraretur num. 33.

Immunitate gaudebat num. 34. *&* 35.

Decoro nomine, & titulo honestabatur 36. 37.

Rationales similiter num. 38.

Quorum munus declaratur num. 39.

Rationatoris generalis Coadiutores quoque nobile officium gerunt num. 40.

Probatur *legibus, & authoritate num.* 40. *& seq. & num.* 70.

Exercens artem vilem arcetur à dignitatibus num. 41.

Boetæ, *&* Logistæ, *&* Lographi, *qui nu.* 40. *&* 42.

Rationatores vulgò dell'entrata, e della spesa *num.* 42.

Coadiutores num. 43. 61.

Seuerinus *Philosophus, quare nuncupatus Boetius num.* 43. *ex antiqua Manly Torquati familia fuit num.* 44.

Pallas libertus Claudij Rationator fuit, & Coadiutor num. 45.

Palatini *sacras rationes tractabant num.* 46. *eius Coadiutores immunes erant num.* 46. *&* 47.

Proximi *Sacrorum scriniorum qui* 48. *&* 56.

Habebant sub se militantes, qui scriniarij vocabantur num. 49. *&* 58.

Scrinia Memoriæ: Epistolarum: Libellorum: Dispositionum *num.* 50. 51. 52.

His scriniarijs, qui nàm nunc temporis similes sint nu. 53. 54.

Scribæ Cancellariæ Secretæ nobiles sunt 55.

Qui Secretarij nunc sunt, erant olim proximi, seù præfecti Sacrorum Scriniorum, & erant in dignitate 56. *titulo Vicariorum Principis gaudebant, & spectabiles dicebantur* 57. *cingulo, ac titulo Comitis honorraban-*

Munus

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Rima Fronte Ignobilitatem muneris Rationatoris indicare videntur textus *in l. oratione Diui Pii* 4. C. *de profess. et Medic. lib.* 10. ibi *non etiā calculatores: in l. vt iuris iurandi* 7. §. *dabitur* 5. *ff. de operis libert.* ibi, *vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex.* [1] *in l. spadonem* 15. §. *neque librarios, neque calculatores, quos vulgò Rationarios dicimus habere immunitatem dicunt Diuorum* Constitutiones, *ff. de excusation. in l.* 1. §. *ludi quoque ff. de extraordin. cognition.* ibi *tam, et Librariis, et Notariis, et* Calculatoribus, *siuè Tabulariis.* [2] Tabularii namque etiam appellantur,

1 *D. Menochius cons.* 725. *D. Bimius in cons.* 169.

2 *Meminit Sabellicus Illescas Bzouius, et alii historici, et aliquando etiam Baldus noster.*

lantur, vt in *l.vlt. ff. si mensor. fals. mod. dixerit* in fine, *et ex tot. tit.* C. *de tabulariis lib.* 10. quos sic dictos docet *Antonius Perezius* ibi *num.* 1. à tabulis, quibus scribebatur olim antequam carthæ vsus inueniretur.

Munus autem Capserii, vt supra, esse ignobile, probari videtur, tùm quia totum in assidua corporis exercitatione versatur, & celeri quodam atque 3 versatili manuum ministerio constat, in congerendis, erogandis, & versandis pecuniis *Tiraquel. de nobilitate cap.* 27. tùm quia Capserius ad nutum Thesaurarii amouetur.

3 *In cons.* 127. *pridie sub num.* 24. *vers. item varietas lib.* 1.

Sed re medullitus, & in recessu considerata aliud dicendum censeo.

QVod igitur attinet ad officium Rationatoris generalis, à quo præstat incohari, cùm inde dependeat responsio ad aliud caput Coadiutoris Thesaurarij generalis, si omnem antiquitatem, iuraq; nostra ciuilia, & rationes illas, quæ in hac materia solent considerari, diligenter scrutemur, clarè apparebit, omni tempore munus hoc fuisse à nobilibus exercitum, & pro tali de iure esse reputandum.

Primò enim si tempora Romanæ Reipublicæ vsq; ad Constantinum percurramus, palam est, munere hoc Rationatoris generalis Quæstores functos fuisse teste Budæo, 4 qui ex Asconio dicit, *Quæstores Vrbanos eos fuisse, qui ærarium curabant, eiusq; pecunias expensas referre in tabulas publicas consueuerant; pro quibus nunc Præfectos Ratiociniorum habemus, quos magistros computorum dicimus,* & paulò post refert 5 ex Tranquillo, & Tacito, eam curam ab Augusto à Quæstoribus ad Prætores, & mox à Nerone ad Præfectos fuisse translatam, sed non multò post iisdem Quæstoribus à Claudio restitutam, & 6 infrà; *apud antiquos* (inquit) *Quæstores Ærarij, qui et Quæstores Vrbani dicebantur, munera multa obtibant, pro quibus nunc præfectos ratiociniorum, vt diximus, & receptores mulctarios, seù mulctarum, & emendarum habemus* (nam & simul receptoris munus exercebant, vt postea videbimus, dum agemus de Capserio). Tractat etiam inibi

4 *Budæus in pandect. ad tit. de offic. Quæstoris pag.* 3. *ex Asconio in Cicer. in Verrem. in Diuin. act.* 3. *Franc. Hotoman. de magistr. Rom. tit. Quæstores ærarii, et Cagnol. in l.* 2. *de orig. iur. num.* 53. *inter repet. addens concord. Ioan. Pyrr. lib.* 2. *de magistr. et Purpur. in l.* 1. *col.* 14. *ff. de off. eius.*

5 *Budæus in vers. ijs ærarii ex Tranquillo in Aug. et Tacit. lib.* 13. *& sequitur Cagnol. sub d. num.* 53. *vers. Aduertendum.*

6 *Bud. pag.* 4. *vers. Apud antiquos, et sequitur Cagnol. in d. l.* 2. *sub nu.* 53.

inibi Budæus[7] de contrascriptoribus; & deinde[8] de breuiario, (quod statum generalem vocamus, seù bilancio, quod singulis annis mittitur ad Regiam) quolibet anno à Quæstoribus istis conficiendo, vt ex eo appareret, quid quoquo anno exactum, quiduè expenditum, & quid reliquum esset ex re Fiscali; & rursus paulò post[9] tractat de subbreuiarijs, idest summariolis totius anni.

Ex quibus, in maximè fallor, ad viuum depictam habemus personam Rationatoris huius nostri generalis; licet.n, ille Quæstor Vrbanus, seù Ærarius (promiscuè enim duo hæc accipiuntur) circa modum, & formã disponendi ipsas rationes, & calculos conficiendi fortasse non adeò formiter, & ad vnguem cum hoc nostro Rationatore generali conueniret, quin ab exacto inuestigatore, ac seuero nimis censore posset in accidentalibus inter vtrumq; leuis aliqua varietas, ac discrimen adnotari. Tamen sat[10] est pro re nostra, munus ipsum Rationatoris huius generalis in substantialibus fuisse exercitũ à Quæstore Vrbano, seù Ærario, quod præcipuè cõsistit in ijs duobus quæ supra recensuimus, nempè primò referendi in libros publicos rationes exacti, & expensi: secundò ad caput anni conficiendi breuiarium,[11] & summariolum omnium eo anno gestorum: Quæ duo formiter peragit hic noster Rationator generalis.

Quòd autem munus illud Quæstoris Vrbani, seù Ærarij esset honorificum, & nobile, & dignitati tribueretur, non est dubitandum: & planè liquet, tùm ex iam relatis, tùm magis etiam ex eo, quòd idem Budæus[12] refert ex Asconio his verbis. *Hæc erat prima Senatoris administratio, Quæstorem fieri*: quod etiam ex Cicerone notant ex nostris Vldaricus Zasius,[13] Cagnolius, & Cassaneus dicentes primum honoris gradum fuisse, quæstorem esse: & ibidem meminit, Cæsarem in Hispánijs Quæstorem fuisse; & patet etiam *ex l. vnica C. de Quæst. lib. 12.* vbi quæstura hæc appellatur honos, & ideo præcipitur, vt Quæstores cum acclamationibus à populo recipiantur, & etiam ex eo, quòd ijdem simul multa alia ho-

7
Pag. 6. vers. et si autem obseruatores.

8
Pag. 9. vers. sed de Ærarii.

9
Pag. 10. vers. si ex quibus.

10
Sic passim arguere DD. norunt omnes, et signanter Cassan. de glor. mund. p. 6. consid. 14. vbi æquiparat officia Curiæ Salomonis officialib. Curiæ Franciæ.

11
De breuiariis etiam conficiendis à generalib. Finantiarum Franciæ loco dictorum Quæstorum notat Cassan. d. p. 6. consid. 17. vers. Hic etiam.

12
In loco proximè citato, in pag. 3. vers. Asconius.

13
Zasius in d. l. 2. ff. de orig. iur. super verbo Quæstores nu. 27. et ibid. Cagnol. num. 53. ambo inter repet. Cassan. p. 6. de glor. mund. consid. 17. vers. et per pyrrum,

honorifica obirent, vt ſupra relatum eſt.

Et quanquam circa titulum diſcrepent ſcribentes, cum alij hos Quæſtores inter illuſtres, & alij inter magnificos, [14] alij etiam inter ſpectabiles, & alij inter clariſſimos [16] tantùm fuiſſe opinentur, prout,& ſpectabiles apud nos eſſe magiſtros computorum, notat Caſſan. [17] iuxta diſtinctionem triplicis ſpeciei Quæſtorum, quàm tradit Accurſius. [18] Tamen non præſtat, circa veritatem huius difficultatis indagandam diutiùs inſiſtere, cùm etiam tituli illi tres magnifici, & ſpectabilis, & clariſſimi, quanquam inferiores, honorem tandem, & dignitatem præſeferant, quòd nobis ſatis eſſe debet.

Nec pariter refert, quod dicit ille Io. de Montaigne, iam citatus, hos Quæſtores ex plebeis, ſeù ignobilib. eligi conſueuiſſe; Quia textus [19] per eum allegatus non ita dicit, ſed quòd indifferenter Queſtores creabantur tàm ex patritijs, quam ex plebeis; quod nobis nil nocet; neq; .n. inde infertur, munus illud non fuiſſe honorificum, ac cum dignitate; ſicut etiam de conſulatu (qui erat ſupremus omniũ gradus, & dignitas) legitur in *l. 2. de orig. iur. in* §. *deinde cùm placuiſſet*; quippè cùm id ex violentia plebis in ambobus illis, & in alijs munerib. contingeret, quæ honorum omnium particeps eſſe volebat, vt in eadem l. 2. recenſetur, & conſtat ex Liuio, & alijs.

Imò potius textum habemus in *l. 3. C. de tabularijs*, vbi Arcadius, & Honorius
20 vetant ne quis ſeruus ad munus *tabularij* ordinetur; & *ne vlli deinceps ad hoc officiũ pateſcat aditus, qui ſit obnoxius ſeruituti*; quæ quidem lex lata fuit hic Mediolani, vt legitur in fine.

Secundò ſi ad poſteriora tempora poſt Conſtantinum deſcendamus, quibus ex Græcorum [21] moribus, munera, & officia Imperij mutata ſunt, & relata in tres vltimos libros Codicis, planè & hinc liquidò apparebit, munus hoc, quo de agitur, valdè dignum, & perhonorificum, & nobile fuiſſe ſemper habitum, ac inter dignitates connumeratum.

Etenim hoc eſt illud, quod eo iure exercebatur *à Primicerio Scrinij numerariorum*; Pro cuius rei intelligentia memini-

14
Cagnol. in d. l. 2. de orig. iur. ſub num. 53. verſ. nec prædicti, reprobato Purpur. in l. 1. col. 13. de offic. eius in verſ. illud autem recipi poteſt per l. fin. verſ. nam, et vir magnificus C. de diuerſ. reſcr.

15
Io. de Montaigne in tract. de auctor. magni Conſilii, impreſſ. apud Boerium, qui illi additiones quaſdam fecit.

16
Caſſan. d. p. 6. conſid. 17. verſ. ſed videretur dicendum.

17
Caſſan. de glor. Mundi p. 7. conſid. 15. ad finem verſ. et de prædictis.

18
In l. vnica ff. de offic. Quæſtor. in verb. Queſtores.

19
In d. l. vnica ff. de offic. Quæſtor.

21
Vt in terminis not. Budæus in d. tit. de offic. Quæſt. pag. 4. verſ. Hac autem Caſſan. de glo. Mund. par. 6. conſid. 14. verſ. Quæ enim

minisse debemus sub Comite sacrarum largitionum Orientis, (cuius curæ erat ratio tributorum, & vectigalium [22]) militasse vndecim scrinia, [23] idest cameras, vt intelligit Bartolus, [24] in quibus exercebantur diuersa officia ipsi Comiti subalterna, ad censum publicum pertinentia, suis quibusuè locis distincta, seù pluteos, vulgò *armarij*, in quibus libri, & scripta publica recondebantur, vt interpretatur Lucas [25] de Penna, & post eum Pancirolus: singulis vero scrinijs suum præfuisse Primicerium (quod verbum idem est, ac Primum seù Præfectum [26]) cui suberant multi scribæ, ac administri; varijs titulis, & munerib. distinctim nominati, ac destinati ad numerum, in totum circiter 450. quos seriatim videre est in notitia Imperij apud Pancirolum, [27] & in Codice [28] ipso; Eorum autem vndecim scriniorum primum fuisse nuncupatum Canonum, & eius ministros Canonicarios, à Canone, idest indicta, quæ à singulis Prouincijs in ærarium inferebatur, & horum munus fuisse in Codices referrè, quæ ex indictionib. superindictis, vectigalibus, ac tributis soluebantur, vt deinde iniri ratio posset, an integrè quisque suam partem soluisset; [29] Alterum verò fuisse Tabulariorum, idest Notariorū, seù Actuariorum, qui persolutæ pecuniæ ærario instrumenta rogabant; [30] Tertium verò Numerariorum, qui rationes Fiscales numerando supputabant, vt sciri posset, an quilq; debitor Fiscalis satisfecisset, vel reliquator remaneret, & alia huiusmodi peragebant, [31] & qui his præerat Primicerium numerariorum fuisse nuncupatum: [32] De aliis autem scriniis, vti ad rem nostram minus facientibus, non loquor.

Iam verò ex collatione munerum quisq; cernere potest, Primicerium numerariorum fuisse eum, quem nos appellamus Rationatorem generalem.

Quod autem idipsum munus Primicerii Scrinii numerariorum, sicut & aliorum duorum recensitorum, nobile, & honorificum esset, clariùs patet ex iisdem legibus Codicis, quàm vt dubitationi locus esse possit; Tribunorum enim Prætorianorum militum dignitate decoraban-

22 *Vt not. Pancirol. in notitia Imperii orient, cap.73.et 74.*

23 *Pancirol.vbi supra, fol. 51.pag. auersa, et cap.75.cum seq.*

24 *Bart.in rubr. C. de proxim. sacr. scrin. ad med.lib.12.*

25 *Lucas de Penna in l.1.d.tit.C.de prox.sacr. scrin.ante fin.Pancirol.d.c.75.per l.2.et 3. C.de prox.sacr.scrin.et l.omnium C.de test.*

26 *Vt declarat Brisson.de verb.sign.in eo verb.*

27 *Fol.51.à t. & d.c.75.cum seq. vsq;ad 86. fol.53.& 54.*

28 *In l.scriniis omnib.* C. *de Palatin.sacrar. largit.lib.12.*

29 *Vt latè declarat Pancirolus vbi sup. c.76. fol.52.vers. huius scrinij homines.per l. 2.C.de muner.*

30 *Pancirol.ibid.c.77.fol.53.*

31 *Pancirol. cap.78. fol.53. vbi omnino videndum.*

32 *Vt videre est in d. notitia Imperii apud Pancirolum fol.51.à t.*

rabantur, & Imperatorem adire, ac salutare (quod pro dignitate erat) permittebantur, & ab omni publicorum munerum coactione immunes præseruabantur, etiam post finitum offitium; 33 Et sub Palatinorum 34 nomine continebantur: quippè qui in Principis Palatio dicta officia exercerent: & qui Palatini omnes immunitate omnium onerum perfruebantur, 35 & item per honorem decoro nomine militiæ literariæ vocabantur; 36 & perfectissimatus titulo honestabantur: 37 quod etiam de rationalib. 38 cautum legimus, qui quidem rationales nil aliud agebant, quàm versari circa ratiocinia, & computa, ac rationes inire redditum rerum priuatarum Principis, seù Fisci. 39

IMò nedum Rationatoris generalis Cameræ munus nobile est, vt probauimus, sed etiam Coadiutorum, qui sub ipso Rationatore generali versantur; (sicut, & Coadiutorum Thesaurarii generalis de quibus deinde separatim agemus) Idq; latiùs probare assumpsimus, vt magis veritas eluceat.

Primò autem id probatur per *text. in l.fin.C.de tabul.scrib. & lolograph. & censual.lib.*10.vbi prohibentur boetæ, logistæ, medogrammatei, lolographi, & diastoleæ deferere publica officia, quibus se addixerint per quinquennium, *etiam sub cuiusq; honoris, vel priuilegij impetrati colore*, ne scilicet publicis vtilitatibus officiatur; Nam Boetæ sunt Coadiutores eorum, qui rationes publicas discutiunt, à verbo boethos, quod græcè est adiutor; 40 Sic autem ad rem inducitur, quòd dum præsupponitur, hos ad alios honores promoueri, manifestè significatur, eorum munus decorum, & honorificum, ac nobile esse, non autem vile, & ignobile, quia exercens artem vilem non potest ad dignitatem aspirare. 41

Secundò crescit vis argumenti ex æquiparatione, quę ibidem fit de Boetis, idest Coadiutoribus ad Logistas, qui sumuntur pro Officialibus, qui præsunt reddendis publicis rationibus; 42 eadem enim censura ibi ligantur Boetæ, & Logistæ, & Lolographi (idest qui publicas ratio-

33
Vt hæc omnia declarat Panciroluś *d.cap.*75 *vers.et tres fol.*52.*à t.per tex. in l.pen. & vlt.C.de Palatin.sacrar.largit.lib.*12.

34
Pancirol.*d.c.*75.*ad fin.per d.tit.C. de Palatin.sacrar.largit.& l.*2.*C. de canon. largit. Alciatus citatus in appostilla marginal.ad d.l.*1.*d.tit.*C.*de Palatin.sacrar.largit.*

35
P*ancirol.d.cap.*75.*in fin.per l.*1.*C.de Palatin.sacrar.largit.*

36
*Idem Pancirol.d.cap.*75.*in fin.& legitur in d.Notitia apud eundem ibid.pag.præceden.* 51 *à tergo, &* 52.

37
*Pancirol.eod.cap.*75.*in prin.per l.proximos* 8.*C.de proxim.sacr.scrin.lib.*12.

38
*Lamprid.in Alex. relatus à Buling. de Imper.Rom.lib.*3.*cap.*21.*& probat tex. in l.*2.*C.Theod.tit.de bon.vac.& Symmac.lib.*10.*epist.*43.

39
*Vt latè videre est apud Bulingerium, qui omnem simul adhoc cumulat antiquitatem in d.tract.de Imper.Rom.d.lib.*3.*cap.*21.*per totum*, & benè etiam explicat videndus *Boerius decis.*295.*num.*2.*& seq.*

40
*Vt not.ibi Accursius in prima glos. & Platea in prin.& sub n.*1.*super eo verb.Boetos.*

41
*Martin.Laudens.in tract.de dignit.q.*45.

42
Vt ibi explicat Accursius.

rationes scribunt recepti, & expensi, quos nos vocamus Rationatores *dell' entrata, e dello speso*, quales nunc sunt DD. *Capsina*, & *Crueeus*) nam sicut de Logistis, & de Lolographis non est dubitandum, secundum ea, quæ supra diximus de Rationatore generali, quæ ipsis conueniunt, ita ex vi æquiparationis dicendum est omnino de ipsis Boetis, idest Coadiutoribus.

Tertiò idem probatur petito exemplo à Seuerino Boetio celebri philosopho, qui cognomen Boetii sortitus est ab eo, quòd aliquando fuisset Coadiutor ad publicas rationes discutiendas, vt obseruant Accursius, 43 & Platea: & tamen constat, ipsum fuisse patritium ordinis Senatorii, ex nobilissima, atque antiquissima Manlii Torquati familia prognatum; 44 Idque confirmatur ex eo, quod ipse aritmeticam signanter professus fuerat, teste Cassiodoro. Et huic exemplo aliud adnectitur Pallantis illius, licèt liberti, tamen Claudio carissimi, & summo in honore habiti, summæque potentiæ, quem postremò vti nimis diuitem Nero sustulit, de quo sæpè Tacitus loquitur annal. lib. 11. 12. 13. 14. 15. is enim nedum Rationator fuerat, sed etiã adiutor à rationibus. 45

Quartò per textum in *l. Palatinos* 10. *C. de Palatin. sacrar. largit. lib.* 12. vbi Palatini sacras rationes tractantes (idest computos 46) & eorum *Adiutores* finito officio immunes à præstatione tyronum, & à cæteris muneribus sordidis præseruantur; Quod etiam de adiutoribus Proximiorum, & aliorum Ministrorum traditum est. 47 Huiuscemodi enim immunitates passim solent adduci in argumentum, quod officium sit dignum, nobile, ac decorum.

Quintò hoc idem à simili probatur arguendo à Scriniariis, & eorum Proximis, idest Præpositis, de quibus in Codice *tit. de Proximis sacrorum Scriniorum lib.* 12. qui Proximi sicut suis suberant Magistris, 48 ita sub ipsis Proximis suberant multi militantes in ipsis Scriniis, 49 qui Scriniarii vocabantur; Erant autem scrinia illa tria, seù quatuor, 50 nempè memoriæ, epistolarum, libellorum, 51

atque

43
In d. l. fin. in princ. glos. & meliùs ibid. Platea sub nu. 1. super dicto verbo Boethos.

44
Vt legitur in eius vita, & apud Cassiodorum lib. 1. epist. 45. & lib. 2. epist. 40. vbi Theodoricus Rex Gottorum eum appellat Illustrem: & meminit Sabell. Ænead. lib. 8. lib. 2. fol. 150. à t. Cælius Rodig. var. lect. lib. 27. c. 22. ad fin. col. 1268. Genebrand. in Chrolog. sub anno 492. pag. 452. Spõdanus in compendio Barony, sub anno 511.

45
Vt ex veteri lapide refert Bulengerius de Imp. Romano lib. 3. cap. 21. addens etiam Sueton. & Symmachum in locis ibi per eum relatis.

46
Vt ibi Lucas interpretatur super eo verbo, & Pancirol. in notitia Imperij orient. cap. 76. dum allegat hunc textum ad rem de Scrinio numerariorum.

47
Vt patet ex l. comperimus C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. iuncta l. 1. C. de Palat. sacr. largit.

48
De quib. in tit. de mag. sacr. scrin. sup. e. tit. & quod his illi subessent notat Cuiac. in rubr. d. priori tit. qui est 20. de proxim. sacror. Scrin. & ante eum Lucas in l. 1. e. tit.

49
Toto d. tit. C. de prox. sacr. scrin. & ibi platea in l. 3. & alibi in alijs ll.

50
Vt in l. 1. C. de proxim. sacr. scrin. & declarat Accurs. ibid. in rubr.

51
Hos non propriè Proximos, sed Comites dispositionis fuisse appellatos latiùs not. Cuiac. in rubr. d. tit. C. de Proxim. Sacr. lib. 12. col. 1576. & quod hi omnium gestorum Imperij rationem haberent, not. Barulus ibid. & Plat.

atque dispositionum, quorum munus versabatur circa scriptionem epistolarum, & aliarum rerum ad rem Principis spectantium; [52] Quibus Lucas de Penna [53] æquiparat nostris temporibus scriptores Domini Papæ, & Registratores in Curia Romana, & Notarios Cancellariæ Siciliæ. [54] Quare Bimius [55] consulens pro Leandro Marno vno ex scribis Consilii Secretioris, cum appellauit vnum ex Præfectis, idest Proximis Sacrorum Principis scriniorum; quamquam mihi (saluo tamen &c.) magis placeat, huiusmodi scribas reponere inter scriniarios, qui suberant ipsis Præfectis, seu Proximis, quorum loco ego ponerem Secretarios. Satis autem conuenio cum D. Bimio, munus illud scribarum Secretioris Consilii esse dignum nobile, & honorificum, maximè quia videmus multos nobiles, etiam fratres I. C. Collegiatorum exercuisse, & exercere munera illa.

At hi Proximi, idest Præpositi dicebantur in dignitate [56] constituti, & Proximatus ipse dignitas erat, & Vicariorum Principis titulo gaudebant, & ideò spectabiles [57] dicebantur, æquè ac dicti eorum Magistri. Inferiores autem in iisdem Scriniis militantes, qui appellabantur Scriniarii, vt dictum est, vsque ad Melloproximos, clarissimatus [58] honore decorabantur (erant autem Melloproximi, qui proximo [59] anno futuri erant Proximi,) & interim quasi adiuuæ seruiebant (Proximatus enim dignitas temporalis erat) Cæterùm inter ipsos Scriniarios supra Melloproximos multi erant ordines inter se distincti, maiores, & inferiores, [60] omnes Coadiutores, seù adiuuæ ipsorum Proximiorum, idest Præpositorum. [61] Vlterius etiam honoris gratia prædicti omnes appellabantur [62] literaria militia, & immunitate, [63] ac fori [64] priuilegio perfruebantur, & multis aliis prærogatiuis [65] circa salutationem actiuam, & passiuam, accessum ad Principem, & locum sedendi, & aliis etiam condecorabantur: Finito autem officio, Proximi ipsi, idest Præpositi, qui annales erant, Comitiua Sacri Palatii, ac cingulo, idest titulo Comitis Sacri Palatii honorabantur; [66] Scriniarii autem, qui

52 *Gl. in rubr. C. de Prox. sacr. Scrin. & ibidem Plat. Luc. Barul. Rebuff. & alÿ.*

53 *In d. l. 1. C. de prox. sacr. scrin.*

54 *Lucas in l. 2. eod. tit. de Prox. sacror. scrin. & in l. 1. eod. in verbo dispositionum.*

55 *Consil. 211. in princ.*

56 *d. l. 1. C. de prox. sacr. scrin. vbi dicit Lucas, quod eorum dignitas eos splēdescere facit.*

57 *Accursius in rubr. C. e. tit.*

58 *E. l. 1. & ibi Plat. & Cuiac. in d. rubr. C. de Magistr. Scrin. col. 1568.*

59 *Plat. in e. l. 1. vers. & primo, & Cuiac. in d. rubr. de magistr. scrin. col. 1568. & in d. alia rubr. de Prox. sacror. scrin. col. 1576.*

60 *Cuiac. in d. rubr. C. de magistr. scr. et Platea in l. vnicuiq; C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.*

61 *Vt benè declarat Andr. de Barulo in d. l. 1. C. de Prox. sacr. scrin. quos Alciatus subadiuuas appellat in appostill. margin. ad l. 5. e. tit.*

62 *l. 1. vbi Plat. & l. 8. e. tit. de prox. sacr. scrin.*

63 *e. l. 1. in fin. & l. 4. nàm, & Palatini omnes idest exercentes officia in Palatio, immunes sunt vt supra dictum est.*

64 *in sacris scrinÿs 12. e. tit.*

65 *l. 2. & 5. e. tit. de Prox. sacr. scrin. vt not. Lucas in d. l. 1. e. t.*

66 *l. 8. e. tit.*

qui sub iis militabant, post emensos annos 20. Consulari honore fulti inter electos habebantur,[67] & consequenter fiebant illustres,[68] & sic digniorem consequebantur titulum, quàm eorum Præpositi, ideſt Proximi, qui non erant nisi spectabiles; cuius rei ratio eſt, quia Proximi, seù Præpositi erant annales, Scriniarij autem sub iis militantes erant perpetui.[69]

At ex æquiparatione, quam faciunt Doctores supra recensiti, scriptorum, & regiſtratorum, & scribarum in Curijs, & cancellarijs Principum, ad dictos Proximos,& Scriniarios, planè conſtat, non esse censendos inferioris conditionis hos coadiuuas Rationatoris generalis,minus ipsum met Rationatorem,ergò &c.Sicuti propè ad terminos hos numerariorum arguit *Pancirolus* 70 *à ll dicti tit.C.de Prox sacror.Scriniorum.*

Sextò ad idē facit *tex.in d.l.vnic.C.de Quæstor.& magiſtr.offic.lib.x.*11.dum ibi præcepitur,vt cum honore, & acclamatione recipiantur à populis nedum Quæstores,sed etiam qui in eorum *comitiua* sint, ideſt ex Officio eorum, vt ibi interpretatur Lucas de Penna; Quæstores autem, munus nostri Rationatoris generalis gessisse, supra demonstratum eſt.

Septimò confirmatur, quia apud omnes ferè orbis gentes memoriæ proditum habemus, scribas actorum publicorum magno semper in honore habitos fuisse; vt apud Hæbreos ex multis sacræ paginæ locis obseruat Borella,[71] & apud Græcos tale munus nobilissimo cuiq; demãdatum fuisse, teſtis eſt Æmilius Probus [72] referens, Eumenem Cardianum fuisse Philippi Macedonis Regis scribam, ac familiarissimum:eodemq; prope honore habitum, quo Perdica, Cruteres, & Antigonus: Sic & apud Phalaridem magnæ dignationis fuisse Tzetem scribam obseruat Bulingerius ex Chiliade dicente, illi rerum omnium administrationem commissam fuisse.Idem de Persis recenset Herodotus,[73] & de Syris Ioſephus, & de Ætruscis patet ex Liuio,[74] dum refert, scribam cum Rege Prosenna sedentem pari ferè ornatu pro Rege fuisse à C. Mutio

67 *l.3.e.ti t.C.de Prox.sacr.scrin.*

68 *Vt not.Io.de Platea in d.l.3.*

69 *Vt egregiè sic declarat Platea in d.l.3.C. de prox.sacr.scrin.*

70 *d.cap.75.col.3.*

71 *Ad Bellugam in speculo Principum rubr. 6.litera l.& ex Arriano refert Bulinger.d. lib.6.cap.26.sub vers.Honestissimo.*

72 *In vita Eumenis, & notat Ascensius in comment.ad Horat.Sermon. lib.1.sat.5.& obseruat Borella vbi supra, & Bulinger. d. lib.6.cap.26.vers.honestissimo.*

73 *Hiſtoriarum lib.3. & refert Bulinger. d. lib.6.cap.26.sub vers.Æmilius.*

74 *Hiſtoriarum lib.2.*

Mutio, cui deinde Scæuolæ cognomen fuit, obtruncatum.

Quin etiam apud Romanos non fuiſſe vile habitum ſcribarum munus, patet apud Ciceronem, qui ſæpiùs de ipſis, & ſemper honorificè locutus eſt; nam cum inter cœtera Verrem [75] accuſaret, quòd ſcribis ſuis permiſiſſet binas quinquageſimas ex frumento Reip. nomine, & pecunia emendo abradi, ad Hortenſium Verris Aduocatum conuerſus dicit, ſe nihil timere, quòd ſcribarum ordinem in ſe eſſet concitaturus, quia fatetur illum conſtare [76] ſanctiſſimis hominibus, atq; innocentiſſimis; & meminit, ſemel in Sicilia Quæſtorem ſecum duos frugaliſſimos homines ſcribas fuiſſe L. Manilium, & L. Segium, qui eas quinquageſimas non exegerant, & mox addit; *ordo eſt honeſtus, quis negat? eſt verò honeſtus, quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculaq; magiſtratuum committuntur*; poſtea ſequitur, demonſtrando, duas eſſe ſcribarum ſpecies, alteram eorum, qui indiſtinctè ſine delectu in decurias pecunia emptas intrudebantur, & alteram eorum, qui non pretio, ſed ex meritis adſciſcebantur, quique moleſtè ferebant, vt priores inter ſcribas numerarentur, *tametſi* (ſequitur) *cùm in eo ordine videamus, eſſe multos non idoneos, qui ordo induſtriæ Præpoſitus eſt*, & dignitati, *mirabimur, turpes aliquot in eo eſſe, quò cuiuis licèt pretio peruenire?* Et ſic teſte Cicerone patet, ſcribas fuiſſe in dignitate conſtitutos. Idemque planè conuincit, quod alibi legimus apud eundem Ciceronem [77] dicentem, ſe nihil timere nefarios Catilinæ conatus, & conſpirationes cõtra ſe, quòd in ſui patrocinium, ac defenſionem haberet Senatum, & Equites, item Tribunos ærarios, & ſcribas, & ingenuos omnes &c. Vbi interpretes animaduertunt, ſcribas tertio loco collocari ſtatim poſt Tribunos ærarios; Sic, & alibi idem Cicero poſt reditum [78] ſuum in vrbem inter alia teſtimonia ſuæ innocentiæ, & erga patriam meritorum profert illud ſcribarum, his verbis. *Scribæ, qui nobiſcum in actionibus monumentiſque publicis verſantur, non obſcurum de meis in Rempublicam bene-*

ficiis

75 *Cic. 8. accuſ. in Verr. lib. 5.*

76 *Hoc idem ex ipſo Cicerone cõfirmat Simon Schardius in lexicon iuris verbo ſcriba.*

77 *Act. 5. in Catilinam in verſ. ſcribas item vniuerſos fol. mihi 411.*

78 *In oratione pro domo ſua in verſ. ſcriba pag. mihi 511.*

ficiis suum iudicium decretumque esse voluerunt; & ibi interpretes [79] rectè ponderant verbum illud *decretum*, nonnisi ad publicam auctoritatem referri; vnde necesse sit dicere, eorum ordinem certa iurisdictione fuisse insignitum; Ac proinde scribis non fuisse denegatas primarias Reipub. dignitates, patet apud eundem Ciceronem, & Valerium Maximũ, quorum ille [80] narrat, cuidam, qui sub dictatura Sillæ scriba fuerat, sub illa deinde Cęsaris fuisse collatam pręturis Vrbani dignitatẽ. Et iste [81] meminit Cicerei scribę Preturam petentis, qui Populi suffragijs Scipionis Africani filio cõpetitori anteferri se videns, in honorẽ tanti viri lubens locum illi concessit: Quid? licèt antea scribis in Senatum aditus non patuerit, postea tamen semper sine controuersia recepti fuerunt: [82] & sæpiùs etiam consueuerunt Romani Imperatores superatis hostibus optimè Rep. gesta scribas suos annulis aureis in cõcione donare. [83] Neq; abs re est, quod de Catone refert Plutarchus, [84] scribas eò auctoritatis peruenisse, vt Magistratibus nomen solum, & honos reliquus esset; scribis autem tota vis, & robur inesset; quod Cato nimirum ratus, eos in lineam redux it, & parère Magistratibus coegit, & contumaces coercuit: Et quòd olim scribæ fuerint in honore obseruat Bulingerius [85] tum ex dicto exemplo Prosennæ, tum etiam ex Iustiniano in nouell. vbi scriba clarissimus in Prouincijs appellatur, quasi Prætor tutelaris; Et quod negat Constant. Porfirogeneus [86] scribas esse perfectos iudices, sed eis inferiores, planè ostendit, eos habere dignitatem, quia hæc est vis comparatiui, vt relinquat positiuum in termino. Hoc idem demonstrat, quod refert Suetonius Neronis Drusi Imperatoris clarissimi corpus scribarum decurias per municipia coloniasq; cum primoribus deuexisse [87] ad vrbem; Nam nonnisi à personis in dignitate constitutis solent Principum cadauera eferri. Et Diocletianus [88] filius scribæ fuit; & Theosilactus Simocata [89] fuit ex Præfectis, & Antigraphariis: Item, & scribis locum sedendi fuisse in Tribunalibus, licèt inferiorem refert [90] Vale-

[79] *Scilicet Petrus Ramus in verbo scribas.*

[80] *De offic.*

[81] *Lib. 4. cap. 5.*

[82] *Vt refert Cuiac. in comment. ad Pompon. de orig. iur. vers. Postea cùm Appius Claudius in verbis, vt Trib. pleb. fieret.*

[83] *Vt refert Petrus Ramus in comm. ad Ciceron. orat. 4. in Catilin. super verbo scribas col. 2555. & Simon Scardius in Lexicon. iuris verbo scribas.*

[84] *Vt refert Bulingerius de Imp. Rom. lib. 6. cap. 26. & Zasius in d. l. 2. de orig. iur. sub num. 59.*

[85] *d. lib. 6. cap. 26. sub vers. scribas certè.*

[86] *In nouell. 11. & ex eo obseruat Buling. d. lib. 6. cap. 26. sub vers. omnino.*

[87] *Vt ex Suet. refert Buling. d. lib. 6. c. 76. sub vers. Apud, & Zasius in d. l. 2. sub nu. 59.*

[88] *Vt ex Eutrop. refert Buling. d. lib. 6. c. 26. sub vers. Apud.*

[89] *Vt refert Buling. vbi prox. sup. ex Phot. in biblioth. pag. 39.*

[90] *Lib. 5. cap. 7. & ex eo Buling. lib. 3. cap. 3. vers. imo.*

Valerius: & tandem generaliter concludit Zasius in loco iam citato nu. 60. scribas magni semper apud Principes momenti fuisse, & in honore habitos, quod ipse latiùs prosequitur.

Definiuntur autem [91] Scribæ à Festo, quondam fuisse librarios (idest amanuenses) nunc autem esse, qui rationes publicas scribunt in tabulis; & Petrus [92] Ramus sic definit, eos fuisse Magistratuum grapharios, Secretarios, & Notarios, quos modo dicimus, qui Prouincias cum Magistratibus sortiebantur: Et Bulingerius [93] notat ex Polluce, eos fuisse, qui totius Ciuitatis censum; priuatorumque singulorum debita digerebant, additque eos in officio Magistratuum fuisse, & inde scribas Regios Pontificios, Militares, Ædilitios; & in quibusdam eorum peritiam computandi, calculandiuè vsum fuisse necessarium, quia scilicet totius legionis ratio (intelligit autem de militaribus) siuè militarium numerorum, siuè pecuniæ quotidie actis adscribitur; [94] Et subdit, à scribis ortos Notarios, Epistolares, Scriniarios, Tabularios, Numerarios, & alia id generis officia.

Inter hos autem, qui sub generali scribarum nomine recensentur, non est dubitandum, quin & hi coadiuuæ, quos vulgari sermone coadiutores, seù scriptores vocamus, sint connumerandi; Ergo iam satis constat de dignitate, ac decore ipsorum secundum prædicta.

Neque his negotium facit, quod ait Probus, [95] munus scribæ multò apud Græcos honestiùs, quàm apud Romanos habitum fuisse, & apud hos fuisse mercenarium, nec quod refert Valerius, ægrè tulisse iuuenes Romanos, quod Gneus Flauius scriba ædilis curulis factus esset.

Quia vel solutio petenda est distinguendo scribas, qui per puras *notas* scribebant, seù per *siglas, vel sigla*, de quibus textus *in l. 1. §. illud autem C. de vet. iur. enucle. & in l. 2. C. eod.* de quibus *Cuiac. lib. 12. obseru.* 40. & qui seruilis conditionis erant, vt liquet ex epistola *Seneca 90. ad Lucil.* hos inquam distinguẽdo à scribis, & Notarijs nostrorum temporum, vt

Q docte

[91] *Relatus à Petro Ramo de quo mox. in 4. in Catil. & 2. de leg. agr.*

[92] *In d. comment. ad Ciceron. orat. 4. in Catil. super verbo scribas. col. 1555. & in 2. de leg. agr. super verbo* scribis. *col.* 2494.

[93] *De Imp. Rom. lib. 6. cap. 26. in princ.*

[94] *De quib. in l. 19. §. fin. loc. ex Firmic. lib. 4. Math. cap. 6. et ex Gregor. Magn. in prolog.* 40. *Gomel. de diuers. lect. euang.*

[95] *In vita Eumenis.*

doctè, & eruditè probauit *D. Franciscus Ofius Mediolanensis I.C. in opusculo de antiqua Tabellionum nobilitate: ex Ausonio* Epigram. 138.

Puer Notarum prepetum

vbi interpretes; & probatur etiam ex Cicerone iam supra relato, distinguente duplicem scribarum speciem, alteram eorum, qui indistinctè [96] pecunia, ac sinè delectu personarum admittebantur in decurias, & hi erant mercenarij, & viles, quales hoc tempore apud nos dici possent scribæ, seù amanuenses *delle cancelle*; alteram verò eorum, qui publicis documentis recipiendis, ac custodiendis incumbebant; & hos fuisse in dignitate constitutos, iam demonstratum est; quales propè sunt apud nos hi, de quibus agimus. Et confirmatur hæc distinctio ex Festo, [97] tradente multas fuisse scribarum decurias, & ordines digniores, ac minus dignos, prout priuatis, & Magistratibus etiam maioribus, vel minoribus inseruiebant. Vel ideò dicendum est, Romanos iuuenes, Gneum illum Flauium auersatos fuisse, quia libertino patre natus esset, vt ibidem refert idem Valerius: Et altero ex his duobus modis rem intelligendam esse fateri cogimur, ne in absurdum contrarietatis incidamus, cum ex antedictis clarè constet, iure nostro scribas publicis negotijs addictos fuisse in honore habitos, ac in dignitate constitutos.

Quanquàm omni in casu admonet Tolosanus, [98] honestatem, & honorem huius muneris scribarum ex moribus nationum esse distinguendum; Apud nos autem mos est, qui fuit apud Hæbreos, Græcos, Persas, & Ætruscos, vt scribæ Principis seruitio operam dantes, habeantur pro dignis, & honorificis; nam multi semper fuerunt, & nunc quoque sunt scriptores in Cancellarijs Senatus, Consilij Secretioris, & vtriusque Magistratus, qui nobiles sunt, & fratres Iurisconsultorum Collegiatorum, & affines officialium supremorum regiorum, quos non est opus nominare, quia noti sunt omnibus.

Octauò, hoc idem patet ex not. per Modernum de *Berart.* [99] qui nedum

Pro-

96 *Quod etiam not. Bulinger. d. lib. 6. cap. 26. sub vers. scribas certè in fin.*

97 *Quem refert, & sequitur Petrus Ramus, & Adrianus Turnebus aduersariorum.*

98 *De repub. lib. 10. cap. 9. de scribis.*

99 *In tract. de visitationib. cap. 19. n. 25. 26. 27. per l. 1. C. de mand. Princ. Bart. & Bald. in l. vniuersos C. de decur. lib. 10. Lucas in rubr. de silent. lib. 12. Boer. de ord. grad. 2. p. num. 51. Cassan. de glor. mund. p. 7. consid. 16. in princ. vers. & licèt ab ordine.*

100

Latè apud Langleum semestr. lib. 7. c. 4. & Gabr. Berart. in d. speculo Visi. cap. 14. n. 10. iuncto supra nu. 6. vbi de coadiutoribus rationalium, de quorum munere ibi latissimè agit.

101

In l. eadem. §. 1. n. 4. ff. ad l. Iul. repet. cũ quo transeunt cæteri DD. quos cumulat Tiraquell. de nobil. c. 30. n. 7. 8. et 9. quibus accedunt Martinus Laudensis de dignit. q. 62. inter tract. lib. 12. impress. Lugd. iunctis not. per Io. de Plat. in l. nemo præfectus per eum tex. C. de dign. lib. 12. & Roman. sing. 814. Capol. de imper. mil. elig. in 16. priuil. dignit. Io. de Platea in l. 1. C. de tabul. & scrib. lib. 10. n. 2. & in l. vniuersos C. de decur. lib. x. per eos duos textus, qui probant regulam contra Notarios, & per alios probãtes exceptionem in l. 1. C. de mand. Princ. l. 2. de primic. & l. fin. de Decur. vers. & viri spectabiles. Accedit tex. in l. 1. Cod. de vbi officialis deputatus ad recipiendum frumentum publicum vocatur nobilis. licet fortè aliàs secus esset, iunctis not. per Cassan. de glor. mund. p. p. cõsid. 76. fol. 38. Farin. cons. 94.

102

vt in proposito not. Lucas de Penna in l. 3. col. 1. C. de canon. largit. titul. per auth. vt iud. sine quoquo suffragio. in §. sic igitur.

103

Mastrill. de Magistr. lib. 5. c. 12. & Berart. de offic. visit. c. 19. Belluga in specul. Princ. rubr. 6. n. 10. & ibi Borella litera N. per l. 1. C. de mand. Princ. & l. maximarum. C. de excus. mun. lib. 10. & post Iacobin. in l. 1. de offic. assess. col. 4. Affl. in const. Regn. in locis Demany Frecc. lib. 1. de subs. tit. de offic. logoth. num. 2. 22.

104

Opiniones hinc indè de procuratore ad lites refert Pascal. de iur. patr. potest. p. 4. cap. 2. nu. 56. 57.

105

Paschal. d. cap. 2. nu. 38. ex Peregr. de iure Fisci, lib. 7. tit. 2. sub. nu. 15.

106

In loco proximè citato, quem sequitur Tiraq. vbi sub d. nu. 9. in fin. & idem sentire videtur Aluis. de Leo in l. nobiliores num. 9. 10. C. de comm. & mercat.

107

d. cons. 64. sub. n. 36.

Prothonotarium, idest primum omnium Notariorum Principis, & eius L. T. sed, & scribas registri, vti regios officiales, & ministros, dicit esse constitutos in dignitate, & quod habent officium magnæ auctoritatis, & fiduciæ; & loquitur ibi de scribis ancillantibus, & operantibus sub Prothonotarijs, & Notarijs circa acta publica.

Nonò arguitur ex his, quæ generaliter de honore, ac decore Coadiutorum, si officium, cui subalternantur, nobile est, cumulantur à Doctoribus nostris.[100]

Decimò (pro ratione fundamentali omnium, quæ hucusque dicta sunt) probatur ex eo, quod agitur de officio, quod à Principe emanat; iuxta distinctionem Bartoli [101] dicentis, quòd licèt alias munus Causidici, & Notarij vile, & ignobile reputetur (Mediolanenses excipe, qui iurisdictionem habent, & exercent;) tamen secus esse de Causidico, & Notario Principis, quia is nedum talis non reputatur, sed imò ex eo munere nobilitatem, & dignitatem consequitur, & magnificentissimi titulo decoratur; [102] Vndè fit, vt Prothonotarius Principis (qui, & Principilus vocatur) [103] illustrem dignitatem habere dicatur: Idem constat de officio Procuratoris, qui pro cliente postulat; nam licèt apud Doctores controuertatur [104] de illius dignitate, tamen citra omnem dubitationem nobile, & honorificum est in Syndico procuratore [105] Fisci, qui apud nos sunt Fiscales breuioris togæ; nam & generaliter ex persona, cui præstatur ministerium, res alias vilis, & parua reputatur magna, & nobilis. Imò Bartolus [106] id trahit etiam ad Notarium habentem munus, non à Principe, sed à publico, vt si esset Notarius ad bancum ad recipienda acta: & Cassaneus [107] extendit etiam ad Notarium, vel Causidicum priuatorum, sed versatum in Curia Principis, quia ratione loci, officium, quod alias reputaretur vile, mutet naturam, & dignum censeatur, & nobilitatem conseruet, referens, ita fuisse iudicatum de Causidicis postulantibus in Curijs Balliuatuum, seù Senescalliarum Franciæ, & in supremis Curijs Parlamentorum, nempè, quod

immunitatem in eo Regno nobilibus debitam retinuissent; & quod plus est, ampliat Cephalus,[108] vt sufficiat munus exerceri ad commodum Principis, vti est illud exactoris onerum ruralium, licèt à Principe immediatè nō conferatur; Quæ tres ampliationes egregiè nobis deseruiunt pro eo, quod infra n. 113. referam ad caput Coadiutoris Thesaurarii generalis, quòd non à Rege, sed ab ipso Thesaurario generali eligatur; quia negari non potest, quin saltem dicatur, habere munus publicum, vti loquitur Bartolus, & assideat in Curia Principis, quod sufficit secundum Cassaneum, & ministerium suum præstet in seruitium Regis, quòd æquè sufficit ex Cæphalo Scribis autem militaribus de quibus supra dixi num. 93. similes nunc sunt Officiales *vulgò del Soldo*; quos nobiles credo; & quos *Cartularios* vocat *Iustinianus nouella* 117. *vt liceat matri, & auiæ cap.* 11. & ibi *Gothofredus*.

Vndecimò tandem probatur per regulam, quòd cùm quid conceditur, censentur omnia ea concessa, per quæ peruenitur ad illud; & concesso fine, necessariò concessa censentur, quæ media sunt ad finem ipsum conducentia; [109] sicut eadem ratione per contrarium prohibito, vel concesso antecedenti, censentur prohibita, vel concessa consequentia; [110] Nam ad officium Rationatoris generalis non peruenitur per saltum, ac in instanti, sed per hæc media: at illud est nobile, vt supra, ergo etiam hoc.

Nec prædictis vim facit textus contra oppositus *in l. oratione. C. de profess. & medic. lib.* 10. vbi dicitur, oratione Diui Pii (qua datur immunitas professoribus, vt ibi not. Accursius) studiorum professores, non etiam calculatores contineri.

Nam missa Accursii prima solutione quæ, mihi non probatur, nempè dum interpretatur de geometris, hoc enim est confundere geometriam cum arithmetica, quod est absurdum, Responsio est in promptu ex secunda eiusdem Accursii solutione, quam DD. Aduersarij dissimularunt, nempè quòd sit intelligen-

108 *In cons.* 237. *num.* 22.

109 *Vt latè docet Christophor. Anguian. Hispan. de legib. & constit. lib.* 3. *cōtr.* 9. *n.* 15. 18. & 19. *iuxta textum in l. ad legatum.* 61. & *l. ad rem mobilem.* 56. *de procur. c. quoniam* 19. *de sent. & excomm. lib.* 6. *ex Diuo Thoma* 2. 2. *q.* 33. *artic.* 2. *in corpore*, & *q.* 27. *art.* 3. *et ex nostris Caroc. in reg. cum quid. in* 6. *Euer. in loco* 126.

110 *Anguian. in loco proximè citato per c. præterea.* §. *de offic. & pot. iud. deleg. & l.* 2. *de iur. omn. iud. iunctis alijs iurib. & auctoritatibus proximè citatis.*

gendus ille textus de his, qui docent abacum, ideſt computum iuxta *tit.C. de error. calcul.* nam ex ſe aritmetica 111 inter artes liberales computatur, niſi fœdo aliquo exercitii modo deturpetur, vt faciunt, qui pueros docent artem ineundi computos certa menſtrua mercede. Præterea etiam quòd explicitè loqueretur textus de computiſtis, ſeù etiam rationatoribus, tamen eſſet omninò reſtringendus ad rationatores priuatorum, & nullo modo extendendus ad Rationatores Regios Camerales, per ea, quæ ſupra deducta ſunt; de his enim titulus peculiaris legitur in N.C. Mediolani 112 de *Officio Rationat. Fiſci*, & quidem cum ampla iuriſdictione, vt *legitur in* §. *his*, ibi *his quoq; Rationatoribus cæteri Rationatores Fiſci in concernentibus officium pareant in his maximè, quæ vtilitate Fiſci concernunt*, & maximè quia præſtat, iura iuribus concordare; at iure expreſsè cauetur, munus hoc in Principis ſeruitio exercitum eſſe nobile, & honorificum, & tales Regios computiſtas de iure eſſe immunes, ergo cùm ſimus in claris, non eſt recurrendum ad argumenta, & inductiones, & ſatius eſt, per caſus ſpeciales limitari regulam, quàm contra per regulam deſtrui fallentias. Sed, & accedit, non rectè argui ab immunitatis excluſione ad excluſionem nobilitatis; cum enim oratio Diui Pij loqueretur de profeſſoribus clarum eſt, calculatores non contineri, quia ſcilicet hi non ſunt profeſſores; ſed quod inde inferatur, eos non eſſe nobiles, non video; neq; enim ſequitur, non eſt immunis, ergo non eſt nobilis, quia de iure nobilibus omnibus immunitas non præſtatur. Et ſic verè ille textus nihil ad rem noſtram facit. Pro qua re etiam facit, quod referunt moderni deciſum, præceptorem grammaticæ aliàs nobilem per illud exercitium non amittere nobilitatem; 113 quãquam tales præceptores immunitate nõ fruantur.

Addo tamen pro coronide munus hoc Rationatoris generalis, adeo decorum eſſe; vt in controuerſia præcedentiæ Neapoli per hunc mota cum Secretario, & Procuratore Fiſcali, deciſio commiſſa fuerit

111 *cap. ſi quis autem diſtinct. 37.*

112 *In Non. Conſt. Mediol.*

113 *Caputus de Regim. Reip. cap. 4. ſub nu. 42. verſ. præceptor Paſcal. de iur pat. pot. p. 4. cap. 2. nu. 50.*

fuerit forti, vt alternatim nempè alter alteri præiret, vt latè apud *Fabium Capycium, Galeota contron. 11. & 12. in fine to. 2. Marianum*, autē *Socinum* I.C. celeberrimum, vti peritissimum artis supputandi commendat *Sylvius epist. 112.* & ratio probat *Hermannus Kirchnerus de offic. et dignit. Cancellarij lib. 1. cap. 8. num. 35. quia nulla vita pars ad acceptorum, et expensorum rationem habendam non indiget.*

Et hæc satis de officio Rationatoris generalis, eiusque Coadiutoris.

QVod verò attinet ad illud Coadiutoris Thesaurarij generalis, quod appellant capserij, sequendo eundem ordinem tentum in præcedenti capite, videtur res hæc prorsus versari extra omnem aleam dubitationis.

Primò enim constat, tempore florentis Romanæ Reip. illud fuisse exercitum à nobilibus, imò ab ijs, qui inter ipsos nobiles magis eminebant, vt illis id munus esset tanquam gradus ad maiorem Senatoriam dignitatem; Quippe cum exerceretur ab iisdem Quæstoribus Vrbanis, seù Ærarijs, qui & simul munus Rationatoris generalis obibant, vt dictum est; Sic constat ex his verbis Budęi. 114 *Quæstores Ærarios hodie vocare possumus eos, quos mulctarum, idest emendarum receptores vocant*, iunctis ijs alijs verbis iam relatis supra num. videlicet. *Apud antiquos, Quæstores Ærarij (qui, & Quæstores vrbani dicebantur) munera multa obibant, pro quibus nunc Præfectos ratiociniorum, vt diximus, & receptores mulctarum habemus.* Qualis scilicet est Mediolani apud Magistratum extraordinarium *Receptor condemnationum*, quod idem est, ac *mulctarum.*

Sed & Romæ eodem tempore alium fuisse similem administrum particularem pro vsu militum, quem non Quæstorem, sed Tribunum Ærarij appellabant, obseruat idem Budæus: 115 *Tribunos verò Ærarios* (inquit ipse) *dicere possumus, quos Receptores generales appellant* & infrà 116 *Tribuni igitur Ærarij secundum Asconium ea munera obibant, quæ nunc generales, Receptores obeunt, attributam pecuniam Quæstoribus prouinciali-*

114 *Budæus ex Asconio in d. tit. de offic. Quæst. pag. 4. vers. Quæstores Ærarios, & idem not. Cassan. de glor. mund. d. p. 6. consid. 17. vers. Tribuni igitur Ærarij.*

115 *Pag. 9. vers. Tribunos verò Ærarios, quem sequitur Petrus Ramus in scholia ad Ciceronem act. 4. in Catilin. super verbo pari.*

116 *Pag. 11. vers. Tribuni igitur.*

ciali-

cialibus adnumerantes ex ærario promptam: At secundum Varronem ij erant, qui militibus ipsis protinus adnumerabant, qui nunc Thesaurarij sunt bellici. Cuius rei quoque meminit Ottomanus [117] his verbis. *Tribuni ærarij dicebantur, quibus attributa erat pecunia, vt militi redderent secundum Varronem; & Cicero lib. 3. de ll. hunc minorem Magistratum appellare videtur: minores Magistratus partiti iuris plures in plura sunto. Militia, quibus iussi erunt, imperanto. Ærarijq; Tribuni sunto. Domi publicam pecuniam custodiunto.*

117 *In descript. Magistr. Rom.*

Quòd autem munus Quæstoris Vrbani, seù Ærarij, nobile, & honorificum esset, iam supra demonstratum est n. & de eo Tribuni ærarij sic amplius loquitur idem Budæus. [118] *Tribuni autem ærarij lege Aurelia cum Senatoribus equitibusq; iudicabant, idest iudicia publica exercebant, vt auctor est Asconius in diuinatione Ciceronis: vnde etiam patet, eorum munus cum iurisdictione fuisse coniunctum.*

118 *Vbi sup. pag. 11. ad fin. vers. Tribuni.*

Et ad oppositionem, quòd hi non subalternarentur alteri, sicut subalternatur Capserius hic Thesaurario generali, quodque ab eo, & non à Principe eligatur, Respondebitur infra n.

Secundò si ad tempora post Constantinum nos conferamus, æquè constat, munus hoc magno in honore fuisse habitum, Textus est ad literam *in l. 2. C. de Palatin. sacrar. larg. lib. 12.* vbi de officialibus Comitis Thesaurorum (qualis est Capserius) dicitur, eos fuisse in dignitate positos, & militiæ titulo honoratos.

Tertiò confirmatur, inspecto eodem iure Codicis ex his, quæ supra n. deduximus de scriniarijs, & scribis, & registratoribus, & huiuscemodi militantibus in scrinijs Principum, quos ibi probauimus, titulo Clarissimatus, & militiæ literariæ insignitos fuisse, & multis priuilegijs donatos, & post annos xx. illustres nuncupatos; Nam proculdubiò maiori in gradu apud omnes reputatur gradus hic Capserij Thesaurarij generalis, quam sit ille scribæ.

Quartò quia Capserius in effectu est Vicegerens Thesaurarij; [119] At Vicegerens

119 *Vt in terminis notat Menoch. cons. 729.*

rens dicitur, eam habere dignitatem, quam habet suus principalis; [120] vnde fit, vt Vicerector scolarium honorandus sit, sicut Rector ipse: De Thesaurario autem Principis, quin dicatur habere officium dignum, & honorificum, non est dubitandum, nec de facto & more apud nos, vt omnibus constat, nec de iure, vt notant scribentes nostri; [121] Eiusque munus non aliud est, quàm vt pecunias publicas custodiat, [122] & à singulis debitoribus Fisci, minutas etiam exigat, & scripturam susceptorum claram faciat, & de solutis in eorum libris scribat scilicet per quem, quantum, pro quare, & pro quibus annis, [123] Ergo si pro maiori, sui commoditate vtitur persona alterius in ijs peragendis, palam est tale munus in persona Coadiutorum non posse videri ignobile, quod in persona ipsius Thesaurarii est nobile, & posset ab eodemmet personaliter exerceri.

Quintò probatur ex eo, quòd hoc munus Capserii Thesaurarii generalis Principis, non reperitur inter artes viles, ac sordidas in iure expressas [124] connumeratum; nam hinc rectè arguitur, vt tale non sit censendum, [125] quia esset loqui sine lege.

Sextò per tex. in *l. humilioribus C. de suscept. præpos. & arcar. lib.* 10. (arguendo siquidem à fortiori) dum ibi sancitur, quòd munus susceptionis siuè susceptoris vestiũ ab Officio Proconsulari, vel ab his, qui in eodem meruerãt, exerceatur; vnde procul dubio sumitur argumentum decoris huius muneris: Et negari non potest, quin magis decorum sit munus recipiendi pecunias, quàm vestes; quippè erat curæ illorum receptorum vestes tributarias recipere, & inspicere, an essent rectè compositæ, iuxtà cuiusq; debitum; [126] tributa enim alia soluebantur in pecunia, alia in speciebus frumenti, ordei, ac vini; [127] Et ille prior, susceptor aurerius, hic autem specierum nuncupabatur; [128] Vnde explodenda est interpretatio Baruli in *d. l. humilioribus*; quod ibi intelligatur de tributo prçstando in pecunia pro vestium coemptione; Vtque argumentum magis stringat, prçstat, scire, eos susceptores vestium à Procura-

120

c. fin. dist. 93. gl. in c. quæ de causa 2. q. 5. Men. d. cons. 729.

121

Vt videre est apud Gabriel. Berart. in specul. visitat. cap. 11. de reg. Thesaur. post Bellug. in specul. Princip. rubr. 6. & ibi ad eum Borell. sub litera I. Peregr. de iur. Fisci lib. 6. tit. 3. num. 1. & 2. Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 9. num. 89. & 90. vbi dicit, eos appellari primipilos, quasi primos inter Administratores regalis pecuniæ; antiquioribus verò tẽporibus Quæstores Ærarios fuisse nuncupatos in l. 2. de orig. iur. & sub Imperatoribus Costantineopolitanis Comites sacrar. largit. vt in tit. C. de Palat. sacr. largit. lib. 10. cum alijs notatis apud Cassiod. lib. 6. var. Ità Berart. Fran. de Ponte de auth. Pror. §. 8. de regal. impos. pag. mihi 219. Borella ad Bellugam in specul. Princ. rubr. 6. litera I. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 9. num. 89. cum seq.

122

Lucas de Penna in rubr. C. de suscept. præpos. & arcar. lib. 10.

123

Ita Berardus d. cap. 11. num, 5. per tex. in auth. de mand. Princ. in §. Peregr. de iur. Fisci lib. 4. tit. 8. num. 9.

124

In l. 1. C. de excusat. artific. lib. 10. & in l. ne quis. C. de dignit. e. & in l. maximar. C. de excusat. mun. eod. l. nobiliores. C. de commerc. & mercat.

125

Sic arguit Caph. cons. 611. num. 24. 29. 33. post Alciat. in reg. 1. præs. 48. num. 8.

126

Vt cavetur in eodem textu, & ibi notat Lucas in princ.

127

L. modios C. de suscept. præpos. & arcar. lib. 10. l. securitates l. dues eod. tit. & ibi Andr. de Barulo l. pen. C. de iure Fisci. eod. lib. & not. gl. 1. in l. super creandis. eod. & not. Franc. à Ponte de auth. Proreg. §. 8. de regal. impos. num. 26. pag. mihi 222. ibiq; obseruat, hodie omnes exactiones esse redactas ad pecuniam.

128

Accursius in d. l. duos, in glos. pen.

curatoribus rei dominicæ eligi consueuisse, præsentibus Senatoribus, ac Decurionibus, & ijs approbantibus, [129] sicuti propè in casu nostro electio Capserij fit à Thesaurario generali cum approbatione Magistratus; quodq; ijdem susceptores ipsi personaliter à prouincialibus non exigebant ipsas species, sed medio apparitorum, [130] quos mittebant ad id munus peragendum; sicut etiam apud nos Capserius ipse non exigit à singulis priuatis onerum debitoribus, sed ab exactoribus Commissaris, alijsq; id genus hominum.

Nec scrupulum faciat, quòd ibidem prohibeantur Curiales, idest Decuriones Ciuitatum, id munus exercere, ne *humilioribus* officijs detineantur; Nam verbum illud. *humilioribus* non debet capi pro vilibus, & fordidis, sed pro inferioribus; [131] Quippè cùm inter dignitates, & honores sit dare gradus: Decuriones autem, de quibus ibi sermo est, sint gradus maioris, quàm sit susceptor specierum: Ita enim omnino dicere nos cogimur, tùm quod alias si esset sordidũ munus, non tribueretur, vt ibi fit Proconsolaribus, [132] tùm etiam ex vi comparatiui, quod relinquit positiuum in termino, nec ab eo distinguitur, nisi per plus, & minus,& deinde ex vi exceptionis ibidem traditæ, nempè, vt si quis aliàs exactor specierum fuisset, & deinde factus fuerit Decurio, non gaudeat ea immunitate, scilicet à susceptione specierum, & denique ex vi rationis, quæ bina per eum textum affertur, altera ne publica vacillet vtilitas, (nempè Decurionibus in eo munere occupatis)altera, ne ipsis Decuriones laborent,Proconsulares autem commodum sentiant; quarum neutra trahi potest ad ignobilitatem muneris; Quamquàm omni in casu, vbi etiam id verbum aliter esset accipiendum, tamen casui nostro non obesset, vbi de susceptore non specierum,sed pecuniæ agitur, quorum non modicum est discrimen, vt iam dictum est; Itaque, vel is textus nobis à fortiori prodest,vel saltem non nocet.

Septimò ex traditis per Andream de Barulo, [133] dum dicit, officium suscep-

129
l.super creandis.C.de iure Fisci. lib.10. & ibi gl.2.l.exactores.C.de suscept.præpos. & arcar.& ibi Andr.de Barulo.

130
Not. Andreas de Barulo in d.l. 1.C.de suscept.præpos.&c.lib.10.per l.apparitiones. C.de exact.tribut.e.lib.

131
Vt declarat Lucas ibid.col. 1. vers.Veldic. iuxtà l.annonam §.pœna de extr.crim.vbi glos. in verbo humiliores. interpretatur, idest inferiores.

132
Vt colligit ibi Andreas Barulus.

133
In d.l.1.C.de suscept.præpos.& arcur. in princ.& sequitur Lucas ibid. in princ. per l.apparitores,& l.missi.C.de exact.tribus.

torum, (quos nos Capserios vocamus) in eo versatum fuisse, vt apparitores ad Præsides in Prouincijs destinarent, vt ipsi Præsides exigerent tributa *per se, vel per suos officiales*, quæ deinde apparitoribus darent, ipsis susceptoribus deferenda; Ponderando siquidem verba illa *per se*; ex quibus planè intelligimus, actum recipiendi manibus proprijs pecunias publicas, quæ pro tributis inferuntur, non fuisse ignobile, sed vel ipsismet Præsidibus dignum.

Octauò ex notatis per Lucam de Penna in *rubr. C. de suscept. præpos. et arcar.* dum arcarijs pecuniarum publicarum, de quibus in eo titulo, æquiparat arcarios frumenti publici, quos dicit debuisse esse nobiles iuxtà tex. in *d. l. 1. C.*

134 *Cassan. de glor. mũd. p. 6. cõsid. 17. in princ.*

Nonò ex Cassaneo 134 dicente, administratores Ærarij Principis in recipiendo, & distribuendo ære Principis fuisse retroactis temporibus, & de iure, & de facto laudatos, & honoratos.

Decimò, quia esto per modum suppositi, hoc munus non esset adeò decorum, vt nouæ nobilitatis acquisitioni obstaret, tamen non ideo affirmandum est, quod nobilitati antiquæ afferat nocumentum; quia non ita faciles esse debemus ad priuandum, sicut ad impediendum, iuxta illud, turpius eicitur &c. Qua ratione sic dicunt DD. de Notariatu, 135 & Cæphalus trahit ad casum cuiusdam N. Bossij, cuius pater aliquando onerum ruralium fuerat exactor: Et quidem videtur satis iuridica, & fauorabilis hæc conclusio; quippè nimis absurdum esset, ac propè miseranda nobilium conditio, si tàm arctis legibus tenerentur, vt cùm tenuioris fortunæ ratio postulat, vt alicui muneri lucroso incumbant (quod non semper potest esse ex sublimioribus) in eas angustias coniectos se viderent, vt nobilitatem longissima annorum serie à maioribus per manus traditam omnino amittere cogerentur, siquidem vel muneris inferioris causa, vel fame siti, ac squalore, quo modo etiam tandem in dedecus, paulatim homines relabuntur. (Certè vt ait Tiraquellus de *Nobilit. cap. 29. num. 17. in fine, si patrocinari, non esset dignitatis;*

135 *Caph. d. cons. 237. num. 20. 21. post Cassan. d. cons. 64. sub num. 34. vers. Qua tamen, sic & Alba d. cons. 43. num. 34. & Calcan. d. cons. 8. col. 7. vers. & non ob. sub nu. 13.*

non

non tamen aduerſatur dignitati : nàm quidquid non eſt dignitas, non confeſtim eſt contrarium dignitati; ſunt enim multa cõmunia dignitatis, & non dignitatis.

Vndecimò ex abundanti additur, N. non deceſſiſſe in eo munere Capſerij, ſed ad dictum aliud maioris dignitatis, nempè Rationatoris generalis, promotum fuiſſe. Hinc enim intrat communis Doctorum traditio, quòd eatenus noceat exercitium humilioris officij, quatenus in eo quis verſatur; ſed cùm primum illud dimiſerit, ſtatim prioré reaſſumit nobilitatem, quæ quodammodo offuſcata remanſerat, vt proinde omnibus Nobilium priuilegijs capax debeat reputari, [136] prout refert Caſſaneus, ita fuiſſe iudicatum in Parlamento Burgundiæ, ſaltem ſub dicta diſtinctione, [137] inter Nobilitatem à genere acceptam,& eam, quæ priuilegio acquiritur; dicens, hanc penitus amitti per exercitium artis vilis, illam verò tantùm offuſcari, quia iura ſanguinis tolli penitus non poſſint,& conſequenter remoto velo, ſeù obſtaculo reſurgere ipſam nobilitatem; Et iuxtà hanc communem traditionem videtur omninò intelligendus ordo Ven. Collegij Noſtri excludens eum, cuius pater, vel auus artem aliquam vilem exercuerit, nempè vt procedat, ſi ipſi pater, vel auus vſq; ad mortem in eo munere perſeuerarint, quippè cùm paſſiua iuris interpretatio reſpui non poſſit, [138] & eò magis, quia præfatus ordo Ven. Collegii benignè eſt accipiendus, cum nemini afferat præiudicium, quod in indiuiduo notat Iaſ. [139] & poſt eum Cæphalus conſulens in cauſa dicti Boſſii petentis, cuius pater per aliquod tempus exercuerat munus exactoris onerum ruralium, ſed deinde illud dimiſerat.

Hiſque non obſtat, quod ex Bartolo [140] refert Tiraquellus, [141] quòd nobilitas ſemel amiſſa nunquam deinde recuperetur, quia de priuatione ad habitum non detur regreſſus; Quia loquitur Bartolus in eo, qui nobilitatem amittit per infamiam, ſed nos loquimur in eo, qui exercuiſſe prætenditur munus aliquod minus decorum, quod nòn infa-

R 2 met,

136

Sic Caſſaneus d.conſ.64. col.pen. num.35. verſ.ſed dato,& ſuper conſuet. Burg.rubr. 4.§.19.nu.32.Tiraq.de nobil.cap.27.nu.5. Caput.de regimin.Reip.cap.1 num.21.allegans Fab.de Anna conſ.17.nu.17.& ſeq. in primo,& Amendol. ad deciſ.de Franch. 207.num.7.8.Guido Pap.conſ.217.num.1. & conſ.391.verſ.ſi enim tales,& deciſ. 196.ad fi.Caph.conſ.238.num.23.lib.2. Alba conſ.43.num.5.lib.1.Guttier.pract. 99.lib.1.q.137.nu.10.f.253.Caball.milleloq.794.p.2.f.85.vbi formaliter loquitur de mercatura per patrem exercita; et poſt hos Fabius de Anna d.conſ.80.num.9. 10.11.referens caſum,in quo ita fuit deciſum in illo conſilio Neapolit. Garzias de nobilit.gl.12.num.48.fol.269. Paſcal. de iur.patr.pot.p.4.cap.2.num.66.

137

Caſſan.d.§.19.num.32.poſt Maſnerium, et Io. Rainandum in locis relatis per ipſum, et per Tiraq. proximè citandum. accedit Alba conſ.43.nu.5.Paſcal.d.cap.2.nu.67. Tiraq. de nobil.cap.35.num.4.et Fab.de Anna conſ.17.num.17.et 46.

138

l.2.C.de nox.vbi DD. quod in proprijs terminis not.Caph.d.conſ.237.num.23.

139

Iaſ. in conſ.77.col.2.verſ.quinimò.lib.3. Caph.d.conſ.238.num.26.qui loquitur in terminis noſtri ordinis; et iterum Caph. conſ.611.num.36.vbi de Collegio Medicorum Placentiæ.

140

In l.1.ſub num.56.C.de Dignit.lib.12.

141

d.cap.27.num.6.de nobil.

met, nec nobilitatem interimat, ſed tantùm offuſcet; quo caſu nihil impedit, quin ſublato velo iterum elucescat.

Pariter non obſtat, quod opponitur, deducta procedere in ſubminiſtris electis à Principe, ſecus autem dicendum eſſe hìc, vbi Capſerius eligitur ad nutum Theſaurarii.

Quia hæc diuerſitas non eſt apta mutare naturam honorificam ipſius Officii, nàm ſi act us ille manibus propriis recipiendi, cuſtodiendi, & erogandi pecunias publicas ex ſe eſſet ignobile, vtique nec à Quæſtoribus gradum facturis ad culmen Senatorium, vigente Rep. Romana, nec ab Officialibus ſacrarum largitionum in dignitate exiſtentibus apud Imperatores Cōſtantinopolitanos exercitus fuiſſet; ſed id ſolùm inſpici debet, an Regi inſeruiatur, & an ſalarium ex Ærario eiuſdem Regis percipiatur, non autem vis eſt in electione, quàm ideo Rex permittit Theſaurario generali, vt cùm ipſe teneatur reddere rationem de pecuniis Regiis, miniſtrum etiam ſibi confidentem habere poſſit. Hoc probatur in primis exemplo manuali apud nos Vicarii Capitanei Iuſtitiæ, & Vicariorum, & Iudicum, quos ſibi eligunt pro libito Prætores Cremonæ, & Papiæ, nam ea munera non ideo amittunt decorem ſuum, quia non à Principe eligantur; qui ea exerceant: Imò exemplum ſtringit à fortiori, nempè quia illi nullum habent ſalarium de publico, prout habet hic Capſerius ex Regio Ærario; deinde etiam in iure non deſunt exempla, nàm Coadiutoribus dictorum Proximiorum, ſeù Præfectorum ſacrorum ſcriniorum, [142] quibus ſalariū ex Ærario Principis, (ſicut huic noſtro Capſerio) præſtabatur, [143] cùm ad gradum ſcriniariorum aſcendebant, facultas dabatur eligendi ſibi ſucceſſores, dummodò eos cum informatione de vita, & moribus confirmandos Quæſtoribus præſentaſſent; [144] Et tamen de dignitate, ac decore eorum munerum ſatis ſupra demonſtratum eſt nu. Et dicit Lucas [145] iis ſimiles eſſe hodie ſcriptores in magna Curia Neapolis, qui vocantur ſubactarii, nempè, qui ab actariis eligun-

142 *de quib. ſup. diximus nu.*

143 *l. vnicuiq; 7. verſ. illum tamen, et l. hac lege 14. §. et quoniam. d. tit. C. de Prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.*

144 *l. comperimus d. tit. C. de prox. ſacr. ſcrin. quod ibi not. Plat. in ſumm. et Bart. Barulus, et Lucas.*

145 *Vt in ea l. comperimus. ſuper verbo. Adiutorium.*

guntur. Sic, & ad Quæstorem pertinebat, arbitrio suo disponere dignitates graduum in scriniis memoriæ versantium. [146] Et electio [147] susceptorum, & cartulariorum pertinebat ad Præsides, & Proconsules, & Præfectum Augustalem; Thesaurariorum autem, [148] & susceptorum particularium in Prouinciis spectabat ad Rectores ipsarum; Vniuersalium verò ad Procuratorem Cæsaris, qui, & ipse eligebatur [149] à Comite rerum priuatarum: Et tamen hos fuisse in dignitate constitutos palam est, licèt nemo ipsorum immediatè à Principe eligeretur: & de iure Procurator Cæsaris Thesaurarium generalem eligebat, & consensu Curiæ confirmabat. [150] Atque ita rectè D. Bimius in terminis dixit, ad exemplum subdelegati à 'delegato Principis, hunc Capserium censeri electum ab ipso Principe per organum, scilicet ipsius Thesaurarii. Porrò si electio hæc fieret inscio Principe, tunc obiectio intraret, sed cùm nedum eo sciente, sed etiam salarium de proprio ministrante, à Thesaurario eligatur, quid (rogo) interesse potest, an ipse Princeps immediatè eligat, vel alteri electionem committat? nil certè, quia per alium faciens, per se ipsum facere videtur; Et tantò magis, cum non sit in facultate Thesaurarii, Capserium semel electum sine demeritis officio illo priuare, & ipsa electio fiat cum Magistratus approbatione, & passim alibi in iure habeamus, officiales nobiles eligi non immediatè à Principe, sed ab aliis officialibus, quibus ipsi subalternantur. [151]

Neque etiam obstat, quod opponitur ignobile ideò hoc officium existimandum esse, quia totum in assidua corporis exercitatione versetur, & celeri quodam, ac versatili manuum ministerio constet, in congerendis scilicet aut erogandis, cùm opus est, versandisq; pecunijs secundùm Tiraquellum. [152]

Quia id procedit, vbi agitur de mera, ac pura corporis exercitatione, vt in operarijs, qui mercede diurna conducuntur, & in manuarijs operibus, quæ corpora exercentium atterant, & membra labore eneruent, vt inde etiam animi

debi-

146
Vt not. Platea d.l.fin. C.de prox. sacr. scrin. in prin. vers. et pro euidentia. iuxtà textum in l.1. C. de offic. Quæstor. vbi hoc expressè cauetur, et est consimilis tex. in d.l. comperimus.

147
Vt not. Rebuf. in l. præcepit num.4. C. de Canon. largit. titul. lib.10. per eum tex.

148
Rebuff. d.l. præcepit. nu.6. per eam l. et l. super creandis. cum ibi not. sup. de iure Fisci eod. et l. exactores 1. de suscept. eod. lib.

149
Rebuff. d.l. præcepit. sub num.7. per l. pen. de iure Fisci sup. e. lib.10. Cassan. d. glor. mundi p.6. consid.17. vers. Et esto.

150
Vt not. Purpur. in l.1. ff. de offic. eius sub nu. 47. per l. super C. de iure Fisci lib.x. et post Rebuf. in d.l. præcepit. col. 2. C. de can. largit. tit. eod. lib.6.

151
Vt in l.1. C. de condit. in public. horreis. lib. 10. ponderando verbum nobilem, dum ibi committitur Præfecto cura eligendi officialem super annona, et horreis publicis.

152
De nobil. cap. 27. quem sequitur, et sic intelligit Caph. cons.237. num.16.

debilitentur;sic enim loquitur Tiraquellus contra citatus, exemplificans in pigmentorijs, fusoribus,fabris,& figulis, vel si quis totos dies igni incubare compellatur;At secus omninò censeri debet, si alicuius etiam scientiæ, aut artis liberalis cognitio simul requiratur,vt bis ita consuluit Cæphalus [153] pro duobus Petentibus in multò durioribus terminis nempe D.N.Bossij, & alterius, cuius pater fuerat chirurgus; quanquàm nec præstet ab illis exemplis longè deterioribus sumere argumentum ad casum nostrum, qui procul dubio plus decoris habet; scilicet ne ex vi æquiparationis quodammodò labem quandam contrahere videatur. Sic etiam in terminis respondet D. Bimius [154] loquens de secretarijs, & cancellarijs,& aliis huiuscemodi curialibus officialibus quorum munera frequentem corporis exercitationem requirunt, & tamen nobilitatem retinent; [155] Quid dicemus de Medicis qui singulis horis huc,& illuc ad visitandos ægrotos per vrbem volitant;& tamen medicinam de iure esse Nobilissimam artem,& nobilitati non derogare, notant DD.communiter;[156] Et profectò si res aliter acciperetur, nullum omnino munus esset, quod huic censuræ non subiaceret; nam & militia potissimùm in exercitio corporis consistit, qua tamen nihil nobilius [157] existimatur; Hoc idem etiam agunt aduocati,nam pro lucro per vrbem ad fores iudicium quotidie cursitant; qua ratione redargutos aliquando eos Romæ fuisse à nobilibus breuioris togæ,cùm inter eos de præcedentia ageretur, refert Tacitus [158] licèt incassum, ipsos siquidem patrocinantibus Suilio, & Cossutiano, ac respondentibus, nobilitati præsidia esse paranda, vt nobiles pauperes vitam degere possint, & sublatis studiorum prœmiis, etiam studia peritura, vti minus decora: ne nimia hac seueritate nobilitatem funditus euerti contingat,clausis nempe viis ad subsidia nobilitati, præ nimia paupertate labanti conquirenda, neque enim omnes possunt, aut debent iuri ciuili operam dare; præterquàm quòd sterilis ad modum est seges causarum forensium,quibus nobi-

litas

153
In d.cons.237.num.16.et cons.611.n.20. iuxta quod consilium Caphali, quod Chirurgia non noceat nobilitati,quin Chirurgus retineat priuilegia nobilium, decisum fuisse Neapoli refert Vinc. de Franch. in decis.564.et sequitur Caputeus de regim. Reip.cap.4. sub n.42. allegans etiam Cassan.de glor. mund. part. 11.consid. 48: et Pascal.de iur.pat.pot. part.4.cap.2. nu.51. Rice.in decis.Cur.Archiep.Neapol.93.nu.6.p.2.et in collect.decis.collect. 147.664. et 1848.

154
d.cons.169.num.23.24.

155
Et not. per Caph. vbi sup. post Aluar: in l. mercis . . nu.27.ff.de verbor.signif.

156
Caputus de regim.Reip.cap.4.num.38.post de Franch.decis.564.nu.4.et ibi Add.

157
Christoph.Besoldus de iure ordinibusq; ciuium dissert.2.cap.9.nu.7.et cap.10.nu.8.

158
Annal. lib. 11.pag.mihi 288.parua impressionis.vers.deinde obstrepentibus.

litas Mediolanenſis tota poſſit incumbere; Qui verò domi reſpondent de iure, ità ſe habent, vt ſi firmo, ac valido corpore non ſint, adminiculatorem ſtudii ſibi aſciſcant neceſſe, ſit, qualem fuiſſe Tironem Tullium Ciceroni, refert Gellius; 159 & Reu. Mazerinus Ieſuita irrideat ferè iuris profeſſores, quòd perpetuæ librorum reuolutioni ad inſtar Siſiphi illius fabuloſi damnati eſſe videantur, 160 quam ſanè comparationem attulerat etiam impius *Eraſmus in encomio Moriæ* Et in ſumma nullum eſt munus, quod ſuum non habeat laborem annexum.

Non liquet mihi, quis ſit auctor huius elaborati reſponſi; cui ego tamen libenter addidi non pauca de promptuario meo, vt plenius redderetur.

159 *Noct. attic. lib. 2. cap. 3.*

160 *In ſermone ſuper pſalmo Miſerere.*

Reſponſum XVI.

Agitur de infringenda tranſactione; & de *Paulina* Conſtitutione, ſeù *extrauaganti Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alien.*

SVMMARIVM.

Proponuntur factum, & tranſactionis circumſtantia à nu. 1. ad 7. & 37. 40. 41. 42. 54. 55.

Paulinam *Conſtitutionem in extrauag.* Ambitioſæ *obſeruari ſuſſit Mediolani S. P. Vrbanus Octauus num. 8.*

Receptam eſſe omnino, quod ad nullitatem contractus; quidquid ſit, quod ad cenſuras num. 9.

Particula dum tamen *conditionem inducit num. 10.*

Romanus, *& alij ſenſerunt beneplacitum Apoſtolicam non requiri in tranſactione, etiam ex textu in* c. contingit 3. de tranſaction. *num. 11. & 12.*

Contrarium verius à num. 13. ad 32.

Dominium rei legatæ tranſit in Eccleſiam etiam ignorantem num. 13.

Conditio per teſtatorem appoſita, vt Eccleſia legataria bonorum onera ſoluat ſuſtinetur num. 14.

L. iubemus 14. *C. de SS. Eccleſijs quamcunq; alienationem vetat nu. 15.*

Tranſigens verè alienat, vt benè probat Tiraquellus *num. 16.*

Agnitio momentanea, quando repudiationis vim habeat num. 17.

Conſtitutio S. P. Vrbani Octaui edita 1. Nouembris 1625. num. 18.

Afferuntur rationes, quibus hæc prohibitio alienationis nititur num. 18. 19. 32.

Quæ militant etiam in tranſactione nu. 20.

Probatur concluſio auctoritate Doctorum nu. 21. & 22.

In tranſactione requiruntur eæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione nu. 23.

Nam qui tranſigit alienat num. 24. & ſupra num. 16.

Explicatur c. contingit 3. *extra de tranſact. num. 25. & 26.*

Quo tempore conditus fuerit hic canon n. 27.

Malè arguitur à repudiatione ad tranſactionem num. 28.

Legatum an ſine ſuperiorum aſſenſu poſſit repudiari nu. 29.

Renuntiatio tranſlatiua, quæ ſit nu. 30.

Referuntur Concilia vetantia alienationem rerum Eccleſiæ num. 31.

Tranſactio an reſcindatur ex enormiſſima læſione num. 33.

Affirmans ſententia probatur nu. 33. & 34.

Diſtinctio aliquorum num. 35.

Læſio conſideratur relatiuè ad dubium euentum litis num. 36.

Immixtio hereditatis ex quibus arguatur 38

Effec-

Effectus immixtionis num.39.
Valor rei probatur ex redditu nu.43.
Limitatur in ædificio magnifico, & ita seruat Senatus num.44.
Ratio cur ædificia extra Vrbes minoris æstimentur num.45.
Ex affectione, quando pretia rerum æstimentur num.46.
Probatur ex legibus num.47.
Interesse affectionis admittitur faciliùs in minoribus, & in Ecclesia num.48.
Aeris salubritas pretium non habet num. 49.
Restitutio datur minoribus, & piæ caussæ aduersus transactionem nu.50.
Repudiatio legati comprehenditur sub alienatione num.51.
Restitutio in integrum, quando detur etiam lapso quadriennio à die scientiæ nu.52.
Moniales restituuntur in integrum etiam aduersus lutrum omissum num.53.
Exceptio regulam firmat num.55.
Monasterium transfertur de loco ad locum sola auctoritate Episcopi num.56.
Conditionis deffectus, quando dispositionem non vitiet num.57.
Tempus quando non currat in conditione num.58.
Conditio beneplaciti obtinendi, non dicitur esse caussa finalis, sed impulsiua nu.59.
Restitutio datur Monasterio aduersus hunc lapsum num.60.
Minor æquè læditur in ratificatione actus, atque in ipso actu num.61.
Regula, vt quis non audiatur, nisi prius restituto pretio contractus quando limitetur num.62.
Coram Senatu non attenditur hæc exceptio num.63.
Decisio Senatus in hac caussa num.64.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 Etierunt Moniales, S. Mariæ Abbiati Grassi, vt transactio, quàm mediãte persona R.Præpositi Plati Procuratoris inieruñt anno 1640. cum D. olim Comite Io. Baptista Arconato, nulla declaretur per Senatum Excellentissimum ex defectu formæ, & solemnitatis.

Et vbi opus sit, rescindatur, vel ex capite læsionis enormissimæ, vel ope restitutionis in integrum aduersus quæcunq; præiuditialia, vel alio meliore modo; ità vt consequi possint integrum legatum sibi relictum à D. Comite Marco Antonio.

Pars I. de nullitate.

Satis euidens est nullitas, quia fundamenta transactioni duo posita fuerunt, vt ex *vers. cumque defuncto ipso D. Com. Marco Antonio pag.* 8. alterum scilicet comminatio abstensionis; alterum hypothecæ competentis pro redintegratione fideicommissi; Sed vtrumque erat 2
falsum in iure, quia legata pia debentur etiam hereditate non adita *Tiraquel. de priuileg. piæ caussæ priuileg.* 33. & 34. bona verè grauati apud nos non sunt hypothecata pro redintegratione fideicommissi: Ergo transactio de re clara fieri non potuit.

Alia quoque nullitas oritur ex defectu scientiæ specificæ, & indiuidualis cõtentorum in legato, & ex defectu formæ, & solemnitatum ad ineundam transactionem requisitarum.

Prior comprobatur primo loco ex ipso instrumento mandati ad transigendum facti, in quo nullus tenor, nulla quantitas, imò nulla substantia dicti legati continetur, nec vlla pariter capitula transactionis ineundæ inserta sunt; licèt in instrumento transactionis Mediolani celebrato fiat mentio de notitia legati in genere.

Secundo ex natura, & circumstantijs eiusdem legati; quis enim sibi persuadeat futurum fuisse, vt Moniales, tàm facilè, & pro tàm paruo ære (inspecta legati substantia, & habita ratione commodi) renuntiarent, si præsciuissent finem, ad quem testator legauerat, & si præcœteris audissent, ac intellexissent ea verba legati pag.3. scilicet.

Sed cum obseruatum fuerit bonas illas Moniales, vt plurimùm singulis annis, siuè ex inclementia Cæli, siuè ex angustia Monaste-

3 *nasterij ægrotare; cum domi meæ, cui innictum est satis amplum viridarium, & ex multa salubrioris aeris qualitate possit sperari illas Moniales non debere adeò subiectas esse morbis, si in illa domo, siuè palatio degere possint: hac de caussa enixè, & suppliciter Pontificem Maximum exoro, vt velit concedere translationem dicti Monasterij, in casu tamen, & sinè periculo, vt supra* (hoc est cum debita dispensatione, vt de Subdito in non Subditum bona sinè periculo transeant vt supra cauerat) *in dictam domum meam; quo in casu lego, & dono eisdem Monialibus libras duodecim mille Imper.* (vltrà omnia bona, quæ habebat testator in Territorio perticarum nempè 905.) *quas possint impendere ad redigendam dictam domum meam in vsum claustri, vt decentiùs, & commodiùs possint ibi degere, & inseruire Deo.*

Sanè exiluissent gaudio Moniales, audientes se migraturas de ædibus, tàm obscuris, humilibus, malè materiatis, angustis, (vbi perpetuò non tàm cum egestate, quàm cum inclementia Cæli confictantur) in Palatium adeò magnificum, ad cuius nouam substructionem insumpsit testator quindecim millia nũmùm aureorum, vltrà pretium veteris ædifitij (vt apparet ex calculo pag. 14.) & in viridarium adeò amplum situ eminens, & ingenio loci, liberoque Cæli prospectu salubetrimum.

Tertio loco ex omissa bonorum legatorum corporali appræhensione; cùm tamen testator sic iusserit: *Et ideò ordino, & volo, quod statim post meum decessum, possint dictæ Moniales possessionem omnium dictorum bonorum sumere, vsq; gaudere, vt commodiùs, & cum minori necessitate*
4 *possint Deo, & Deiparæ Virgini inseruire;* Quid enim faciliùs, quàm dispensationem cum clausulis de forma obtinere à Senatu Excellentissimo? licèt ea non esset necessaria; quia testator bona reliquerat *cum onere soluendi omnia onera; sub pœna ipso facto priuationis ipsorum bonorum, quæ tali casu cadant in heredem.*

Posterior verò defectus solemnitatis, & formæ multiplex est. Primus nempè, quòd in constitutione mandati facti per Moniales in Præpositum Plattum, nullus interuenit Protector, vti fieri solet. Ad quid enim dare Monialibus Protectores si suo marte in negotijs adeò vrgentibus contrahere possent?

Secundus, quod Abbatissa, quæ interfuit mandato, & cuius iussu congregatæ sunt Moniales, erat Amita dicti
5 Comitis Ioannis Baptistæ, nempè Reu. Angela Hieronyma Arconata, quæ propterea ex hoc capite debuisset abstinere.

Tertius, quod consensus præstitus, & decretum interpositum transactioni per Reu. Vicarium Generalem delegatum, non sanat nullitatem: Siuè quia ad minus veras preces emanauit delegatio: Significatum enim fuit Eminentiss. Cardinali Montio rem transigendam esse, *in conformità del parere dato dal Sig. Questore Dugnano eletto confidente,* vt legitur in supplici libello pag. 18. cum tamen D. Dugnanus, nec approbauerit, tàm exiguum pretium transactionis, nec transactioni interfuerit, quæ imò eo inscio facta est, imò concluserit per hæc verba pag. 16. *però quando il Sig. Conte si accontentasse di pigliare, & assicurare il carico della Messa quotidiana nell'Oratorio del Palazzo, conforme alla dispositione del*
6 *Testatore, e di fare qualche buono partito al Monastero, crederei, che se gli potesse dar orecchio.* An autem in summa data, seù promissa Monialibus, verificentur illa verba *fare qualche buon partito*; Senatus Excellentiss. iuditium sit, audito voto D. Dugnani, & ponderatis etiam infrascriptis, quæ dicemus.

Siuè quia non habebat Eminentiss. Montius talem facultatem approbandi transactionem hanc ineundam per Mo-
7 nasterium, resistente *Paulina* constitutione, quæ legitur in *extrauaganti Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* quę pręcisa illa verba habet *inconsulto Romano Pontifice;* & multò minùs quià, cum hic Mediolani adesset tunc certa congregatio, quæ appellabatur contractuum; saltem transactio examinari debuerat, & approbari per dictam Congregationem.

Quamquàm hanc etiam Congregationem reprobauit Summus Pontifex

per litteras Romæ datas die 13. Nouem-
8 bris 1655. penes tunc Secretarium, mox
Cardinalem Pauluccium, quibus grauiter Archiepiscopum increpuit cur, Paulinam Constitutionem non seruauerit, iussitq; omnino seruari.

Dictam autem extrauagantem *ambitiosæ* receptam esse omnino, quod ad nullitatem contractus (quidquid sit, quod
9 ad censuras) probat *Hermosilla ad Gregor. Lopez tit. de las vendidas glos. 1. lege 15. tit. 5. p. 5. num. 96. fol. mihi* 77. vbi citat *Nauarrum, Salcedum, Molinam, Rebellium, & Fachineum contr. 98. lib. 10.*

Nec omittendum est, quod Eminentiss. Montius assensum suum præstitit transactioni sub conditione, vt aliæ libræ ter mille soluerentur termino annorum trium simul cum interesse, vt legitur pag. 18. ibi *mentre si paghino &c. e le altre trè mille nel termine d'anni trè con l'interesse &c.* particula siquidem illa *dum tamen* conditionem importat *l. qui*
10 *concubinam* §. *vxori ff. de leg. 3.* vbi *Albericus num. 1. Bartol. in l. si quis ità* §. 1. *in princ. ff. de condit. & demonst.* vbi *Albericus Cuman. & Imola Flor. de S. Petro cons. 4. nu. 3. in fine, & 4.* Cum igitur Comes toto tempore vitæ suæ, & sic per annos viginti post transactionem eas non soluerit; propterea etiam ex defectu conditionis corruit assensus, & approbatio, & sic resoluitur transactio, & ipso iure redeunt Moniales ad primæua iura legati.

Dixi multò minus, quia etiam si præscindamus à dicta circunstantia vigentis Congregationis, quæ rem ponit in tuto; adhuc de iure reportandum erat beneplacitum Apostolicum ad hanc transactionem firmandam.

Etsi namque *Roman. cons. 148. Natta cons. 441. num. 12.* (etsi qui sunt alij) negent istud beneplacitum requiri in transactione; siuè quia, vbi Monasterium nondum possidet bona, de quibus tran-
11 sigit, nec ea vnita sunt adhùc Ecclesiæ, ideò non videatur alienare, & consequenter nec locum habere prohibitio relata *in c. nulli 5. de rebus Ecclesiæ non alienand.* & Paulina sanctio *in extrauag. Ambitiosæ c. vnico* eodem titulo, *& in l. iubemus 14. C. de SS. Ecclesijs*: Siuè quia si Monasterium poterat repudiare legatum, multò magis potuisse videtur transigere de legato, & super iure nondum aquisito, & quodammodo de futuro; quod propriè non continetur sub nomine alienationis.

Siuè quia pro opinione negante facit
14 *textus in c. contingit 3. de transaction.* vbi dicitur transactionem ab Abbate, vel Priore initam, & à capitulo seruatam nō posse in dubium reuocari.

Nihilominus contrariam sententiam (quæ communior est) veriorem etiam esse in hoc casu, probant rationes, & authoritates infrascriptæ, pondere numeroq; maiores.

Prima ratio, quia Moniales Dominæ erant dictorum bonorum statim, ac genericè petierunt, & sic petendo agnouerunt dictum legatum: S. quidem dominium rei legatæ (& maximè in pias caus-
13 sas) statim transit in legatarium, & incorporatur Ecclesiæ etiam ignoranti *l. cum pater 77.* § *Surdo ff. de leg. 2. l. à Titio 64. ff. de furtis*, & propria auctoritate vindicari potest *Tiraquel. de pia caussa priuileg. 45.*

Eò magis attenta expressa dispositione testatoris, vt Moniales statim bonorum possessionem caperent, attenta conditione iniuncta, vt transirent cum onere soluendi onera sub pœna priuationis, de qua dixi supra vers. *Tertio loco*; quam sanè conditionem rem ipsam afficientem, etiam Ecclesia donataria, siuè legataria implere omnino tenetur; alioquin à legato cadit, vt in puncto docent *Aubaran. cons. 303. num. 4. vers. quintimo, & num. 5. Gregor. Lopez. ad l. 55. p. 1. in explicatione casus, & in glosa sub littera I.*
14 *Suarez. aduersus Regem Angliæ lib. 4. cap. 14. n. 12. & 13.* latè *Alderan. Mascard. de gen. statut. interpret. concl. 1. nu. 110.* & tradunt textus *in c. verum de cond. & apposit.* vbi canonistæ; in *c. 1. de censibus, & in c. Sancitum. 23. q. 8. & Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 77.* Verè igitur sic transigendo, dimiserunt Moniales ius, & rem, quam habebant, & sic alienarunt, ideoq; locum habent canonicæ sanctiones supra citatæ etiam in transactione, vt deci-

sion-

fionibus,& Doctoribus comprobat *Barbosa in collectan. ad dictum c.nulli nu.13.* quando scilicet bona penes laicum remanent.

Nec dicatur alienatio isthæc, quæ fit per contractum transactionis,impropriè talis appellari; tùm quia respondetur
15 textum in dicta *l.iubemus* quamcumque speciem alienationis propriam, & impropriam prohibere; vt probant illa verba *sub cuiusq; alienationis specie*, & illa, *aut alio quocumque titulo*, & illa, *vel cuiuscunque contractus alterius nomine*.

Tùm quia respondeo verbis ipsissimis *Tiraquelli de retract.lignagier. §.1.glos. 14.num.72. qui per transactionem dimittitur, seu actionem, quàm habet in re immobili ab alio possessa, & ipsam quoque*
16 *rem remittere*, vel cedere *videtur l. qui actionem ff.de reg.iur.& cum id faciat accepto pretio* (vt in casu nostro) *quid dubitandum, quin id habeat vim venditionis iuris, siuè actionis, quæ ad rem immobilem competit? ideoq; & immobilis censeatur secundum ea, quæ diximus supra.*

Sumus igitur in renuntiatione translatiua, & sic non aptantur ad thesim ea de momentanea agnitione legati ex *l.1.*
17 *§.utrum autem ff.si quid in frandem patroni*, ibi *cum repudiatur, retro nostrum non fuisse &c.* quàm legẽ explicat *Osuald. ad Donell.lib.23.cap.vlt.in princ.fol.320. Faber 8.coniect.cap.19.& alij apud Salgadum in labyrintho p.2.cap.14. num.24.& 25.& nu.47.& seq.*

Potissimùm cum Vrbanus Octauus P.M. *in constitutione*, quam edidit Cal. Nouembris 1625.incip. *Humanæ salutis*
18 *auctor Christus* §.2. expressè vetet alienationem omnem addita hac clausula *etiàm si Ecclesijs Monasterijs, locisq; pijs huiusmodi adhuc incorporata,& de eorum mensa effecta non sint.*

Secunda ratio est, quia si quæstio ad principia iuris reducatur, rationes decidendi,quibus fundantur tàm Sanctiones Canonicæ, quàm ciuiles, locum, sibi pariter vindicare debent in transactio-
19 ne. Præsertim illæ duæ; quia scilicet nemini licet disponere, vel diminuere de his, quæ ipse non collegit, nisi interuenientibus solemnitatibus, & impellente caussa necessaria, & quia ex huiusmodi prohibitione,maxima promanat vtilitas in Ecclesiam Dei, vt administratorum fraudibus, vel imperitiæ occuratur, quemadmodum authoritate Sacrorum Conciliorum inter cæteros authores, eruditè non minùs, quàm copiosè, recenter explanauit *Antonius Gragna Nieto ad dictum c. nulli. 5. num. 1. & 2. pag. 197.& 198. tom. 2. & ad c. si quis Presbyterorum 6. de reb. Eccles. non al.* & tradunt Doctores *ad dictam l. iubemus C. de SS. Eccles.* & benè, congestis de more alijs Doctoribus, probat *Castillo contron. lib.1.cap.54.nu.19.*

Atqui rationes prædictæ,& aliæ,quæ à DD. afferuntur, militant pariter in transactione, quæ fit super legato bonorum, iàm quæsito Ecclesiæ; neque enim
20 transigentes sunt Domini, sed Administratores, & pari modo lædi potest Ecclesia ex nimia conniuentia,vel facilitate; non est igitur statuendum diuersum ius.

Veritatem hanc disertissimè professus est additionator ad *decis. Ludouisij 418 num. 13.* in hæc verba tangentia casum nostrum.

Dicitur transactio species alienationis, etiàm quando res est penes aduersarium,
21 *si in transactione agitur, quòd penes illum remaneat: ideoq; necessariæ sunt solemnitates requisita in alienationibus, vt latè tenuit Rota in Romana Casalis Coram R. P. D.Coccino Decano impressa penes Marchesan.de commiss. tom.1. fol. 1129.* quæ sanè decisio videnda est quià punctualis.

Et ità etiam præcisè senserunt *Bartolus in l. nulli 13. num.2. ff.de transact.* & meliùs *Iason.* ibidem omninò videndus *num.2.*

Abbas omninò videndus *ad dictum c. contingit de transact.num.3.vers.vndè.*

Et hæc sententia verior est, & communior, ad quam confirmandam, videantur infrascripti Doctores per me diligenter visi, & qui plures alios recẽsent.

Gratian.discept.for.cap.476.nu.16.& cap. 846. num. 11. 12. 13. vbi de veriori opinione testatur, *& num. 14.* vbi quod semper requiritur beneplacitum Apostoli-

tolicum, quamuis dimittatur res, quæ
22 erat penes possidentem, ad hoc, vt valeat transactio, & Rotæ decisiones refert. *Tiraquel. de retractu lignag.* §. 1. *glos.* 14. *nu.* 65. 68. 69. 70. 71. *&* 72. vbi rationem reddit in hæc verba, *qui per transactionem dimittit sui, siuè actionem, quàm habet in re immobili ab alio possessa, & ipsam quoquè rem remittere, vel cedere videtur l. qui actionem ff. de reg. iur. & cum id faciat accepto pretio, quid dubitandum est? quin id habeat vim venditionis iuris, siuè actionis, quæ ad rem immobilem competit ideoque, & immobilis censeatur secundum ea, quæ diximus supra &c.*

Molina de primog. Hispan. lib. 4. cap. 9. num. 7. *&* 8. vbi *Additionator* alios Doctores plures adducit *num. 2. & num. 22.* quos non transcribo.

Coccin. decis. 301. num. 1.

Ferentill. ad Buratt. decis. 690. litt. B. vbi refert sic decisum fuisse in vna Mediolanensi.

Redoan. de rebus Ecclesiæ q. 2. cap. 1. nu. 7. & seq.

Petrus Franciscus de Sanlager. quæst. benef. cap. 137. num. 9. & 10. p. 3.

Surdus cons. 451. num. 25. & 26. vers. tamen.

Federic. de Senis cons. 94.

Porrò in transactione requiri eas solemnitates, quæ requiruntur in alienatione scribunt.

Sesse decis. 21. num. 12.

23 *Quaranta in summa Bullar. in verbo alienatio num. 20.*

Barbosa de potest. Episc. alleg. 95. nu. 63.

Borell. in sum. decis. p. 1. tit. 15. num. 24.

Menchaca de success. progres. lib. 3. §. 27. num. 23. qui loquitur de repud. legati prout etiam.

Pinell. de bon. mat. p. 3. nu. 103. vers. *alia ampliatio erit.*

Et sanè cum Ecclesia non minus, imò magis priuilegiata sit, quàm Imperator; cur dicemus Procuratorem Monialium
24 transigendo non alienare; Procuratorem verò Cæsaris transigendo alienare? Textus est expressus (quem acutissimo *Ario Pinello* acceptum refero) *in l. 1. ff. de offitio Procuratoris Cæsaris*, ibi *si venditionis, vel donationis, vel transactionis caussa, quid agat, nihil agit; non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est.*

Ex quo textu ad literam habetur, & quidèm generalitèr, transactionem esse propriè alienationem, prout etiam ex alio apertissimo *textu in l. non solùm 4. C. de prædijs, & alijs rebus minorum*, ibi *sed nequè transactionis ratione &c.* licèt, vt dixi supra, sufficeret etiam talem impropriè dici, quia *d. l. iubemus 14. C. de SS. Eccles.* quamcunque speciem alienationis, & quemcumque titulum vetat.

Et eum, qui transigit alienare, probat etiam *R. Bossius in moralib. tit. de alien. bon. Eccl. nu. 262. 265. et seq. et 269. et seq.*

Non obstat igitur decisio textus *in opposito c. contingit 3. de transact.*

Quia, præter plures distinctiones quibus respondent Doctores, de quibus plenè *Barbosa in collect. ad dictum c. n. 1.* vers. *refert*, vt nimirum procedat vbi dubium est, an ius competat Ecclesiæ, vt
25 apud *Io. Paulum Meliorem allegat. 24. lib. 3.* (quod sanè ius ad legatum certum erat in casu nostro) vel quando Ecclesia per transactionem acquirit, procedat dictus canon; at quando non adquirit, seù quid modicum capit, non procedat; vel quod procedat, vbi agitur de iure nondùm quæsito, nec radicato; secus verò, vbi de iure quæsito; vel quod procedat, quia in casu *dicti c. contingit*, Prælatus recuperauerat rem Ecclesiæ ab alio detentam, cui pecuniam dederat; vel quod procedat, vbi adsit euidens vtilitas Ecclesiæ: Vel quod procedat, vbi moralitèr impossibile erat, vt res, de qua ibi transactum est, recuperari posset, vt sensit *Barbosa* vers. *quod adeò verum.*

Satis est, quod communis sententia recepta est, vt dictus Canon non procedat vbi bona, de quibus transigitur, remaneant penes laicum, vt præter
26 supracitatos disertè expressit *Abbas ibi num. 3.* vers. *vndè siuè Prælatus petat possessionem ab alio detentam, siuè ab eo petatur, nunquàm poterit fieri transactio, per quam possessio remaneat penes alium sinè solemnitate debita*, hoc est, vt supra dixerat, *nisi capitulum consentiat, & authoritas Superioris interueniat.* Nam licèt

canon

canon non nominet ſuperiorem; *tamen*
ius ſuperioris remanet illaſum, quia hic
ſolùm quærebatur de capitulo, ait idem
Abbas in verſ. *Nec obſtat prædicta conclu-*
ſioni: quæ fortiùs vrgent, attenta *dicta*
conſtitutione Vrbani 8. de qua dixi ſuprà.

Reſpondeo inſuper canonem illum
(vt patet ex epigraphe) eſſe Alexandri
Papæ Tertij, qui Eccleſiam rexit anno
27 vſquè 1165. quo Lombardia noſtra
inſurrexit contrà Fridericum Impera-
torem, vt ex Platina Giaconnio, & ex
Hiſtoria Pontificali videre eſt.

Paulum verò ſecundum, tuliſſe con-
ſtitutionem *ambitioſæ* anno 1468. vt le-
gitur in calce; & ſic non eſſe curandum
de illo canone, ſed quæſtionem tractan-
dam in terminis dictæ extrauagantis po-
ſterioris.

Minùs obſtat, quod quemadmodum
Moniales repudiare poterant legatum,
ità de eo tranſigere potuerint; Primùm
quia negatur conſequentia, nam qui non
acquirit, non diminuit patrimonium, nec
bona Eccleſiæ *l. non fraudantur* 134. *ff.*
28 *de regul. iuris*, ibi *cum quid non adquiri-*
tur, ſed cum quid de bonis diminuitur;
qui verò tranſigit, cum per neceſſarium
antecedens, præſupponat acquiſitionem
iuris, ſiuè agnitionem; ideò tranſigendo
diminuit, quod facere non licet ſine ſu-
perioris aſſenſu. Deindè, quia non eſt
certa iſta præpoſitio, quod legatum ha-
bens euidentem vtilitatem Eccleſię poſ-
ſit ad libitum repudiari ſinè conſenſu ſu-
29 periorum; quæſtionem enim hanc gra-
uem tractat *Abbas in c. tua nuper* 8. *nu.*9.
& ibi *Sappia in addit. lit. A. de his, quæ*
fiunt à Prælatis, vbi videatur: Receptum
inſuper eſt, vt Eccleſiæ, quæ repudiauit
legatum euidenter vtile, vel detur reſti-
tutio in integrum, vel Prælatus, qui re-
pudiauit *poſſit compelli, vt ſatisfaciat Ec-*
cleſiæ de ſuo, inquit idem Abbas loco ci-
tato.

Prætcrea ex ipſo inſtrumento con-
ſtat actum hìc verè fuiſſe de iure iam
agnito, quæſito, ac radicato, ac de re-
nuntiatione translatiua, quæ agnitio-
nem præſupponit, & quæ ideo priuatio
30 dicitur, non negàtio. *Donadeus de re-*
nunt. cap. 1. *num.* 11. *Florez Diaz de Mena*
in addit. ad Gam. decis. 92. *Gallerat. de re-*
nunt. lib. 1. *cap.* 2. *nu.* 24. & 40. *Larrea de-*
ciſ. Granat. 55. *num.* 15. diferunt enim
ſpecie renuntiatio translatiua, & extin-
ctiua. *Bottilier de ſucceſſ. cap.* 2. *Theorema-*
te 42. *nu.* 12. verſ. *pro complemento, & nu.*
13. *& theorem.* 43. *pag.* 209.

Tertia ratio eſt, quia ſi ſententia con-
traria in Eccleſiam Dei ſic intrudatur,
vt nimirum prohibiti alienare ſine Pon-
tifitio aſſenſu, poſſint tamen tranſigere
cum authoritate Prælati, etiam vbi eui-
dens vtilitas non adſit, quis non videt
hoc diuerticulo eludi poſſe frequentèr
tot Sanctiſſimas leges, tot Conciliorum
decreta? quid enim faciliùs, quàm con-
tractibus, & alienationibus colorem ex-
trinſecum tranſactionis inducere; maxi-
mè ſi cum potentioribus lis agatur?
Quid proderunt Sanctiones de hoc latæ
per *Lateranenſe Conſilium V. ſub Anaſta-*
31 *ſio cap.*4. *per Agatenſe c.*7. *& c.*22. *per Tu-*
ronenſe ſub Leone Pontifice cap. 11. *per Va-*
lentinum ſub Damaſo cap. 11. *per Cartha-*
ginenſe 5. *cap.* 6. *per Tridentinum de re-*
format. ſeſſ. 22. *cap.* 11. de quibus cumula-
tè agit idem *Gragna Nieto ad dictum c.*
nulli num. 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Quæ
omnia in ſuo robore permanere voluit
S.P. *Paulus* in dicta conſtitutione *Ambi-*
tioſæ verſ. *Prædeceſſorum noſtrorum*, &c.
Nàm vt ait *Redoan. de rebus Eccleſ. non*
alien. quæſtione 2. *cap.* 1. *num.* 10. *ſi permit-*
teretur ſic alienari, quotidie procurarén-
tur lites moueri, vt poſtea ſuper eis poſſet
32 *tranſigi*, & redderentur eluſorij tot ca-
nones; cum tamen lex rebus, non ver-
bis data ſit, & ideò finis legis ſpectandus
ſit, quia ſcire leges non eſt verba tenere,
ſed vim, ac poteſtatem *l. ſcire* 17. *ff. de ll.*
& quia peccat in legem, qui ſaluis ver-
bis legis ſententiam eius circumuenit, &
contra legis nititur voluntatem *l. contra*
29. *ff. eod. l. non dubium* 5. *C. eod.*

Sed quia non tantùm in ſubiecta ma-
teria, habenda ratio eſt formæ, & ſo-
lemnitatis, ſed etiam certæ vtilitatis, vt
ex celebri *gloſa in dicto c. nulli* in verbo
alienare de reb. Eccleſ. non alienan. & ex c.
ſinè exceptione 12. *q.* 2. ideò confero
me ad articulum læſionis enormiſſimæ,
quã niſi fallor in aperto lumine ponam.

Pars

Pars secunda de læsione anormissima.

QVæstio celebris est, & contrarijs hinc indè Doctorum suffragijs agitata, an ad transactionem rescindendam attendatur ænormissima
33 læsio, vt videre est apud *Larream decis. Granat. 68. Merendam controu. lib. 6. cap. 21. Castillo de alim. cap. 36. §. 2.*

Affirmans tamen sententia, communior, verior, & æquior est; quia si contraria reciperetur, vt nimirùm transactiones adamantino clauo, ità defixæ sint, vt semel factæ, infringi non possint; ve imperitis, & pauperibus; quid enim faciliùs, quàm dubia excitare, & deindè transfigere? Sanè cum finis legis, & legislatoris, non alius sit, quàm facere Subditum bonum, vt notant morales, & Politici omnes; ideò non est aperienda ianua ijs opinionibus, quibus peccari possit facillimè contra finem legis: Hanc igitur affirmatiuam meritò tuentur videndi.

Andreol. qui innumeros colligit *controuers. forens. p. 3. cap. 246. num. 1.*

Fontanella de pactis nupt. claus. 4. glos. 9. p. 5. nu. 202. qui pluries congerit.

Fachineus controu. iur. lib. 2. cap. 26.

Bartolus in l. 2. sub nu. 7. C. de rescind. venditione, & in l. Lucius §. vlt. ff. ad Trebellian.

34 *Canall. in suis commun. q. 72. lib. 1.*

Costa remed. subsid. 47. num. 1.

Io. Antonius Bellon. cons. 52. sub num. 2. cum seq.

Trentacinq. var. resol. tit. de transact. resol. 1. sub num. 2. & de empt. & vendit. resol. 3. num. 7.

Andreas Georgius allegat. 34. nu. 16.

Fab. Capyc. Galeotta controu. 42. num. 9. lib. 1.

Duran. decis. 121. num. 17.

Intrigliol. decis. 45. nu. 27.

Rhaudens. decis. 17. sub num. 6. & 9.

De arrestis Curiæ Gallicanæ testatur *Rebuff. ad Gallic. constitut. de rescis. contract. art. vnico glos. 15. sub num. 18.*

De Lusitania Senatu *Valasch. consult. 18. num. 7.*

Gama decis. 10.

De Senatu *Cathaloniæ Peguerra in decis. 137. in fine.*

De Rota Romana Amat. decis. Ferrar. 65. num. 12. Putheus decis. 230. nu. 5. lib. 1. Rota diuers. decis. 732. nu. 2. p. 1.

De Rota Perus. Ioseph Ludouis. decis. 18.

Cum autem inter hasce sententias trãseant alij distinguentes casum in quo ænormissima læsio parum excedit dimidiam, ab eo casu in quo longè excedit, vt apud *Andreol. d. controu. 246. sub num. 3. p. 3. Molinam de Hispan. primog. lib. 4. cap. 9. nu. 36. Dec. cons. 216. visa transactione. Simon. de Præt. cons. 27. num. 4. Riminald. Iun. cons. 77. num. 20. Franciscum Anton. à Costa cons. 29. num. 13. cum seqq.*

Et cum (vt ait doctus *Additionator ad Molinam d. lib. 4. cap. 9. num. 34. ad 37. folio mihi 303.) circa prædicta, vera, & recepta sententia sit, quod remedium legis 2. C. de rescind. vendit. locum habeat quando adest læsio anormissima, habito respectu ad dubium litis euentum, seu ad actionis valorem*, quam sententiam *sexdecim Doctorum* auctoritate confirmat, quos non transcribo (Qui sanè dubius litis euentus à prudentia Iudicis expendendus est *Andreol. loco citato nu. 12.*)

Ideò totus in hoc ero, vt ostendam, habita etiam ratione dubij litis euentus, & valoris dicti legati, seù actionis competentis ad illud, emergere ex dicta trãsactione læsionem ænormissimam longè, & longissimè vltrà dimidiam.

Exordiendo igitur à dubio litis euentu, considero primo loco, certam futura fuisse victoriam Monialium, si res venisset ad Iuditium contentiosum, tum quia legata pia debebantur, vt dixi etiam hereditate non adita; tum quia D. Comes Io. Baptista Arconatus filius, & heres immiscuerat se iam statim à morte patris in hereditate, absquè vlla cau-
37 tela, reseruatione, siuè protestatione, nullo dato curatore hereditati, nullis citatis creditoribus, nec legatarijs, quãuis mobilia magni pretij adessent vt infra (quæ tamen omnia facere tenebatur, ad tradita per *Carpan. ad stat. 272. num. 28. vol. 1.*) sed simplici, ac priuata descriptione clàm facta, imo nunquam exhibita, vt legitur in dicto Instrumen-

to

to transactionis pag. 16. vbi Magnificus Dugnanus sic loquitur.

Auertendo, che il Sig. Conte Gio. Battista douerà dare conto di tutto quello si è trouato in detta heredità; per il qual conto non basta l' inuentario da Sua Signoria fatto per non hauere citato li creditori, nè legatarij, nè dato curatore all' heredità; anzi viene con quello ad esserſi grauato per esserſi immiſchiato ne' beni stabili, e mobili sotto preteſto di fideicommiſſo, e crediti, per i quali non poteua da ſe ſteſſo ingerirſi mà doueua il tutto riceuere di mano dell' herede, ò del curatore della heredità; e questo solo baſtarebbe per obligarlo à pagare tutta la donazione alle Monache ſenza altra proua. Quam quidem assertionem Comes non oppugnauit vt liquet ex instrumento, imò approbauit.

Et quæ quidem immixtio, fortiùs præsumitur, siuè quia in Ducatu beneficium inuentarij sublatum est per *statut.* 277. *vol.* 1. siuè quia immixtio faciliùs intrat vigore suitatis *Gratia. discep.* 732. *num.* 52. *Surd. conſ.* 458. *num.* 4. & 13.
38 siuè quia potiſſimam probationem immixtionis dedit continuata poſſeſſio bonorum hereditariorum, mobilium, & suppellectilis pretiosæ *Ludouis. decis.* 371. *nu.* 8. *Christophor. Mart. Medic. decis.* 79. *num.* 10. *Surd. conſ.* 253. *num.* 31. *Valenz. conſ.* 17. *num.* 24. & perceptio fructuum absque protestatione *Fachineus controuerſ.* 52. *lib.* 6. verſ. *& hæc ſententia*: nam etiam si D. Comes ius fideicommiſſi prætenderet, ista non poſſeſſio capta simpliciter, & sine auctoritate Iudicis, præsumitur capta iure hereditario *Rota apud Farinac. decis.* 276. *num.* 5. *p.* 1. *in recentiſſim.*; præsertim cum hereditas opulenta foret, vt patet ex calculo inserto in ipsa transactione, & infrà dicemus. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 27.

Menoch præſumpt. 99. *num.* 4. *lib.* 4.

Theſaur. q. 51. *num.* 5. *lib.* 2.

Cum igitur immixtionem haberemus, quæ effecit, vt patrimonium hæredis confusum sit, imò identificatum
39 cum illo defuncti *Odd. de fideicomm. q.* 2. *num.* 25. non erat amplius considerandum ius fideicommiſſi, quod heres deduxit pro fundamento transactionis.

Conſidero secundo loco, quod etiam si dictum ius fideicommiſſi conſiderabile fuiſſet (de quo tamen curandum non est attenta immixtione prædicta); adhuc tamen hereditatem defuncti segregatam per se, adeò pinguem fuiſſe, vt nullo iure potuerit denegari solutio totius legati.

Enim verò præterquamquod hæc veritas apertiſſimè scatet ex ipso contextu legati, vbi testator tàm diligentèr, & enixè *pro intelligentia facti*, & ad *tollendas cauillationes* (vt ipse dicit) declarat, & exprimit quid, & quantum bonorum, & iurium liberorum in hereditate sua relinquat, *ne filius ſuus* (sunt eius præcisa
40 verba) *conqueri poſſit in tonum, nec pro parte de prædictis per me diſpoſitis, et legatis, vt ſupra, ſed potiùs cognoſcat ſe de iure Diuino, et humano teneri adimplere, et ſeruari facere à me diſpoſita, vt ſupra dico etc.* vt latiſſimè prosequitur à verſiculo incipiente *cuius meæ efficaciſſimæ voluntatis pag.* 5. vsque ad verſic. *& vbi dictus filius meus pag.* 6. qui sanè totus contextus legendus omninò est per Ampliſſimos DD. Senatores, qui iudicare debebunt; quia magni est momenti, & magnam veritatis imaginem præsefert, presertim in ore Patris sic vnicum filium suum alloquentis eo tempore, quo nemo de morte cogitans mentiri præsumitur.

Comprobatur insuper ex ipsomet calculo, siuè bilantio die 8. Iunij 1639. inito per D. Senatorem Dugnanum de consensu, & voluntate heredis ibi præsentis inserto in dicto transactionis instrumento à pag. 12. ad 16. ex quo patet hereditatem opulentam esse.

Maximè si Senatus Excellentiſſ. ponderet omiſſa fuiſſe in dicto calculo vniuersa bona, & redditus Lotharingiæ, ex quibus testator pag. 6. asserit percipi redditum *duorum mille francorum*; & in quibus (folio eodem à tergo) substituit in casu inadimplementi *Hoſpitale, quod eſt à coſten la Ville Nuoe*: Bona quoque, quæ se Romæ poſſidere dixit: atq; etiam pretium bonorum Cotij.

Item omniſſum fuiſſe valorem, & pretium

tium gemmarum, vnionum, & splendidæ suppellectilis, & quantitatem pecuniarum domi relictarum, vt apparet ex pag. 15. de quibus pag. 6. sic meminit testator in hæc verba: *Item omnes pecunias, quas habeo in Banco Sancti Ambrosij Mediolani, & alias pecunias, quas tempore obitus mei relinquam; item margaritas quamplures non exigui valoris: Item redditus duorum mille francorum, quos habeo in Lotharingia*, vbi testator Præfectus fuerat Prætorianorum Militum illius Serenissimi Ducis.

Quod si prædictis addamus deductionem legitimæ, quæ integrè competebat dicto D. Testatori, vt etiam pro constanti supposuit D. Dugnanus pag. 11. à tergo vers. *inter alias*.

Pecunias in Banco positas per eundem testatorem, & ab eo relictas in summa librarum 57V. monetæ cambiorum, vt apparet ex pag. 6. & ex autentica attestatione Ministrorum dicti Banci apud Magnificum Relatorem.

Perticas terræ 430. emptas ab ipso testatore, vti profitetur pag. 5. & vt in dicto calculo heres admittit.

Debita soluta per defunctum, & per eum enuntiata in legato inserto transactioni pag. 5. & 6. cui heres præsens acquieuit vt supra; & de quibus non egit D. Dugnanus.

Insubsistentiam assertionis, de qua pag. 8. quod nimirùm bona defuncti obligata essent pro supposita redintegratione fideicommissi: pro qua nullam dari hypothecam certum est apud Excellentiss. Mediolani Senatum; quidquid sit in alijs Italiæ Prouincijs.

Profectò de opulentia dictæ hereditatis neminem dubitaturum esse mihi persuadeo.

Considero tertio loco læsionem longè supra ænormissimam probari si conferantur inter se valor, & commodum ipsius legati, & actionis ad illud Monia-
41 libus competentis ex vna parte, & pretium transactionis per Comitem heredem promissum, & partim solutum ex altera.

Valor enim, & commodum infrascripta complectitur, scilicet perticas terræ nouem centum quinque, vt ex assertione testatoris pag. 5. & confessione, & admissione heredis pag. 14. quarum pretium de consensu æstimatum fuit ibidem in libras 36. in singulas perticas, & constat in totum lib. 32580

quamuis supra idem heres pag. 13. dixisset ipse valere libras 40. ibi *dice il Sig. Conte Gio. Battista lir. 40. e si valutano il terzo di più sono lir. 53. 6. 8.* adeò vt ignorem quomodo deindè D. Dugnanus recedere potuerit saltem à pretio per ipsum heredem taxato; cum nulla maior probatio detur, quã propria confessio: & quomodo vbi agebatur de commodo heredis taxauerit perticas bonorum Abbiati Grassi in libras 53. vt ex pag. 13. ibi *si valutano il terzo di più*, & vbi agebatur de commodo Monialium, taxauerit eadem bona in libras 36. tantũ vt ex pag. 14

Palatium Magnificum cui iunctum est amplissimum Viridarium, vt ait etiam testator pag. 3. nouis vitibus, & varijs pomorum arboribus repletum; in cuius refectionem impendisse testator asscritur in calculo pag. 14. libras nonaginta mille. libr. 90000

id quod sanè patet ad oculum, si quis molem totam, & ingentem substructionem intueatur.

Quibus accedit valor ipsius Viridarij, & ędium antiquarum libr.

Libras duodecim mille Imper. quas (vt ait idem testator pag. 3.) *possint impendere ad redigendam dictam domum meam in vsum claustri, vt decentiùs, & commodiùs possint ibi degere, & seruire Deo.* libr. 12000

Quibus addi debet commodum, pretiumq; sanitatis, quæ res inæstimabilis est, quod ex translatione Monas-
42 terij sensissent Moniales, ad quod principaliter respexit ipse testator, vt mox dicemus.

Pretium porrò transactionis fuit solummodo librarum octo mille; ex quibus

bus ter mille soluendæ erant ad triennium, vltrà celebrationem missæ quotidianæ, quam D. Comes in partem dicti pretij transactionis suscepit in se, vt suis quoquè commodis inseruiret, dum Palatium habitabat distans ab Ecclesijs.

Dixi librarum octo mille, quia verè celebratio Missę non erat futura Monialibus oneri, sed potiùs commodo; nam translato Monasterio, Sacrum audiuissent à titulari Capellano, quod nunc sibi quotidie parare coguntur à mercenario, & consequenter D. Comes nihil dedit cum Missam in se suscepit.

Considero tertio loco verba illa testatoris, quæ leguntur in vers. *nempe* pag. 6. slz. *quæ omnia relinquo dicto filio meo ad effectum vt adimpleat exactè per me vtsupra disposita, & legata*, alioquin substituit in bonis Mediolani Hospitale Maius, & in bonis Lotharingiæ Hospitale Ancei: succedebat ergo regula, vt datum sub vna conditione, & sub contraria censeretur ademptum; atque ideo debebant Præpositus Plattus protector, & defensor Monialium statim, ac heres detrectauit legatum soluere, excitare dicta Hospitalia; sic enim factum fuisset, vt heres metu hereditatis amittendæ legatum solueret.

Quis igitur non videt læsionem ęnormissimam imò, & longissimè suprà ænormissimam probari; Ex qua etiam nullitas contractus inducitur ipso iure *Fontanell. decis. 64. Salern. cons. 35.*

Nequè obstant obiecta duo, quæ ponebat D. Aduocatus contrarius.

Alterum scilicet, quod pretium bonorum in rationem librarum 36. pro singula pertica nimium fuit, quia bona alia eiusdem Territorij, attenta magnitudine onerum, minoris vendita fuerunt; & quòd ipsæmet Moniales dicantur in transactione recusasse bona, quæ pro pretio transactionis offerebat D. Comes, eo quia fructus consumebantur ab oneribus.

Alterum verò, quod Palatia, quæ ruri sunt, habeantur pro ruderibus, vt ipse aiebat.

Quia respondetur simul ad vtrumque obiectum, si Aduersarius minuit valorem legati, minuendo pretium bonorum & Palatij; non potest deindè negare, quin vires hereditatis essent longè sufficientes ad soluendum totum legatum, etiam si in calculo hereditatis ponerentur non nisi libre 57 V. existētes *in Banco* & deductio legitimæ, & splendida supellex, quam domi reliquit testator simul cum alijs pecunijs, vnionibus &c. quod argumentandi sola gratia dictum volo. Cur igitur heres bona non dimisit, & legatum non soluit?

Respondetur deindè separatim ad primum, non posse dari maiorem probationem valoris bonorum, quam confessionem emissam ab ipsomet herede vt supra, quique eam sciens, & præsens inferi passus est in instrumentum transactionis: Additurq; transactionem initam, tunc fuisse cum hoc supposito; & sic ad cognoscendam læsionem, considerandum esse contractum ex tunc, prout initus fuit. Præterea non esse curandum de enuntiatiua illa, quæ legitur in transactione, de recusatione bonorum, quia oneribus prægrauata forent: quia onera sunt accidentalia, & possunt quidem minuere, non tamen ad nihilum reducere pretium bonorum: quia non exprimitur quænam bona Comes offerret; nam verè nemora offerebat, non autem bona fertilia: quia Monialibus non expediebat attenta tenuitate pretij transactionis, & consequēter tenui quātitate bonorum, quæ loco pretij dari volebant, ea accipere: Quia si bona offerebantur à Comite in solutum; ergo aliquid valebant, quia enūtiatiua illa emissa fuit ab alijs Mediolani; non ab ipsis Monialibus, & in instrumento transactionis, aduersus quod, & quæcunq; præiuditialia in eo contenta, restitutionem in integrum petierunt Moniales: Et demùm frustra de hoc disputari, quia minuat Aduersarius quantū vult (quod tamen nullo modo admittitur) valorem bonorum, & Palatij nunquàm tamen læsionem longè enormissimā maiorem excitabit, additis libris 12 V. vt supra legatis, vt patebit calculum ineunti: & addito commodo inæstimabili sanitatis, & aeris purioris.

Ad secundùm verò respondetur primo loco licèt regulariter pretium, seu valor rei immobilis probetur per æstimationem redituum, qui ex ea percipiuntur *l. si quos 16.* ibi *redditsuum quantitas æstimatur C. de rescind. vendit.* vbi *Gothofredus in notis lit. D. ex Molin. de vsuris num.* 115. ait hanc esse iustam, &
43 æquabilem proportionem *l. si fundum 92. ff. de leg. 1.* ibi *excusso pretio secundùm redditum eius fundi l. si fundus 13. ff. de rebus eorum, qui sub tutela:* ibi *cum vtique pro fructuum modo pretium inuenturus sit*, latè *Caluin. de æquit. cap. 89. lib. 1.*

Tamen ad hunc casum regula non aptatur, quia sumus in illustri ædifitio, ac Palatio Basilico, quod plus habet sumptus, quàm reditus: potius igitur seruatur praxis, de qua *Bartolus in l. 2. nu. 20. & seq. C. de resc. vendit.* & ibi *Castrensis, & Salycetus*, vt scilicet æstimetur per pe-
44 ritos. ita etiam *Couarr. var. lib. 2. cap. 3. n. 4. & seq.* De hac verò æquissima praxi cum *Gabriele cons. 168. nu. 115. lib. 1.* testatur *Caluinus d. cap. 89. nu. 15. & 16.* vt scilicet valor materialium coaceruetur cum quantitate redditus, detractis oneribus; mox valor ad totius huius summe dimidiam partem reducatur: & hanc mediam viam tenuisse testatur Senatum nostrum.

Respondetur secundo loco Palatium istud cum adiuncto viridario, & nouelleto, esse intra Ducatum Mediolani, & intrà Flumen Ticinum, & positum ad Nauigium magnum, quibus in locis ratio valoris solet haberi ob exiguam ab Vrbe distantiam, & ob alia commoda, quæ percipiuntur: Enimverò si alibi bona vendantur cum magno Palatio, & amplo viridario; adhùc, vel pretium separatim constituitur à peritis, vel augetur pretium singularum perticarum. Præterea si soli lateres vendantur simul cum viridario plurium perticarum, nouellis vitibus consito; profectò in hoc casu tantùm percipietur, vt non esset adhùc de læsione longè maiori ænormissima, computatis alijs, vt supra, dubitandum.

Meliùs etiam respondetur in hac specie legati, totum pretium, quod insumpsit testator inspiciendum esse; caussa enim ad quam testator respexit (vt supra diximus) illa fuit, vt Palatium transiret in Monasterium; vtque salubriore aere fruerentur, & saniores fierent Moniales: hanc enim caussam disertè profitetur in illis verbis, *sed cum obseruatum fuerit bonas illas Moniales, vt plurimùm singulis annis, siuè ex inclementia Cæli, siuè ex angustia Monasterij ægrotare; cum domi mea, cui iunctum est satis amplum Viridarium, & ex multò salubrioris aeris qualitate possit sperari illas Moniales non debere adeò subiectas esse morbis, si in illa domo, siue Palatio degere possint, hac de caussa &c.* tanti igitur valet Monialibus Palatium, quanti constitit ædifitium, & quanti sanitas valet, ideoq; læsio ænormissimarum maxima demonstratur.

Nam ratio cur ædifitia suburbana, vel Domus in Prouincijs, vel alibi positas ædes, minoris æstimentur, non alia assignatur per Iustinianum in *l. fin. §. sin autem 4. C. de bon. qua liber.* quàm quia *steriles* sint: sed hæc ratio cessat in legato huius Palatij, imò quod magis est ces-
45 sat (vt Theologi aiunt) contrariè, quia legatum expressè fuit, & deseruire habet ad solum finem, vt in Monasterium euadat, quo in casu vberrimum inter omnes fundos fructum reddet; cessat igitur, & regula supradicta; neque enim nouum est, vt lex generalis restringatur ex caussa, vel ratione particulari *l. cum pater 77. §. dulcissimis 20. ff. de leg. 2. l. si de certa re 31. C. de transact. Girunda de priuilegijs num. 276. & 526.*

Et si enim regulariter res æstimentur ex veritate, non ex affectione *l. pretia rerum 63. l. in falcidia 42. ff. ad l. falcidiam;* fallit tamen quando vtilitas iuncta est affectioni, tunc enim ex affectione agentis res controuersa æstimatur. *l. videa-
46 mus 4. ff. de in lit. iurando:* cum igitur huic affectioni maxima vtilitas coniuncta sit, quæ oritur ex translatione Monasterij in ædes magnificas, & ampliores, & benè materiatas, & quod magis est in aerem longè salubriorem; propter quem finem principaliter expressit in legato testator se moueri ad legandum; ideò Palatium ex hac affectione vtilitati con-
iuncta

iuncta æstimandum est.

Legatum autem hoc æstimari ex affectione, & commodo legatarij, probant textus elegantes in *l. cum seruus* 54. *ff. mandati*, ibi *placuit enim prudentioribus affectus rationem in bonæ fidei iudicijs habendam* in *l. libertus* 36. *ff. de bon. libert.* ibi *et sanè absurdum est ius patroni in petenda bonorum possessione contra tabulas, aliorum computatione, non iuditio*
47 *ipsius æstimari*, & infrà, *quod non pretio, sed affectu sit æstimandum*: & rursus, *qui animo potius, quàm aliorum computatione bona liberti æstimat*, & de affectione Palatij videantur *Castillo tom.5. cap.85. n.14. Marescott. var. cap.114. num.13. & 14.*

Fortiùs est, quia sumus in Ecclesia legataria, quæ vt dixi minoribus comparatur, ad quorum fauorem admittitur
48 pretium, & interesse affectionis *l. si in emptionem* 35. *ff. de minor. l. lex, qua* 22. vers. *nec verò domum C. de administr. tutor. Oddus videndus de restit. in integr. q. 4. art. 10. num.84.* vers. *in contrarium, & seq.*

Demum quia verè sensus demonstrat 50
tanti esse rem legatam, quanti locupletior sit legatarius eam acquirendo: atqui in hoc casu negare non possumus, quin Moniales adquirendo Palatium adquirant Monasterium, & quin commodum sentiant aeris purioris, & sic sanitatis, quàm vti caussam finalem expressit testator, & quæ valoris inæstimabilis est, vt in puncto de aeris meliore temperie ex *Bartol. Veronensi, & Ripa*
49 *de peste* probat *Oddus d. q. 4. art. 10. n.87.* igitur Palatium æstimandum est in rationem lucri, & commodi, quod legatariæ sentiunt; ne sensum, ac rationem naturalem relinquere dicamur, vt aliam moralem quæramus, quod imbecillitatem intellectus argueret *Bald. cons.* 360. quia quæstio ista *num. 3. lib. 3. Scaccia de commerc. §. 7. glos. 2. num. 35.*

Pars tertia de Restitutione in integrum.

SED ex alio quoque capite iura Monialium in tuto ponuntur, nimirum ex capite restitutionis in integrum, quam aduersus transactionem petiucrunt. Quidquid enim controuertant inter se Doctores an remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* locum habeat in transactione; & quomodo læsio consideranda sit, de quibus quæstionibus latè hactenus egi.

Tamen receptum est, quod minoribus (& sic piæ caussæ) nàm ab illis ad hanc validè argumentamur, (vt apud *Euerardum in Topica*) detur restitutio aduersus transactionem; & quod ad hanc restitutionem obtinendam sufficiat etiam læsio, quæ magna non sit, sed Iudici arbitraria; puta, quia non expediuerit sic transigere.

Castillo videndus *de alimentis cap. 36. 38. & 40.*

Ità etiam probant textus aperti *in l. prima, & secunda C. si aduersus transactionem, & in l. si profundo 33. C. de transact.* in illis verbis, *nec eo tempore minor annis 25. fuisti.*

Oddus de restit. q. 66. art. 4. num. 17.

Carolus Bardellonus videndus cons. 2. à num. 16. ad 21. lib. 1.

Manent. decis. 142. nu. 48.

Rhaudens. decis. 17. num. 6. p. 1.

Molin. de Iustitia, & iure disput. 556. vers. *rescinditur præterea.*

Menoch. cons. 1164. num. 17. 18. lib. 12.

Faber. de error. decade. 1. errore 10.

Decian. cons. 56. num. 23. & 75. lib. 4. & alij quos omitto.

Et in terminis quoque fortioribus de repudiatione legati legitur textus in *l. magis puto 5. §. fundum 8. ff. de rebus eorum, qui sub tutela*, vbi Vlpianus ait *fun-*
51 *dum legatum repudiare pupillus sinè tutoris authoritate non potest: esse enim, & hanc alienationem cum res sit pupilli nemo dubitat*. benè, & omnino videndus *Galleratus de renunt. lib. 1. cap. 2. à nu. 59. ad 69.* vbi contrarijs argumentis respondet; pulchrè *Bottilierius de success. theorem. 82. num. 8. & seq.* vbi *num. 9.* ex *Capycio* docet in repudiatione legati requiri solemnia alienationis.

Nec obstat lapsus quadriennij ad pe-
52 tendam restitutionem in integrum ex *Clement. vnic. lib. 1. tit. 11.* & ex aliis iuris locis.

Quia vbi allegatur læsio ænormissima,

ma, datur restitutio etiam post quadriennium latè *Giurba decis. 106. nu. 12.* maximè coram Senatu, qui iudicat sola facti veritate inspecta, idem *Giurba n. 13.* Deinde quia si subducantur tempora quibus vixit Abbatissa, quæ transegit, vt supra num. (quæ subducenda sunt, vt apud *Giurbam* loco citato) tunc quadriennium non effluxit.

Moniales porrò restituendas esse in
53 integrum etiam aduersus lucrum omissum docet *Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 20. num. 3.* vbi plures allegat, & *cap. 41. n. 25.* in fine *eodem libro*; & tàm aduersus repudiationem legati, quàm renuntiationem dicto *cap. 41. nu. 10. 11. 22. & 23.* præcipuè si per facilitatem amissum fuerit lucrum *Sanchez de matrim. disput. 4. lib. 6. num. 12.* sic etiam docet textus in *l. ait Prætor §. fin. ff. de minoribus*, vbi Vlpianus ait, *& sine dolo cuiusquam legatum repudiauerit debere subueniri, & in l. 3. §. si quid minori, & in l. non omnia 44. ff. eod.*

SOLVTIO CONTRARIORVM.

SVperest nunc oppositiones alias remouere, quibus DD. Aduocati contrarii in contradicto iuditio nitebantur contra Moniales.

54 Aiebant primo loco legatum Palatii, & aureorum bis mille, non fuisse simpliciter, & absolutè relictum Monialibus, sed sub conditione beneplaciti Apostolici: Verba enim testatoris sunt hæc.

Quod si Pontifex Maximus termino anni à die scientiæ præsentis meæ voluntatis, quam habuerint dictæ Moniales (& eam scientiam habuisse intelligantur, termino mensis immediatè sequentis post meum decessum) nolit illam translationem permittere, et in dictam meam domum non se contulerint cum effectu ad habitandum, volo Palatium illud locari honestis personis, sed dictæ libræ duodecim mille Imperiales, nolo vllo modo cedere in vsum dictarum Monialium, neque ad illarum manus peruenire etc. Sed quod ab herede meo relinquantur in Banco, vel implicentur etc. Cum igitur lapsus sit annus absque impetratione beneplaciti, inferebant legatum resolutum esse, & n deberi.

Soluitur multifariam obiectum hc Primo modo, quia quod attinet ad l sionem longè supra ænormissimam, sic ad infringendam transactionem, v ope rescissionis, vel restitutionis in int grum firma remanet conclusio nostr nam in casu beneplaciti non reportat non tollit testator legatum Palatii, bonorum immobilium Monialibus put factum, quæ semper in omni casu d bentur, sed tantum adimit libras illa 12 V. pro structura claustri, quarum de tractio læsionem non tollit, seù restitutionem in integrum non impedit.

Dicit enim testator *volo Palatium illud locari honestis personis, sed dictas libras duodecim mille Imper. nolo vll modo cedere in vsum dictarum Monialium*: Exceptio siquidem hæc solarum librarum 12 V. firmat, quod Palatium
55 remanet Monialibus, quæ locare illud debebant honestis personis *Menoch. cons. 312. num. 6. Gabriel. cons. 85. num. 4. lib. 1. Tiraquel. de retract. Lignag. ad fin. tit. nu. 96. Surd. decis. 185. num. 8.*

Quod clarius fit, tùm ex eo, quod statim subdit testator de Sacello suo propè idem Palatium; illud enim simul cum Sacerdotalibus ornamentis nõ vult restaurari ex reditu Palatij, sed ex reditu dictarum librarum 12 V. tùm clarissimè ex illis verbis, quæ dicit (post substitutionem DD. Deputatorum Beatæ Mariæ Virginis ad S. Celsum Mediolani, eo casu quo heres, vel Moniales contrauenirent voluntati, & Missam transferre vellent à dicto Sacello, seù Oratorio ad aliam Ecclesiam) *volo tamen (dempta pensione dicti Capellani) fructus, siue pecunias, si qua superer unt, ex prouenien dis ex dictis bonis meis à dictis DD. Deputatis, quotannis dictis Monialibus erogari, et concedi, quia mea vltima, et irreuocabilis voluntatis fuit, stetit, et est, vbi possint habere dicta mea bona sine periculo vt supra* (hoc est incapacitatis respectu §. Collegijs N. C. tit. de pænis, cui tamen prouiderat) *quod ipsa contenta sint, et gaudeant, recitando dictas, antiphonas l'auanzo dell'entrate, che possono restare di quei beni, e fitti del* Pa-

Palazzo, che si affitti però à persone honorate. Quæ postrema verba dubitandi locum non relinquunt: prout nec illa quæ leguntur in fine vers. *et vbi* nempè, *& reliquum redditruum meorum Monialibus tribuendum inuiolabiliter*.

Secundo modo soluitur obiectum, quia dictam conditionem beneplaciti Apostolici, vti necessariam suppofuit testator; & tamen hoc suppositum erroneum est, quià translatio Monasterij in locum, & aerem salubriorem non exi-
56 git, nisi licentiam Ordinarij ità in puncto cum *Barbosa, Miranda, Roderico*, & alijs, docent nouissimè *Tondutus quæst. benef. parte 1. quæst. 23. n. 7. Larea decis. Granatens. 97. num. 24. & 25.* vbi alios punctuales DD. citat.

Quis igitur dubitabit lectis verbis legati, ex quibus tantus amor colligitur quo testator Moniales prosequebatur, & tàm enixa voluntas apparet, vt bonis, & palatio fruerenter, legatum palatij deberi etiam beneplacito intrà annum non petito; dum certi sumus, quod si testator sciuisset beneplacitum Apostolicum non esse necessarium, vtiquè non apposuisset conditionem.

Præclarè *Molina* videndus *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 13. num. 26.* vers. *quod nullo pacto* pag. mihi 297. col. 1. vbi ait *comprobatur ex eo, quod defectus conditionis nunquam vitiat dispositionem,*
57 *quando verosimiliter disponens, legatum esset etiàm defecta conditione relicturus* ex textu *in l. cum tale 72. §. falsam caussam ff. de condit. & demonst.* ibi *si probetur aliàs legaturum non fuisse*, & ex alijs iuribus, quæ *Molina* recenset.

Tertio modo, quia cum, habita generica scientia legati, illud petierint Moniales, & heres se opposuerit allegando velle se abstinere ab hereditate (cui tamen se iam immiscuerat) & sibi bona hereditaria obligata esse pro redintegratione alienatorum (quod non erat verum, quia hypotheca non datur in hoc Mediolani dominio) quis dixerit annum cucurisse impeditis exfacto heredis? ad quid enim beneplacitum impetrare pro translatione Monasterij vbi negabatur legatum præstandum esse? succedit ergo regula Iuris, vt tempus impedito non currat, de qua Pompon ius *in l. in omnibus 39. ff. de reg. iur.* ai *in omnibus caussis pro facto accipitur id in quo per alium mora sit quominus fiat*, & ità in puncto de tempore, & conditione
58 præfinita à testatore *Castill. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. cap. 25. num. 43. et 44, et num. 66. et 67.* vbi respondet ad argumentum temporis a testatore præfiniti, & limitati oppositum supra *nu. 44.*

Quarto modo respondetur, legatum relictum piæ caussæ sub conditione mixta (qualis nostra isthæc est, quià ad supplicationem Monialium concurrere debuisset etiàm superioris Ecclesiastici voluntas) deberi quamuis conditio impleta non fuisset, vt latè apud *Tiraquel. de priuileg. pia caussa priuileg. 57.*

Quinto modo, quia cum conditio temporis adiecta fuerit ad maiorem fauorem Monialium, vt citiùs, & faciliùs migrarent in aerem salubriorem, vt liquet ex ipsismet verbis testatoris, quæ supra retulimus vers. *melius etiam*, ideò in earum odium non retorquetur *l. quod fauore 6. C. de ll.*

Et in puncto legati *Bartolus* videndus *in l. libertis 4. num. 1. et 4. ff. de alim. et cibar. legat.* Benè quoque *Castil. de vsufructu cap. 30. num. 15.* Enimverò conditio temporis ad beneplacitum reportãdum, non est caussa finalis, sed impulsiua, vt
59 citiùs, & securiùs meliore Cælo fruerentur Moniales, vt probatur tùm ex ipsis verbis, & potissimùm ex illa clausula. *Hac de causa suppliciter, et enixè Pontificem Maximum exoro*, quæ igitur immediatè post illa verba *ex multò salubrioris aeris qualitate*, & sic rigorem conditionis excludit, dum maiorem fauorem legatarij respicit; Tùm etiam probatur ex absoluta voluntate testatoris, donandi bona, & Palatium, de qua supra dixi vers. *quod clariùs*: Cessante igitur caussa impulsiua conditionis, non cessat legatum *Mantic. in puncto de coniect. lib. 6. tit. 14. num. 15.* & regulariter præsumitur potius esse impulsiua, quam finalis. *Idem Mantic.* vers. *Et quidem*, & vers. *notandum*: Potissimùm autem si ex hac præsumptione iuuetur caussa pia; tunc enim sem-

tolicum, quamuis dimittatur res, quæ
22 erat penes possidentem, ad hoc, vt valeat transactio, & Rotæ decisiones refert.

Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. *glos.* 14. *nu.* 65. 68. 69. 70. 71. & 72. vbi rationem reddit in hæc verba, *qui per transactionem dimittit ius, siuè actionem, quàm habet in re immobili ab alio possessa, & ipsam quoquè rem remittere, vel cedere videtur l. qui actionem ff. de reg. iur. & cum id faciat accepto pretio, quid dubitandum est? quin id habeat vim venditionis iuris, siuè actionis, quæ ad rem immobilem competit ideoque, & immobilis censeatur secundum ea, quæ diximus supra &c.*

Molina de primog. Hispan. lib. 4. cap. 9. num. 7. & 8. vbi *Additionator* alios Doctores plures adducit *num. 2. & num. 22.* quos non transcribo.

Coccin. decis. 301. *num.* 1.

Ferentill. ad Buratt. decis. 690. *litt. B.* vbi refert sic decisum fuisse in vna Mediolanensi.

Redoan. de rebus Ecclesiæ q. 2. cap. 1. nu. 7. & seq.

Petrus Franciscus de Sanlager. quæst. benef. cap. 137. *num.* 9. & 10. *p.* 3.

Surdus cons. 451. *num.* 25. & 26. *vers. tamen.*

Federic. de Senis cons. 94.

Porrò in transactione requiri eas solemnitates, quæ requiruntur in alienatione scribunt.

Sessè decis. 21. *num.* 12.

23 *Quaranta in summa Bullar. in verbo alienatio num.* 20.

Barbosa de potest. Episc. alleg. 95. *nu.* 63.

Borell. in sum. decis. p. 1. *tit.* 15. *num.* 24.

Menchaca de success. progres. lib. 3. §. 27. *num.* 23. qui loquitur de repud. legati prout etiam.

Pinell. de bon. mat. p. 3. *nu.* 103. *vers. alia ampliatio erit.*

Et sanè cum Ecclesia non minus, imò magis priuilegiata sit, quàm Imperator; cur dicemus Procuratorem Monialium
24 transigendo non alienare; Procuratorem verò Cæsaris transigendo alienare? Textus est expressus (quem acutissimo *Ario Pinello* acceptum refero) *in l.* 1. *ff. de officio Procuratoris Cæsaris*, ibi *si venditionis, vel donationis, vel transactionis caussa, quid agat, nihil agit; non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est.*

Ex quo textu ad literam habetur, & quidèm generalitèr, transactionem esse propriè alienationem, prout etiam ex alio apertissimo *textu in l. non solùm* 4. *C. de prædijs, & alijs rebus minorum*, ibi *sed neque transactionis ratione &c.* licèt, vt dixi supra, sufficeret etiam talem impropriè dici, quia *d. l. iubemus* 14. *C. de SS. Eccles.* quamcunque speciem alienationis, & quemcumque titulum vetat.

Et eum, qui transigit alienare, probat etiam *R. Bossius in moralib. tit. de alien. bon. Eccl. nu.* 262. 265 *et seq. et* 269. *et seq.*

Non obstat igitur decisio textus *in opposito c. contingit* 3. *de transact.*

Quia, præter plures distinctiones quibus respondent Doctores, de quibus plenè *Barbosa in collect. ad dictum c. n.* 1. *vers. refert*, vt nimirum procedat vbi dubium est, an ius competat Ecclesiæ, vt
25 apud *Io. Paulum Meliorem allegat.* 24. *lib.* 3. (quod sanè ius ad legatum certum erat in casu nostro) vel quando Ecclesia per transactionem acquirit, procedat dictus canon; at quando non adquirit, seù quid modicum capit, non procedat; vel quod procedat, vbi agitur de iure nondùm quæsito, nec radicato; secus verò, vbi de iure quæsito; vel quod procedat, quia in casu *dicti c. contingit*, Prælatus recuperauerat rem Ecclesiæ ab alio detentam, cui pecuniam dederat; vel quod procedat, vbi adsit euidens vtilitas Ecclesiæ: Vel quod procedat, vbi moralitèr impossibile erat, vt res, de qua ibi transactum est, recuperari posset, vt sensit *Barbosa* vers. *quod adeò verum.*

Satis est, quod communis sententia recepta est, vt dictus Canon non procedat vbi bona, de quibus transigitur, remaneant penes laicum, vt præter
26 supracitatos disertè expressit *Abbas ibi num.* 3. vers. *vndè siuè Prælatus petat possessionem ab alio detentam, siuè ab eo petatur, nunquàm poterit fieri transactio, per quam possessio remaneat penes alium sinè solemnitate debita*, hoc est, vt supra dixerat, *nisi capitulum consentiat, & authoritas Superioris interueniat.* Nam licèt

canon

canon non nominet superiorem; *tamen ius superioris remanet illasum, quia hic solùm quærebatur de capitulo*, ait idem *Abbas* in vers. *Nec obstat prædicta conclusioni*: quæ fortiùs vrgent, attenta *dicta constitutione Vrbani* 8. de qua dixi suprà.

Respondeo insuper canonem illum (vt patet ex epigraphe) esse Alexandri Papæ Tertij, qui Ecclesiam rexit anno
27 vsquè 1165. quo Lombardia nostra insurrexit contrà Fridericum Imperatorem, vt ex Platina Giaconnio, & ex Historia Pontificali videre est.

Paulum verò secundum, tulisse constitutionem *ambitiosæ* anno 1468. vt legitur in calce; & sic non esse curandum de illo canone, sed quæstionem tractandam in terminis dictæ extrauagantis posterioris.

Minùs obstat, quod quemadmodum Moniales repudiare poterant legatum, ità de eo transigere potuerint; Primùm quia negatur consequentia, nam qui non acquirit, non diminuit patrimonium, nec bona Ecclesiæ *l. non fraudantur* 134. *ff.*
28 *de regul. iuris*, ibi *cum quid non adquiritur, sed cum quid de bonis diminuitur*; qui verò transigit, cum per necessarium antecedens, præsupponat acquisitionem iuris, siuè agnitionem; ideò transigendo diminuit, quod facere non licet sine superioris assensu. Deindè, quia non est certa ista præpositio, quod legatum habens euidentem vtilitatem Ecclesię possit ad libitum repudiari sinè consensu su-
29 periorum; quæstionem enim hanc grauem tractat *Abbas in c. tua nuper* 8. *nu.* 9. & ibi *Sappia in addit. lit. A. de his, quæ fiunt à Prælatis*, vbi videatur: Receptum insuper est, vt Ecclesiæ, quæ repudiauit legatum euidenter vtile, vel detur restitutio in integrum, vel Prælatus, qui repudiauit *possit compelli, vt satisfaciat Ecclesiæ de suo*, inquit idem Abbas loco citato.

Præterea ex ipso instrumento constat actum hìc verè fuisse de iure iam agnito, quæsito, ac radicato, ac de renuntiatione translatiua, quæ agnitionem præsupponit, & quæ ideo priuatio
30 dicitur, non negatio. *Donadeus de renunt. cap.* 1. *num.* 11. *Florez Diaz de Mena in addit. ad Gam. decis.* 92. *Gallerat. de renunt. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 24. & 40. *Larrea decis. Granat.* 55. *num.* 15. diferunt enim specie renuntiatio translatiua, & extinctiua. *Bottilier. de success. cap.* 2. *Theoremate* 42. *nu.* 12. vers. *pro complemento, & nu.* 13. & *theorem.* 43. *pag.* 209.

Tertia ratio est, quia si sententia contraria in Ecclesiam Dei sic intrudatur, vt nimirum prohibiti alienare sine Pontifitio assensu, possint tamen transigere cum authoritate Prælati, etiam vbi euidens vtilitas non adsit, quis non videt hoc diuerticulo eludi posse frequentèr tot Sanctissimas leges, tot Conciliorum decreta? quid enim faciliùs, quàm contractibus, & alienationibus colorem extrinsecum transactionis inducere; maximè si cum potentioribus lis agatur? Quid proderunt Sanctiones de hoc latæ per *Lateranense Consilium V. sub Anasta-*
31 *sio cap.* 4. *per Agatense c.* 7. & *c.* 22. *per Turonense sub Leone Pontifice cap.* 11. *per Valentinum sub Damaso cap.* 11. *per Carthaginense* 5. *cap.* 6. *per Tridentinum de reformat. sess.* 22. *cap.* 11. de quibus cumulatè agit idem *Gragna Nieto ad dictum c. nulli num.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Quæ omnia in suo robore permanere voluit S. P. *Paulus* in dicta constitutione *Ambitiosæ* vers. *Prædecessorum nostrorum*, &c. Nàm vt ait *Redoan. de rebus Eccles. non alien. quæstione* 2. *cap.* 1. *num.* 10. *si permitteretur sic alienari, quotidie procurarentur lites moueri, vt postea super eis posset*
32 *transigi*, & redderentur elusorij tot canones; cum tamen lex rebus, non verbis data sit, & ideò finis legis spectandus sit, quia scire leges non est verba tenere, sed vim, ac potestatem *l. scire* 17. *ff. de ll.* & quia peccat in legem, qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit, & contra legis nititur voluntatem *l. contra* 29. *ff. eod. l. non dubium* 5. *C. eod.*

Sed quia non tantùm in subiecta materia, habenda ratio est formæ, & solemnitatis, sed etiam certæ vtilitatis, vt ex celebri *glosa in dicto c. nulli* in verbo *alienare de reb. Eccles. non alienan.* & *ex c. sinè exceptione* 12. *q.* 2. ideò confero me ad articulum læsionis enormissimæ, quã nisi fallor in aperto lumine ponam.

Pars

Pars secunda de læsione anormissima.

QVæstio celebris est, & contrarijs hinc indè Doctorum suffragijs agitata, an ad transactionem rescindendam attendatur ænormissima
33 læsio, vt videre est apud *Larream decis. Granat. 68. Merendam controu. lib. 6. cap. 21. Castillo de alim. cap. 36. §. 2.*

Affirmans tamen sententia, communior, verior, & æquior est; quia si contraria reciperetur, vt nimirùm transactiones adamantino clauo, ità defixæ sint, vt semel factæ, infringi non possint; ve imperitis, & pauperibus; quid enim faciliùs, quàm dubia excitare, & deindè transfigere? Sanè cum finis legis, & legislatoris, non alius sit, quàm facere Subditum bonum, vt notant morales, & Politici omnes; ideò non est aperienda ianua ijs opinionibus, quibus peccari possit facillimè contra finem legis: Hanc igitur affirmatiuam meritò tuentur videndi.

Andreol. qui innumeros colligit *controuers. forens. p. 3. cap. 246. num. 1.*

Fontanella de pactis nupt. claus. 4. glos. 9. p. 5. nu. 202. qui pluries congerit.

Fachineus controu. iur. lib. 2. cap. 26.

Bartolus in l. 2. sub nu. 7. C. de rescind. venditione, & in l. Lucius §. vlt. ff. ad Trebellian.

34 *Cauall. in suis commun. q. 72. lib. 1.*

Costa remed. subsid. 47. num. 1.

Io. Antonius Bellon. cons. 52. sub num. 2. cum seq.

Trentaeinq. var. resol. tit. de transact. resol. 1. sub num. 2. & de empt. & vendit. resol. 3. num. 7.

Andreas Georgius allegat. 34. nu. 16.

Fab. Capyc. Galeotta controu. 42. num. 9. lib. 1.

Duran. decis. 121. num. 17.

Intrigliol. decis. 45. nu. 27.

Rhaudens. decis. 17. sub num. 6. & 9.

De arrestis Curiæ Gallicanæ testatur *Rebuff. ad Gallic. constitut. de resciss. contract. art. vnico glos. 15. sub num. 18.*

De Lusitania Senatu *Valasch. consult. 18. num. 7.*

Gama decis. 10.

De Senatu *Cathaloniæ Peguerra in decis. 137. in fine.*

De Rota Romana Amat. decis. Ferrar. 65. num. 12. Putheus decis. 230. nu. 5. lib. 1. Rota diuers. decis. 732. nu. 2. p. 1.

De Rota Perus. Ioseph Ludouis. decis. 18.

Cum autem inter hasce sententias trãseant alij distinguentes casum in quo ænormissima læsio parum excedit dimidiam, ab eo casu in quo longè excedit, vt apud *Andreol. d. controu. 246. sub num. 3. p. 3. Molinam de Hispan. primog. lib. 4. cap. 9. nu. 36. Dec. cons. 216. visa transactione. Simon. de Praet. cons. 27. num. 4. Riminald. Iun. cons. 77. num. 20. Franciscum Anton. à Costa cons. 29. num. 13. cum seqq.*

Et cum (vt ait doctus *Additionator ad Molinam d. lib. 4. cap. 9. num. 34. ad 37. folio mihi 303.) circa prædicta, vera, & recepta sententia sit, quod remedium legis 2. C. de rescind. vendit. locum habeat quando adest læsio anormissima, habito respectu ad dubium litis euentum, seu ad actionis valorem*, quam sententiam *sexdecim Doctorum* auctoritate confirmat, quos non transcribo (Qui sanè dubius litis euentus à prudentia Iudicis expendendus est *Andreol. loco citato nu. 12.)*

Ideò totus in hoc ero, vt ostendam, habita etiam ratione dubij litis euentus, & valoris dicti legati, seù actionis competentis ad illud, emergere ex dicta trãsactione læsionem ænormissimam longè, & longissimè vltra dimidiam.

Exordiendo igitur à dubio litis euentu, considero primo loco, certam futura fuisse victoriam Monialium, si res venisset ad Iudicium contentiosum, tum quia legata pia debebantur, vt dixi etiam hereditate non adita; tum quia D. Comes Io. Baptista Arconatus filius, & heres immiscuerat se iam statim à morte patris in hereditate, absquè vlla cau-
37 tela, reseruatione, siuè protestatione, nullo dato curatore hereditati, nullis citatis creditoribus, nec legatarijs, quãuis mobilia magni pretij adessent vt infra (quæ tamen omnia facere tenebatur, ad tradita per *Carpan. ad stat. 272. num. 28. vol. 1.)* sed simplici, ac priuata descriptione clàm facta, imo nunquam exhibita, vt legitur in dicto Instrumen-

to

to transactionis pag. 16. vbi Magnificus Dugnanus sic loquitur.

Auertendo, che il Sig. Conte Gio. Battista douerà dare conto di tutto quello si è trouato in detta heredità; per il qual conto non basta l' inuentario da Sua Signoria fatto per non hauere citato li creditori, nè legatarij, nè dato curatore all' heredità; anzi viene con quello ad essersi grauato per essersi immischiato ne' beni stabili, e mobili sotto pretesto di fideicommisso, e crediti, per i quali non poteua da se stesso ingerirsi mà doueua il tutto riceuere di mano dell' herede, ò del curatore della heredità; e questo solo bastarebbe per obligarlo à pagare tutta la donazione alle Monache senza altra proua. Quam quidem assertionem Comes non oppugnauit vt liquet ex instrumento, imò approbauit.

Et quæ quidem immixtio, fortiùs præsumitur, siuè quia in Ducatu beneficium inuentarij sublatum est per *statut. 277. vol. 1.* siuè quia immixtio faciliùs intrat vigore fuitatis *Gratia. discep. 732. num. 52. Surd. conf. 458. num. 4. & 13.*

38 siuè quia potissimam probationem immixtionis dedit continuata possessio bonorum hereditariorum, mobilium, & suppellectilis pretiosæ *Ludouis. decis. 371. nu. 8 Christophor. Mart. Medic. decis. 79. num. 10. Surd. conf. 253. num. 31. Valenz. conf. 17. num. 24.* & perceptio fructuum absque protestatione *Fachinens controuers. 52. lib. 6. vers. & hac sententia:* nam etiam si D. Comes ius fideicommissi prætenderet, ista non possessio capta simpliciter, & sine auctoritate Iudicis, præsumitur capta iure hereditario *Rota apud Farinac. decis. 276. num. 5. p. 1. in recentiss. s;* prætertim cum hereditas opulenta foret, vt patet ex calculo inserto in ipsa transactione, & infrà dicemus. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 27.*

Menoch præsumpt. 99. num. 4. lib. 4.
Thesaur. q. 51. num. 5. lib. 2.

Cum igitur immixtionem haberemus, quæ effecit, vt patrimonium heredis confusum sit, imò identificatum

39 cum illo defuncti *Odd. de fideicomm. q. 2. num. 25.* non erat amplius considerandum ius fideicommissi, quod heres deduxit pro fundamento transactionis.

Considero secundo loco, quod etiam si dictum ius fideicommissi considerabile fuisset (de quo tamen curandum non est attenta immixtione prædicta); adhuc tamen hereditatem defuncti segregatam per se, adeò pinguem fuisse, vt nullo iure potuerit denegari solutio totius legati.

Enim verò præterquamquod hæc veritas apertissimè scatet ex ipso contextu legati, vbi testator tàm diligenter, & enixè *pro intelligentia facti*, & ad *tollendas cauillationes* (vt ipse dicit) declarat, & exprimit quid, & quantum bonorum, & iurium liberorum in hereditate sua relinquat, *ne filius suus* (sunt eius præcisa 40 verba) *conqueri possit in tonum, nec pro parte de prædictis per me dispositis, et legatis, vt supra, sed potius cognoscat se de iure Diuino, et humano teneri adimplere, et seruari facere à me disposita, vt supra dico etc.* vt latissimè prosequitur à versiculo incipiente *cuius meæ efficacissimæ voluntatis pag. 5.* vsque ad versic. *& vbi dictus filius meus pag. 6.* qui sanè totus contextus legendus omninò est per Amplissimos DD. Senatores, qui iudicare debebunt; quia magni est momenti, & magnam veritatis imaginem præsefert, presertim in ore Patris sic vnicum filium suum alloquentis eo tempore, quo nemo de morte cogitans mentiri præsumitur.

Comprobatur insuper ex ipsomet calculo, siuè bilantio die 8. Iunij 1639. inito per D. Senatorem Dugnanum de consensu, & voluntate heredis ibi præsentis inserto in dicto transactionis instrumento à pag. 12. ad 16. ex quo patet hereditatem opulentam esse.

Maximè si Senatus Excellentiss. ponderet omissa fuisse in dicto calculo vniuersa bona, & redditus Lotharingiæ, ex quibus testator pag. 6. asserit percipi redditum *duorum mille francorum*; & in quibus (folio eodem à tergo) substituit in casu inadimplementi *Hospitale, quod est Aricri en la Ville Noue:* Bona quoque, quæ se Romæ possidere dixit: atque etiam pretium bonorum Cotij.

Item omnissum fuisse valorem, & pretium

tium gemmarum, vnionum, & splendidæ suppellectilis, & quantitatem pecuniarum domi relictarum, vt apparet ex pag. 15. de quibus pag. 6. sic meminit testator in hæc verba: *Item omnes pecunias, quas habeo in Banco Sancti Ambrosij Mediolani, & alias pecunias, quas tempore obitus mei relinquam; item margaritas quamplures non exigui valoris: Item redditus duorum mille francorum, quos habeo in Lotharingia,* vbi testator Præfectus fuerat Prætorianorum Militum illius Serenissimi Ducis.

Quod si prædictis addamus deductionem legitimæ, quæ integrè competebat dicto D. Testatori, vt etiam pro constanti supposuit D. Dugnanus pag. 11. à tergo vers. *inter alias*.

Pecunias in Banco positas per eundem testatorem, & ab eo relictas in summa librarum 57V. monetæ cambiorum, vt apparet ex pag. 6. & ex autentica attestatione Ministrorum dicti Banci apud Magnificum Relatorem.

Perticas terræ 430. emptas ab ipso testatore, vti profitetur pag. 5. & vt in dicto calculo heres admittit.

Debita soluta per defunctum, & per eum enuntiata in legato inserto transactioni pag. 5. & 6. cui heres præsens acquieuit vt supra; & de quibus non egit D. Dugnanus.

Insubsistentiam assertionis, de qua pag. 8. quod nimirùm bona defuncti obligata essent pro supposita redintegratione fideicommissi: pro qua nullam dari hypothecam certum est apud Excellentiss. Mediolani Senatum; quidquid sit in alijs Italiæ Prouincijs.

Profectò de opulentia dictæ hereditatis neminem dubitaturum esse mihi persuadeo.

Considero tertio loco læsionem longè supra ænormissimam probari si conferantur inter se valor, & commodum ipsius legati, & actionis ad illud Monia-
41 libus competentis ex vna parte, & pretium transactionis per Comitem heredem promissum, & partim solutum ex altera.

Valor enim, & commodum infrascripta complectitur, scilicet perticas terræ nouem centum quinque, vt ex assertione testatoris pag. 5. & confessione, & admissione heredis pag. 14. quarum pretium de consensu æstimatum fuit ibidem in libras 36. in singulas perticas, & conflat in totum lib r. 32580

quamuis supra idem heres pag. 13. dixisset ipse valere libras 40. ibi *dice il Sig. Conte Gio. Battista lir. 40. e si valutano il terzo di più sono lir.* 53. 6. 8. adeò vt ignorem quomodo deindè D. Dugnanus recedere potuerit saltem à pretio per ipsum heredem taxato; cum nulla maior probatio detur, quã propria confessio: & quomodo vbi agebatur de commodo heredis taxauerit perticas bonorum Abbiati Grassi in libras 53. vt ex pag. 13. ibi *si valutano il terzo di più*, & vbi agebatur de commodo Monialium, taxauerit eadem bona in libras 36. tantũ vt ex pag. 14

Palatium Magnificum cui iunctum est amplissimum Viridarium, vt ait etiam testator pag. 3. nouis vitibus, & varijs pomorum arboribus repletum; in cuius refectionem impendisse testator asseritur in calculo pag. 14. libras nonaginta mille. libr. 90000

id quod sanè patet ad oculum, si quis molem totam, & ingentem substructionem intueatur.

Quibus accedit valor ipsius Viridarij, & ędium antiquarum libr.

Libras duodecim mille Imper. quas (vt ait idem testator pag. 3.) *possint impendere ad redigendam dictam domum meam in vsum claustri, vt decentiùs, & commodiùs possint ibi degere, & seruire Deo.* libr. 12000

Quibus addi debet commodum, pretiumq; sanitatis, quæ res inæstimabilis est, quod ex translatione Monas-
42 terij sensissent Moniales, ad quod principaliter respexit ipse testator, vt mox dicemus.

Pretium porrò transactionis fuit solummodo librarum octo mille; ex quibus

bus ter mille soluendæ erant ad triennium, vltrà celebrationem missæ quotidianæ, quam D. Comes in partem dicti pretij transactionis suscepit in se, vt suis quoquè commodis inseruiret, dum Palatium habitabat distans ab Ecclesijs.

Dixi librarum octo mille, quia verè celebratio Missæ non erat futura Monialibus oneri, sed potiùs commodo; nam translato Monasterio, Sacrum audiuissent à titulari Capellano, quod nunc sibi quotidie parare coguntur à mercenario, & consequenter D. Comes nihil dedit cum Missam in se suscepit.

Considero tertio loco verba illa testatoris, quæ leguntur in vers. *nempe* pag. 6. slz. *qua omnia relinquo dicto filio meo ad effectum vt adimpleat exactè per me vt supra dispoſita, & legata*, alioquin substituit in bonis Mediolani Hospitale Maius, & in bonis Lotharingiæ Hospitale Ancei: succedebat ergo regula, vt datum sub vna conditione, & sub contraria censeretur ademptum; atque ideo debebant Præpositus Piattus protector, & defensor Monialium statim, ac heres detrectauit legatum soluere, excitare dicta Hospitalia; sic enim factum fuisset, vt heres metu hereditatis amittendæ legatum solueret.

Quis igitur non videt læsionem enormissimam imò, & longissimè suprà ænormissimam probari; Ex qua etiam nullitas contractus inducitur ipso iure *Fontanell. decis. 64. Salern. cons. 35.*

Neque obstant obiecta duo, quæ ponebat D. Aduocatus contrarius.

Alterum scilicet, quod pretium bonorum in rationem librarum 36. pro singula pertica nimium fuit, quia bona alia eiusdem Territorij, attenta magnitudine onerum, minoris vendita fuerunt; & quòd ipsæmet Moniales dicantur in transactione recusasse bona, quæ pro pretio transactionis offerebat D. Comes, eo quia fructus consumebantur ab oneribus.

Alterum verò, quod Palatia, quæ ruri sunt, habeantur pro ruderibus, vt ipse aiebat.

Quia respondetur simul ad vtrumque obiectum, si Aduersarius minuit valorem legati, minuendo pretium bonorum & Palatij; non potest deindè negare, quin vires hereditatis essent longè sufficientes ad soluendum totum legatum, etiam si in calculo hereditatis ponerentur non nisi libræ 57 V. existentes *in Banco* & deductio legitimæ, & splendida supellex, quam domi reliquit testator simul cum alijs pecunijs, vnionibus &c. quod argumentandi sola gratia dictum volo. Cur igitur heres bona non dimisit, & legatum non soluit?

Respondetur deindè separatim ad primum, non posse dari maiorem probationem valoris bonorum, quam confessionem emissam ab ipsomet herede vt supra, quique eam sciens, & præsens inseri passus est in instrumentum transactionis: Additurq; transactionem initam, tunc fuisse cum hoc supposito; & sic ad cognoscendam læsionem, considerandum esse contractum ex tunc, prout initus fuit. Præterea non esse curandum de enuntiatiua illa, quæ legitur in transactione, de recusatione bonorum, quia oneribus prægrauata forent: quia onera sunt accidentalia, & possunt quidem minuere, non tamen ad nihilum reducere pretium bonorum: quia non exprimitur quænam bona Comes offerret; nam verè nemora offerebat, non autem bona fertilia: quia Monialibus non expediebat attenta tenuitate pretij transactionis, & consequẽter tenui quãtitate bonorum, quæ loco pretij dari volebant, ea accipere: Quia si bona offerebantur à Comite in solutum; ergo aliquid valebant, quia enũtiatiua illa emissa fuit ab alijs Mediolani; non ab ipsis Monialibus, & in instrumento transactionis, aduersus quod, & quæcunq; præiuditialia in eo contenta, restitutionem in integrum petierunt Moniales: Et demùm frustra de hoc disputari, quia minuat Aduersarius quantùm vult (quod tamen nullo modo admittitur) valorem bonorum, & Palatij nunquàm tamen læsionem longè enormissimà maiorem euitabit, additis libris 12 V. vt supra legatis, vt patebit calculum ineunti: & addito commodo inæstimabili sanitatis, & aeris purioris.

Ad secundùm verò respondetur primo loco licèt regulariter pretium, seu valor rei immobilis probetur per æstimationem redituum, qui ex ea percipiuntur *l. si quos 16.* ibi *reddituum quantitas æstimatur C. de rescind. vendit.* vbi *Gothofredus in notis lit. D. ex Molin. de vsuris num.* 115. ait hanc esse iustam, &
43 æquabilem proportionem *l. si fundum 92. ff. de leg. 1.* ibi *excusso pretio secundùm redditum eius fundi l. si fundus 13. ff. de rebus eorum, qui sub tutela:* ibi *cum vtique pro fructuum modo pretium inuenturus sit*. latè *Caluin. de æquit. cap. 89. lib. 1.*

Tamen ad hunc casum regula non aptatur, quia sumus in illustri ædifitio, ac Palatio Basilico, quod plus habet sumptus, quàm reditus: potius igitur seruatur praxis, de qua *Bartolus in l. 2. nu. 20. & seq. C. de resc. vendit.* & ibi *Castrensis, & Salycetus*, vt scilicet æstimetur per pe-
44 ritos. ita etiam *Couarr. var. lib. 2. cap. 3. n. 4. & seq.* De hac verò æquissima praxi cum *Gabriele cons. 168. nu. 115. lib. 1.* testatur *Caluinus d. cap. 89. nu. 15. & 16.* vt scilicet valor materialium coaceruetur cum quantitate redditus, detractis oneribus; mox valor ad totius huius summę dimidiam partem reducatur: & hanc mediam viam tenuisse testatur Senatum nostrum.

Respondetur secundo loco Palatium istud cum adiuncto viridario, & nouelleto, esse intra Ducatum Mediolani, & intrà Flumen Ticinum, & positum ad Nauigium magnum, quibus in locis ratio valoris solet haberi ob exiguam ab Vrbe distantiam, & ob alia commoda, quæ percipiuntur: Enimverò si alibi bona vendantur cum magno Palatio, & amplo viridario; adhùc, vel pretium separatim constituitur à peritis, vel augetur pretium singularum perticarum. Præterea si soli lateres vendantur simùl cum viridario plurium perticarum, nouellis vitibus consito; profectò in hoc casu tantùm percipietur, vt non esset adhùc de læsione longè maiori ænormissima, computatis alijs, vt supra, dubitandum.

Meliùs etiam respondetur in hac specie legati, totum pretium, quod insumpsit testator inspiciendum esse; caussa enim ad quam testator respexit (vt supra diximus) illa fuit, vt Palatium transiret in Monasterium; vtque salubriore aere fruerentur, & saniores fierent Moniales: hanc enim caussam disertè profitetur in illis verbis, *sed cum obseruatum fuerit bonas illas Moniales, vt plurimùm singulis annis, siuè ex inclementia Celi, siuè ex angustia Monasterij ægrotare; cum domi mea, cui iunctum est satis amplum Viridarium, & ex multò salubrioris aeris qualitate possit sperari illas Moniales non debere adeò subiectas esse morbis, si in illa domo, siue Palatio degere possint, hac de caussa &c.* tanti igitur valet Monialibus Palatium, quanti constitit ædifitium, & quanti sanitas valet, ideoq; læsio ænormissimarum maxima demonstratur.

Nam ratio cur ædifitia suburbana, vel Domus in Prouincijs, vel alibi positas ædes, minoris æstimentur, non alia assignatur per Iustinianum in *l. fin. §. sin autem 4. C. de bon. quæ liber.* quàm quia *steriles* sint: sed hæc ratio cessat in legato huius Palatij, imò quod magis est ces-
45 sat (vt Theologi aiunt) contrariè, quia legatum expressè fuit, & deseruire habet ad solum finem, vt in Monasterium euadat, quo in casu vberrimum inter omnes fundos fructum reddet; cessat igitur, & regula supradicta; neque enim nouum est, vt lex generalis restringatur ex caussa, vel ratione particulari *l. cum pater 77. §. dulcissimis 20. ff. de leg. 2. l. si de certa re 31. C. de transact. Girunda de priuilegijs num. 276. & 526.*

Et si enim regulariter res æstimentur ex veritate, non ex affectione *l. pretia rerum 63. l. in falcidia 42. ff. ad l. falcidiam;* fallit tamen quando vtilitas iuncta est affectioni, tunc enim ex affectione agentis res controuersa æstimatur. *l. videa-*
46 *mus 4. ff. de in lit. iurando:* cum igitur huic affectioni maxima vtilitas coniuncta sit, quæ oritur ex translatione Monasterij in ædes magnificas, & ampliores, & benè materiatas, & quod magis est in aerem longè salubriorem; propter quem finem principaliter expressit in legato testator se moueri ad legandum; ideò Palatium ex hac affectione vtilitati con-

iuncta

iuncta æſtimandum eſt.

Legatum autem hoc æſtimari ex affe-
ctione, & commodo legatarij, probant
textus elegantes in *l. eum ſeruus* 54. *ff.*
mandati, ibi *placuit enim prudentiori-
bus affectus rationem in bonæ fidei iudi-
cijs habendam* in *l. libertus* 36. *ff. de bon.
libert.* ibi *et ſanè abſurdum eſt ius patroni
in petenda bonorum poſſeſſione contra ta-
bulas, aliorum computatione, non iuditio*
47 *ipſius æſtimari*, & infrà, *quod non pretio,
ſed affectu ſit æſtimandum*: & rurſus, *qui
animo potius, quàm aliorum computatione
bona liberti æſtimat*, & de affectione Pala-
tij videantur *Caſtillo tom.* 5. *cap.* 85. *n.* 14.
Mareſcott. var. cap. 114. *num.* 13. *&* 14.

Fortiùs eſt, quia ſumus in Eccleſia le-
gataria, quæ vt dixi minoribus compa-
ratur, ad quorum fauorem admittitur
48 pretium, & intereſſe affectionis *l. ſi. in
emptionem* 35. *ff. de minor. l. lex, quæ* 22.
verſ. *nec verò domum C. de adminiſtr. tu-
tor. Oddus videndus de reſtit. in integr. q.*
4. *art.* 10. *num.* 84. verſ. *in contrarium, &
ſeq.*

Demum quia verè ſenſus demonſtrat
tanti eſſe rem legatam, quanti locuple-
tior fit legatarius eam acquirendo: at-
quì in hoc caſu negare non poſſumus,
quin Moniales adquirendo Palatium
adquirant Monaſterium, & quin com-
modum ſentiant aeris purioris, & ſic ſa-
nitatis, quàm vti cauſſam finalem ex-
preſsit teſtator, & quæ valoris inæſti-
mabilis eſt, vt in puncto de aeris melio-
re temperie ex *Bartol. Veronenſi, & Ripa*
49 *de peſte* probat *Oddus d. q.* 4. *art.* 10. *n.* 87.
igitur Palatium æſtimandum eſt in ra-
tionem lucri, & commodi, quod legata-
riæ ſentiunt; ne ſenſum, ac rationem na-
turalem relinquere dicamur, vt aliam
moralem quæramus, quod imbecillita-
tem intellectus argueret *Bald. conſ.* 360.
quia quæſtio iſta *num.* 3. *lib.* 3. *Scaccia de
commerc.* §. 7. *gloſ.* 2. *num.* 35.

Pars tertia de Reſtitutione in integrum.

SED ex alio quoque capite iura Mo-
nialium in tuto ponuntur, nimirum
ex capite reſtitutionis in integrum,
quam aduerſus tranſactionem petiue-
runt. Quidquid enim controuertant
inter ſe Doctores an remedium *l.* 2. *C. de
reſcind. vendit.* locum habeat in tranſac-
tione; & quomodo læſio conſideranda
ſit, de quibus quæſtionibus latè hacte-
nus egi.

Tamen receptum eſt, quod minori-
bus (& ſic piæ cauſſæ) nàm ab illis ad
hanc validè argumentamur, (vt apud
Euerardum in Topica) detur reſtitutio
aduerſus tranſactionem; & quod ad
hanc reſtitutionem obtinendam ſufficiat
etiam læſio, quæ magna non ſit, ſed Iudi-
ci arbitraria; puta, quia non expediuerit
ſic tranſigere.

Caſtillo videndus *de alimentis cap.* 36.
38. *&* 40.

Ità etiam probant textus aperti *in l.
prima, & ſecunda C. ſi aduerſus tranſac-
tionem, & in l. ſi profundo* 33. *C. de tran-
ſact.* in illis verbis, *nec eo tempore minor
annis* 25. *fuiſti*.

Oddus de reſtit. q. 66. *art.* 4. *num.* 17.

Carolus Bardellonus videndus conſ. 2. *à
num.* 16. *ad* 21. *lib.* 1.

50 *Manent. deciſ.* 142. *nu.* 48.

Rhaudenſ. deciſ. 17. *num.* 6. *p.* 1.

Molin. de Iuſtitia, & iure diſput. 556.
verſ. *reſcinditur præterea.*

Menoch. conſ. 1164. *num.* 17. 18. *lib.* 12.

Faber. de error. decade. 1. *errore* 10.

Decian. conſ. 56. *num.* 23. *&* 75. *lib.* 4. &
alij quos omitto.

Et in terminis quoque fortioribus de
repudiatione legati legitur textus in *l.
magis puto* 5. §. *fundum* 8. *ff. de rebus eo-
rum, qui ſub tutela*, vbi Vlpianus ait *fun-*
51 *dum legatum repudiare pupillus ſinè tu-
toris authoritate non poteſt: eſſe enim, &
hanc alienationem cum res ſit pupilli ne-
mo dubitat*. benè, & omnino videndus
Galleratus de renunt. lib. 1. *cap.* 2. *à nu.* 59.
ad 69. vbi contrarijs argumentis reſ-
pondet; pulchrè *Bottilierius de ſucceſſ.
theorem.* 82. *num.* 8. *& ſeq.* vbi *num.* 9. ex
Capycio docet in repudiatione legati re-
quiri ſolemnia alienationis.

Nec obſtat lapſus quadriennij ad pe-
52 tendam reſtitutionem in integrum ex
Clement. vnic. lib. 1. *tit.* 11. & ex aliis iu-
ris locis.

Quia vbi allegatur læſio ænormiſsi-

ma, datur restitutio etiam post quadriennium latè *Giurba decis. 106. nu. 12.* maximè coram Senatu, qui iudicat sola facti veritate inspecta, idem *Giurba n. 13.* Deinde quia si subducantur tempora quibus vixit Abbatissa, quæ transegit, vt supra num. (quæ subducenda sunt, vt apud *Giurbam* loco citato) tunc quadriennium non effluxit.

53 Moniales porrò restituendas esse in integrum etiam aduersus lucrum omissum docet *Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 20. num. 3.* vbi plures allegat, & *cap. 41. n. 25.* in fine *eodem libro*; & tàm aduersus repudiationem legati, quàm renuntiationem dicto *cap. 41. nu. 10. 11. 22. & 23.* præcipuè si per facilitatem amissum fuerit lucrum *Sanchez de matrim. disput. 4. lib. 6. num. 12.* sic etiam docet textus in *l. ait Prætor §. fin. ff. de minoribus*, vbi Vlpianus ait, *& fine dolo cuiusquam legatum repudiauerit debere subueniri, & in l. 3. §. si quid minori, & in l. non omnia 44. ff. eod.*

SOLVTIO CONTRARIORVM.

SVperest nunc oppositiones alias remouere, quibus DD. Aduocati contrarii in contradicto iuditio nitebantur contra Moniales.

54 Aiebant primo loco legatum Palatii, & aureorum bis mille, non fuisse simpliciter, & absolutè relictum Monialibus, sed sub conditione beneplaciti Apostolici: Verba enim testatoris sunt hæc.

Quod si Pontifex Maximus termino anni à die scientiæ præsentis meæ voluntatis, quam habuerint dictæ Moniales (& eam scientiam habuisse intelligantur, termino mensis immediatè sequentis post meum decessum) nolit illam translationem permittere, et in dictam meam domum non se contulerint cum effectu ad habitandum, volo Palatium illud locari honestis personis, sed dictæ libræ duodecim mille Imperiales, nolo vllo modo cedere in vsum dictarum Monialium, neque ad illarum manus peruenire etc. Sed quod ab herede meo relinquantur in Banco, vel impliecentur etc. Cum igitur lapsus sit annus absque impetratione beneplaciti, inferebant legatum resolutum esse, & non deberi.

Soluitur multifariam obiectum hoc. Primo modo, quia quod attinet ad læsionem longè supra ænormissimam, & sic ad infringendam transactionem, vel ope rescissionis, vel restitutionis in integrum firma remanet conclusio nostra; nam in casu beneplaciti non reportati, non tollit testator legatum Palatii, & bonorum immobilium Monialibus purè factum, quæ semper in omni casu debentur, sed tantum adimit libras illas 12V. pro structura claustri, quarum detractio læsionem non tollit, seù restitutionem in integrum non impedit.

Dicit enim testator *volo Palatium illud locari honestis personis, sed dictas libras duodecim mille Imper. nolo vllo modo cedere in vsum dictarum Monialium*: Exceptio siquidem hæc solarum librarum 12V. firmat, quod Palatium

55 remanet Monialibus, quæ locare illud debebant honestis personis *Menoch. cons. 312. num. 6. Gabriel. cons. 85. num. 4. lib. 1. Tiraquel. de retract. Lignag. ad fin. tit. nu. 96. Surd. decis. 185. num. 8.*

Quod clarius fit, tùm ex eo, quod statim subdit testator de Sacello suo propè idem Palatium; illud enim simul cum Sacerdotalibus ornamentis nō vult restaurari ex reditu Palatij, sed ex reditu dictarum librarum 12V. tùm clarissimè ex illis verbis, quæ dicit (post substitutionem DD. Deputatorum Beatæ Mariæ Virginis ad S. Celsum Mediolani, eo casu quo heres, vel Moniales contrauenirent voluntati, & Missam transferre vellent à dicto Sacello, seù Oratorio ad aliam Ecclesiam) *volo tamen (dempta pensione dicti Capellani) fructus, siue pecunias, si quæ supererunt, ex prouenie ndis ex dictis bonis meis à dictis DD. Deputatis, quotannis dictis Monialibus erogari, et concedi, quia mea vltima, et irreuocabilis voluntatis fuit, stetit, et est, vbi possint habere dicta mea bona sine periculo vt supra* (hoc est incapacitatis respectu §. Collegijs N. C. tit. de pænis, cui tamen prouiderat) *quod ipsa contenta sint, et gaudeant, reestando dictas, antiphonas l'auanzo dell'entrate, che possono restare di quei beni, e fitti del* Pa-

Palazzo, che si affitti però à persone honorate. Quæ postrema verba dubitandi locum non relinqunt: prout nec illa quæ leguntur in fine vers. *et vbi* nempè, *& reliquum redditum meorum Monialibus tribuendum inuiolabiliter.*

Secundo modo soluitur obiectum, quia dictam conditionem beneplaciti Apostolici, vti necessariam suppofuit testator; & tamen hoc suppositum erroneum est, quià translatio Monasterij in locum, & aerem salubriorem non exi-
56 git, nisi licentiam Ordinarij ità in puncto cum *Barbosa, Miranda, Roderico*, & alijs, docent nouissimè *Tondutus quæst. benef. parte 1. quæst. 23. n. 7. Larea decis. Granatens. 97. num. 24. & 25.* vbi alios punctuales DD. citat.

Quis igitur dubitabit lectis verbis legati, ex quibus tantus amor colligitur quo testator Moniales prosequebatur, & tàm enixa voluntas apparet, vt bonis, & palatio fruerenter, legatum palatij deberi etiam beneplacito intrà annum non petito; dum certi sumus, quod si testator sciuisset beneplacitum Apostolicum non esse necessarium, vtiquè non apposuisset conditionem.

Præclarè *Molina* videndus *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 13. num. 26.* vers. *quod nullo pacto* pag. mihi 297. col. 1. vbi ait *comprobatur ex eo, quod defectus conditionis nunquam vitiat dispositionem,*
57 *quando verosimiliter disponens, legatum esset etiàm defecta conditione relicturus* ex textu *in l. eum tale 72. §. falsam caussam ff. de condit. & demonst.* ibi *si probetur aliàs legaturum non fuisse*, & ex alijs iuribus, quæ *Molina* recenset.

Tertio modo, quia cum, habita generica scientia legati, illud petierint Moniales, & heres se opposuerit allegando velle se abstinere ab hereditate (cui tamen se iam immiscuerat) & sibi bona hereditaria obligata esse pro redintegratione alienatorum (quod non erat verum, quia hypotheca non datur in hoc Mediolani dominio) quis dixerit annum cucurisse impeditis exfacto heredis? ad quid enim beneplacitum impetrare pro translatione Monasterij vbi negabatur legatum præstandum esse?

succedit ergo regula Iuris, vt tempus impedito non currat, de qua Pompo- n ius *in l. in omnibus 39. ff. de reg. iur.* ai *in omnibus caussis pro facto accipitur id in quo per alium mora sit quominus fiat*, & ità in puncto de tempore, & conditione
58 præfinita à testatore *Castill. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. cap. 25. num. 43. et 44, et num. 66. et 67.* vbi respondet ad argumentum temporis a testatore præfiniti, & limitati oppositum supra *nu. 44.*

Quarto modo respondetur, legatum relictum piæ caussæ sub conditione mixta (qualis nostra isthæc est, quià ad supplicationem Monialium concurrere debuisset etiàm superioris Ecclesiastici voluntas) deberi quamuis conditio impleta non fuisset, vt latè apud *Tiraquel. de priuileg. pia caussa priuileg. 57.*

Quinto modo, quia cum conditio temporis adiecta fuerit ad maiorem fauorem Monialium, vt citiùs, & faciliùs migrarent in aerem salubriorem, vt liquet ex ipsismet verbis testatoris, quæ supra retulimus vers. *melius etiam*, ideò in earum odium non retorquetur *l. quod fauore 6. C. de ll.*

Et in puncto legati *Bartolus* videndus *in l. libertis 4. num. 1. et 4. ff. de alim. et cibar. legat.* Benè quoque *Castil. de vsufructu cap. 30. num. 15.* Enimverò conditio temporis ad beneplacitum reportãdum, non est caussa finalis, sed impulsiua, vt
59 citiùs, & securiùs meliore Cælo fruerentur Moniales, vt probatur tùm ex ipsis verbis, & potissimùm ex illa clausula. *Hac de causa suppliciter, et enixè Pontificem Maximum exoro*, quæ igitur immediatè post illa verba *ex multò salubrioris aeris qualitate*, & sic rigorem conditionis excludit, dum maiorem fauorem legatarij respicit; Tùm etiam probatur ex absoluta voluntate testatoris, donandi bona, & Palatium, de qua supra dixi vers. *quod clariùs*: Cessante igitur caussa impulsiua conditionis, non cessat legatum *Mantic. in puncto de coniect. lib. 6. tit. 14. num. 15.* & regulariter præsumitur potius esse impulsiua, quam finalis. *Idem Mantic.* vers. *Et quidem*, & vers. *notandum*: Potissimùm autem si ex hac præsumptione iuuetur caussa pia; tunc enim sem-

ſemper præſumitur impulſiua, vt in terminis docet *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſſa limit. 1 num. 58.*

Sexto modo, quia etiam aduerſus hunc oppoſitum lapſum temporis à teſtatore præfiniti reſtituendæ eſſent (ſi opus foret) in integrum Moniales, vti petierunt; *Idem Tiraquel. de priuileg. piæ cauſſæ priuileg.* 138. & ſubtiliter diſtin-
60 guens, & videndus *Oddus de reſtitutione in integrum quæſt.* 84. *à num.* 15. *ad* 30. *in ſecundo, et tertio caſu*, quem poſuit; ſcilicet vbi legatum, vel reſpicit commodum ſolius legatarij, vel ſimul etiam heredis; vel pendet à mera voluntate teſtatoris; vel requirit etiam conſenſum alterius, vt in hoc caſu aſſenſum ſuperioris Eccleſiaſtici.

Aiebant ſecundo loco DD. Aduocati contrarij, ſcientiam legati in Monialibus imò, & ratificationem tranſactionis initæ, elici ex alio inſtrumento exindè facto per eas de receptione partis pretij eiuſdem tranſactionis, & ex ſilentio viginti annorum poſt ipſam tranſactionem.

Sed tollitur obiectum, tùm quia confeſſio receptæ partis pretii, ſimplex, eſt, nec vllam ſcientiam indiuidualem inducit contentorum in legato, imò nec in tranſactione; (vt patet legenti) tùm quia clari iuris eſt, vt ad ratificationem contractus non ſolum requirantur eademmet ſcientia in ratificante, ſed etiam omnes illæmet ſolemnitates, & formalitates, quæ ad ipſum contractum neceſſariæ erant, de quibus hactenus egimus: Deinde quia etiam aduerſus ratificationem competerent petita in integrum reſtitutio, & ea omnia remedia, quæ hactenus latè propoſuimus, cum militet eadem prorſus ratio contra receptionem pretii ſubſequentem, quę militabat contra tranſactionem præcedentem. *Textus*
61 *eſt pulcher in l. doli exceptio* 19. verſ. *quia ſi etiam nunc minor eſt rurſum circumuenitur ff. de nouat. et delegat.* Benè *Barbat. conſ.* 42. *nu.* 4. *lib.* 1. ex quo textu reſpondetur etiam ad ſilentium annorum viginti (ſi tamen ſilentium dici poteſt, vbi Moniales toties amicabiliter aures D. Comitis defuncti pulſauerunt, qui illos blanda ſemper, ſed inani ſpe lactauit, vſque ad mortem) Quid enim pauperrimis Monialibus imputabimus, ſi partim præ ignorantia iurium ſuorum, partim ſpe vana illectæ, citiùs conqueſtæ iuditialiter non fuerunt? Sanè ſilentium hoc non nocere habemus apud *S. Felicium deciſ.* 88. *num.* 12. *lib.* 1. quia læſio ænormiſſima ſemper aduerſarium in mala fide conſtituit; ceſſatq; diſputatio, vbi ex Statuto Mediolani 113. *vol.* 1. non admittitur præſcriptio niſi annorum triginta; & demum per reſtitutionem in integrum petitam, remouetur oppoſitio.

Aiebant tertio loco non poſſe Moniales audiri niſi prius reſtituant pecunias, quas ex cauſſa ipſius tranſactionis habuerunt ex *reg. l. ſi diuerſa* 14. *C. de tranſact.* eò magis non reportata abſolutione iuramenti.

Reſpondetur oppoſitam regulam limitari, vbi quidquid habuerunt Moniales, ſemper habituræ ſunt, etiamſi cadant à lite, quam ſuſtinent. Nam ſi cadent, adhuc habere debebunt reſſiduum pre-
62 tium tranſactionis; ſi verò vincent, multo plus; ità concludit *Franciſcus Salernus conſ.* 36. §. 2. *num.* 6. 7. 15. 16. *Pag.* 450. & *Andreolus* (veram hanc eſſe limitationem aſſerens) *controu.* 424. *nu.* 20. Addimuſq; exceptionem hanc non attendi coram Senatu; & vbi nullitas proponitur, vt
63 probatur ex adductis ab eodem *Andreolo num.* 22. & *num.* 1.

Reſpectu verò iuramenti, facilis eſt, & de forma conceditur abſolutio, quæ tamen in hoc caſu non requiritur, vbi probatur læſio ænormiſsima *Salern. conſ.* 35. §. 1. *num.* 8. *Andreol. d. controu.* 286. *nu.* 66. Non enim iuramentum validare poteſt contractum à lege ciuili reprobatum, vt latè apud D. Præceptorem meũ *Merendam controu.* 1. *lib.* 1. multò minus, vbi contractus laborat etiam nullitate.

Aiebant quarto ſuperueniſſe anno præterito nouam litem contrà hereditatem motam à D. Silua ſuper fideicommiſſo, cuius litis rationem non habuerat D. Dugnanus in voto, quàm tamen D. Marchio nunc heres compoſuit pretio libr. nouem mille, quæ propterea minuunt hereditatem legantis.

Reſ-

Respondemus (quidquid sit de hac lite,& compositione) obiectum hoc non sanare nullitates transactionis, de quibus egimus in principio: Praeterea dicimus iustitiam, & validitatem contractus metiri nos debere ab eo tempore, quo celebratus fuit, & sic ex tunc: Insuper satis esse, quod heres se immiscuerit in hereditatem legantis, modò quo supra. Demùm & meliùs dictam hereditatem adeò diuitem demonstrari, vt libræ nouem mille non possint legatum minuere, minus sanare læsionem longè supra ænormissimam, quæ scatet ex ipsa transactione, & clariùs cum agatur de legato pio, quod non minuitur diminuta modicè hereditate.

Quod si D. Dugnanus non præuidit futurum hoc litis dubium omisit contra ea ponere in calculum, & augumentum hereditatis, quæ supra recensuimus, vers. *maximè si Senatus, & vers. seq.* quorum pretium longissimè præponderat, vt patet, & omisit etiam aduertere substituta fuisse Ospitalia in casu non soluti legati vt dixi supra vers. *Considero tertio.*

Aiebant quinto Summum Pontificem non fuisse concessurum translationem Monasterij extra Oppidum,

Respondetur (vt dictum est) locum, ad quem transferendum est, vix esse extrà Oppidum cum statim in oculos pedem efferentis incurrat: Assensum Pontificium non fuisse, nec esse necessarium: Non esse ad Diuinationem confugiendum in odium maximè piæ caussæ: Exẽpla tot aliorum Monasteriorum positorum extrà Pagos, & Oppida suffragari, imò casum nostrum esse fortiorem, quia sumus intrà Flumen Ticinum, in situ vndiq; tutò, & ad pedem Portarum Abbiati Grassi; Præterea de hoc agendum esse cum Ecclesiastico postquàm rupta transactione, declaratum fuerit legatum esse præstandum; & demum Moniales etiam denegata translatione Monasterij, quam sperant se obtenturas (nihilominus habituras fuisse omnia bona immobilia, quæ purè legata fuerant, & Palatium etiam locaturas, vt supra diximus vers. *Soluitur.*)

Ex his igitur, quæ ex Iuris fontibus, & ex meliorum Doctorum placitis corriuata sunt ad fauorem Monialium, vt muneri Protectoris satisfacerem, existimo (nisi fallor) dilucidè demonstrari, legatum integrè præstandum fuisse; ideoq; rumpendam esse transactionem, vt apud *Castill. de alim. citato cap. 36. n. 4.* & teneri Egr. D. nunc heredem ad exonerandam conscientiam defuncti, qui paternam voluntatem, tàm enixè declaratam, exequutus non est. Sub censura tamen &c.

64 *Senatus referente Magnif. D. Senatore Comite Carolo Corio, censuit validam esse transactionem; teneri tamen D. Aduersarium addere pretio iam in ea conuento alias libras decem mille.*

Responsum XVII.

Agitur matri ne, an auię paternæ, decernenda sit tutela, & cura.

SVMMARIVM.

Proponitur factum num. 1.
Regula iuris pro matre num. 2.
Finis legis num. 3.
Rationes cur mater auia praferatur nu. 4.
Amor descendit num. 5.
Amor maternus cæteris maior num. 6.
Lex quando cesset contrariè num. 7.
Mater in Ducatu Mediolani non succedit filio, num. 8.
Mater trinuba non præsumitur ardentissimè diligere filios primi matrimonij num. 9.
Viduitatis laus num. 9.
Quæstio inter matrem, & auiam in quibus terminis agitetur num. 10.
Mater, quæ semel Tutrix esse noluit, nunquam admittitur num. 11.
Auia ditior matri præfertur num. 12. et 13.
Aliæ rationes pro auia num. 14. et 15.
Qui suo consilio se regere nequit; alterius præstantiores Consilio regi debet num. 16.

Mens

Mens legislatoris praeualet verbis num.17.
Ratio moralis cur aliquando recedamus à lege num.18.
Æquitas quid sit num.19.
Decisio Senatus pro auia nu.20.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 Ontrouertitur inter D.Felicitam Zannatam auiam paternã, & D. Iuliam Beccariam matrem, vtri committenda sit tutela, educatio, & cura Veronicæ de Quinqueuijs infantis; cum tutores testamentarij nulli sint.

Prima fronte, stat regula iuris pro matre, vt nimirum omnibus legitimis, & datiuis præferatur; quæ probatur, tùm *ex auth.matri, & auia, vbi glossa C.quando mulier tutelæ, officio fungi potest*, & meliùs est corpore, scilicet §.*ex his de hered.*
2 *ab intest.* vers.*vnde sumitur, & ex l.fin.d. tit. C.* & illustratur tum per decisionem *Afflict.* 281. vbi *Vrsillus*, & per *Franch. decis.*10. tùm confirmatur per *N.C.* Mediolani in titulo *de tutelis, & curis*, quæ matrem auiæ præponunt.

Veruntamen, si præsens facti species benè consideretur, & in recessu; vtiq; iuditio meo præferri debet auia matri.

Enim verò *scire leges non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem* ait *Celsus in l.17. ff. de legibus*, quæ sanè vis ex ratione deducitur, qua legislator mo-
3 uetur, & ex fine colligitur, quem maximè lex intendit *l.non dubium 5.C.eod. l. nominis 6. ff. de verb. signif.* & elegans legitur *textus in tit.Instit. de legitima patron. tutela* vers. *eò enim*.

Cum itaque mater auiæ præferatur, vel quia prima sit in successione filiæ, vel
4 (quod verius est) ex præsumpto maiore bono ipsius pupillæ; quia nempe credatur naturaliter magis diligere filiam, & sic intensiore quoque charitate, & studio res eius curare, vt notant omnes DD. ad dictum *tit. C. quando mulier &c. Perezius ibi num. 1. et Barbosa in dicta auth. matri num.* 2. ante finem, & *Vuesembec.ad.tit.ff.de Tutel.num.5.vers.nàm in his*; amor enim de sui natura descendit, vt ex Philosopho probat *Paschal. de patria potest.p.3.cap.1.nu.4.* & primo veluti gradu, & tanquàm ab origine tendit à matre in filios, *Auth. vt sine prohibitio-*
5 *ne matres, siue nouella 94.* §. 1. ibi *cum illam namque natura amor prius circa filios sine suspicione faciat*; & benè obseruat *Lelius Mancinus Disquisit. genial. cent. 1. cap. 11.* & probat *textus in l. nàm & si parentibus 15. ff. de inoffic. testam.* ibi *propter votum parentum, & naturale erga filios charitatem*; benè *S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 12.* in corpore ibi *naturale est autem cuilibet, et art. 10. in 2. oppos. et in respons. ad 2.* imò magis filiam, quàm se ipsam
6 amare quodammodo mater dicitur *l. isti, quidem 8. ff. quod metus causa, vbi Paulus*, ait *cum pro affectu, parentes magis in liberis terreantur*. Et latè hanc materiam illustrauit *Tiraquel. in præfat. l. si vnquàm num. 7. C. de reuoc. donat.*

Propterea si demonstrauero vtramq; rationem, & finem illum maioris boni ipsius pupillæ, cessare in hoc casu, adeo vt non modo non proficua pupillæ futura sit exclusio Auiæ, sed imò valde damnosa; vtique partes erunt Excellentiss. Senatus tutelam Auiæ confirmare: Nàm vbi lex cessat contrariè; hoc est
7 vbi eam seruando, sequeretur effectus contrarius fini legis, tunc obseruanda non est, vt docet *Suarez. de legibus lib. 6. tit. 9. num. 2.*

Altera igitur ratio ex successione matris desumpta cessat in Ducatu Mediolani, vbi mater excluditur per agnatum
8 ex dispositione Statuti 302. *vol. 1.* atquè ideò patet auctores N. C. non detulisse tutelam Matri intuitu successionis, à qua ipsam arcent; nec in tutela vllam habuisse esse rationem successionis, cuius Mater expers efficitur.

Altera verò ratio ardentioris affectus Matris, & boni maioris ipsius pupillæ (in quo tota vis decisionis consistit) cessat, vt dixi contrariè, quemadmodum ex sequentibus considerationibus apparebit.

Prima est, quia agitur hìc de Matre trinuba, quæ sicuti secundi matrimonij liberos deseruit; ità affectum, & chari-

tatem

tatero in superlatiuo gradu præcedere
9 non potest in filia tertij *c. semel, de reg. iur.*
in 6. obsistentibus huic præsumptioni le-
gibus, nimirum *authentico de nuptijs*, siue
nouella 22. §. *si verò* 23. *in princip.* vers. *si*
verò sit soboles & *lex* 22. vers. *lex n. non so-*
lùm contra tutores, sed etiam contra fu-
turos etc. C. de administrat. tutor. & ele-
gantiss. *constitutione* 90. *Leonis* Impe-
ratoris incipiente *oportebat nos*, quæ vi-
deri meretur.

Contra verò (cum opposita iuxta se
posita, magis elucescant) agitur hic
de Auia, quæ vt *Leonis* verbis vtar *con-*
iuge mortuo, perpetuam viduitatem am-
plexa est, alterinq. nuptijs spretis, veluti
congesta terra obtegere voluit, fortunę
imitata, vt notat ibi *Gothofredus*; licèt
in flore ætatis esset, & vernantem ageret
annum 26.

Et sanè si mater tanto flagrat amore
filiæ, curare potius debet, vt penes
auiam remaneat, ne si seorsim viuat, fri-
gescat affectus Auiæ, & spes integræ to-
tius successionis fortasse diuidatur. Po-
tius ergo suspicari licet, aliquid arcani
consilij regere matrem, circa futuras
nuptias filiæ.

Secunda consideratio est, quia quæ-
stio ista hæc inter matrem, & auiam, pro-
ponitur quidem à lege, & agitatur à
10 Doctoribus, sed in ijs terminis, in qui-
bus res integra est; nimirum vbi ad tu-
telam in medio iacentem concurrit hinc
mater, hinc Auia: at in hypothesi no-
stra, tacuit mater octo menses, postquam
sciuit auiam administrare cœpisse, & sic
tacitum consensum, & renunciationem
præstitit; siquidem prelatio matris habet
locum tantummodo, antequam quadri-
mestre labatur, vt cum *Bartolo*, *Angelo*,
Salyceto, *Afflicto*, *Surdo*, *& alijs*, docet *Cæsar*
Bemell. subsid. 102. *num.* 13. Non igitur
nunc de prælatione quæstio est, sed de
tollendo iure iam quæsito auiæ, qui ca-
sus longè differt, nec admittit rationes,
quæ pro matre afferuntur, re non am-
plius integra: Præsertim cum mater ul-
nus etiam dederit, & tacuerit, dum legi-
tima tutela filiæ, priore loco data fuit
patruo, in cuius demortui locum auia
successit, intrat ergo regula, vt mater,
quæ semel tacitè renunciauit tutelę,
11 nunquàm postea admittatur, vt *cum*
Bondedeo, & *Socino Iuniore* docet idem
Cæsar *re integra distinct.* 10. *num.* 3.

Tertia quia longè ditior Auia est,
quàm sit Mater; nàm vltrà dotem habet
etiam vsumfructum hereditatis filij satis
amplum, & ideò securitati pupillæ magis
12 consulitur; & si enim Mater fideiussorem
tutelæ præstare debeat; quis tamen est
ex versantibus in foro, qui ignoret dif-
ficillimum esse fideiussorem verè ido-
neum facilitate tutorum conueniendi,
& opibus inuenire nunc temporis? la-
tent enim in alto arcana patrimonij, &
periculum est vbi minus timetur; cum
maximè pupillæ patrimonium sit aureo-
rum vltrà 30. millia.

Et sicut per hanc rationem, quòd di-
13 tior esset, Mater prælata fuit apud Affli-
ctum dicta *decis.* 281. in fine, ibi *maximè*
quia mater erat ditior, ita contra nunc
auiæ ditiori postponenda mater est.

Quarta est, quia si Auia excluditur;
tunc damnum pupilla sentiet, & lucrum
perdet: damnum, quia iudicialiter sepa-
randa erunt bona dotalia ipsius Auiæ,
inter bona paterna, quorum vsumfructum
gaudet auia: Præterea legato priuabitur
pupilla, quod habuit à patruo sub ex-
pressa conditione, vt ne ab auiæ tutela,
atque cura discederet.

Lucri verò iacturam pupilla faciet,
quia si Auia amissis omnibus filijs hoc
etiam vnico senectutis solatio, & de-
scendentium suorum baculo spolietur;
14 nonne poterit heredem alium instituere,
& neptem in sola legitima nominare?
Sanè magnum hoc esset periculum a-
bentis auiæ facultatibus.

Ergo hac potissimum ratione, nullo
modo distinguenda est educatio pupillæ
à cura bonorum, sed vtraque auiæ re-
linquenda, vt securior fiat pupillæ spes
succedendi in vniuersam hereditatem;
dum loquax, & blandimentis puerilibus,
quotidie intra lares domesticos, auiæ se-
nectutem exhilarat, amoremque fouet;
Quo suadente iam donauit pupillæ au-
reos mille, vt ex Instrumento.

Quinta, quia cum cura bonorum fa-
cilius administretur ab auia, quæ Mo-

V doctrę

doctus continuum [illegible] fixit, in cuius districtu pars potior hereditatis sita est; propterea ex hoc etiam vnico capite præferenda est Auia.

Imò per hoc remouetur oppositio, quod [illegible] ætas auiæ ingrauescente, nè *fors quidem pro animi, aut corporis*
15 *[illegible] administrandis facultatibus idonea iudicatur, vt [illegible] l. Mater. C. quando mulier tutelæ offic.* Enim verò dum Moderatrix regit, faciliùs administrat; [illegible].

Insuper [illegible] vegeta, [illegible] disq; & œconomiæ dedita sit, consilioq; polleat, vt notorium est; quod minime in tutela spectatur, & ad naturam [illegible] cit, quæ ducitur [illegible], quod ad se gubernandum suapte vi non sufficit, id alterius [illegible] consilio regitur vt
16 tradit *Aristoteles lib. 1. Politicorum*; & cum in dubio [illegible] [illegible] habent, ideircò longè [illegible] imbecillitatis virium est, [illegible] quòd pupillus [illegible] animus abalienatur ab ipsa.

Concludo igitur, etiamsi leges, & N. C. Mediolani [illegible] ris paribus; [illegible]
17 cum *[illegible] l. [illegible] etiam l. ff. de [illegible] legis [illegible] mens legis [illegible]* bitrecedendum & [illegible] legis, *quæ [illegible] Dine.*

Rationem verò ipsius [illegible] licet à lege recedamus, si ipsius petat à Philosophia Morali, quæ fons legum
18 est [illegible] *Sacra Philosophia* cap. 67. vbi explicat *[illegible] eliq. [illegible] cap. 7. [illegible]* esse, quia [illegible] iustum sit, *quod lege [illegible]* (puta, ve [illegible] scilicet omnibus in tutela præferatur) *[illegible] men [illegible] quia [illegible] tur & [illegible] vniuersalis [illegible] in quibus [illegible] in [illegible]*
19 *æquitatem [illegible]*

[illegible] quam emendatio legis in eo quod deficit ob vniuersalitatem, hoc est detrahere aliquid ei, quod lege sancitum est, ob circumstantiam aliquam; quæ in hoc casu est vtilitas maior ipsius pupillæ, & periculi damni, *vt supra demonstraui*. Quare &c.
20 *Senatus pro auia iudicauit in omnibus.*

Responsum XVIII.

Agitur de Medicis: de mercede eis debita: de actione, quæ Medicis competit. An legatum præsumatur animo compensandi cum debito; & incidenter aliqua erudita proponuntur de Medicis, & Medicina.

S V M M A R I V M.

Inter Medicum, & [illegible] locatio, seu contractus [illegible] num. 1.
[illegible] Medico [illegible] num. 2.
Iudex [illegible] Medico [illegible] num. 3.
[illegible] Medici debent, tanquam Auctoron num. 4.
Medici [illegible] num. 5.
Prætor, [illegible] honoraria Medicorum [illegible] num. 6. & 7.
Querela [illegible] de Medicis [illegible] num. 8. & 9.
Medicina [illegible] laudatur, tanquam vtilis, necessaria, & nobilis num. 10. & [illegible]
Christus Dominus noster non [illegible] sed [illegible] operatus fuit num. [illegible]
Augustus, & Iulius Cæsar Medicis [illegible] num. 13.
Medicina [illegible] num. 14.
[illegible] Medicis [illegible] num. [illegible]
[illegible] num. 16.
Æsculapi [illegible] num. 17.
Reges, & Principes [illegible] Medici [illegible] num. 18.
[illegible]

Eadē

Facti circumstantia num. 20.
*Actioni pro hoc honorario, quanto tempore præscribatur num.*21.
*De præsumptione solutionis nu.*22.
*Honoraria dantur Medicis in fine curationis num.*23.
Zasius *hanc consuetudinem irridet nu.*24.
*Medicus tres habet facies nu.*25.
*Animus compensandi legatum cum debito, quando præsumatur nu.*26.
*Compensatio non inducitur nisi correspectiuè, & supra plus adhuc peti potest nu.*27.
*Distinctio inter debitum necessarium, & voluntarium reprobatur in materia compensationis nu.*28.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Vatuor dubitationes proponũtur.

Prima, an petitum salarium debeatur D. meo Prospero Carpano Physico de Collegio Mediolani ex conuentione; an ex offitio Iudicis.

Secunda, vbi debeatur, in qua summa prætaxandum sit.

Tertia, an obstet præsumptio solutionis, aut præscriptio.

Quarta, an legatum librarum 1500. factum per D. Syluiam in codicillis eidem D. Carpano, simulq; D. M. Antonio eius fratri, relictum dici possit animo compensandi cum dicto debito salarij.

I

Ad primum, etsi tacita conuentio locationis operum, seù *facio vt des*, subintelligi possit ex literis eiusdem D. Syluiæ
1 nomine scriptis ad D. Carpanum, quibus vocatus fuit Mediolanum; (quò venit) quasi nempe vti iocatur argutus Poeta *Owen.*

Tu cures morbum illius, illa tuum.

Verius tamen est mercedem deberi Medico ex offitio Iudicis Nobili, nam ex Tacito, *vt fori tabes pecuniam Aduocatis; sic vis morborum præmia medentibus fert*, & ita tradit Vlpianus in *l.* 1. §. *in honorarijs ff. de extraord. cognit.* vbi DD. & benè *Gratian. discept.* 257. *nu.* 6. *Vrsill. concl.* 60. *in verbo Aduocatus num.* 8. *Magon. decis.* 12. *num.* 4. quamuis actio, quæ Medico
2 competit, oriatur ex principio illo Morali, imò naturæ, de quo post Apostolum *Diuus Thomas de regimine Princip. lib.* 3. *cap.* 11. sic ait *Nemo militat vnquam stipendijs suis, et quodam iure naturæ, vnusquisque debet de labore suo reportare mercedem*: quod docuit, & *glossa in c.* 1. in verbo *inferas distinc.* 83. Bona siquidem inquit *Cassiodorus var. lib.* 1. *Epist.* 3. *suis sunt coniuncta, cum fructibus, nec credi potest virtus, quæ sequestratur à præmio*: Eò magis si æger in ære habeat. *Speculator in rubr. de salario* §. *postremo* 4. *num.* 2. *vers. quod si infirmus diues*.

Porrò istud offitium Iudex impertitur; siuè quia contractus inter ægrum, &
3 Medicum reprobatur *l. si Medicus* 3. *ff. de extraordin. cognit. l. archiatri* 9. *C. de professor. & Medic. Zacchia de salario cap.* 75. *num.* 67. siue quia salarij vox in subiecta materia, nobilior est, quàm sit ea mercedis, imò eadem atque illa honorarij, seù
4 honoris; & propriè sonat in *antidoron*, vt aduertit *Amaya ad l. vnicam C. de præbendo salario nu.* 12. *lib.* 10. *Zacchia de salario d. cap.* 75. *nu.* 2. & 3. Ad quod sanè respexisse videntur Imperatores, dum in dicta *l. archiatri*, vsi sunt vocabulis *obsequi, & obsequijs*, vt legitur in textu: & si
5 lucri petas Medicos perstringat *Apuleius* in libro, quem de herbis inscripsit, dum lucrum etiam à mortuis poscunt, & expectant; & dum pretium capiunt & ad Elysios ducunt.

Præsertim si ab ingratis heredibus petat Medicus; tunc enim certum est, neq;
6 ex locato, neque iure ordinario, sed extra ordinem per Prætorem, aut Præsidem honorarium decerni: prout de mandatarijs, & similibus refert doctissimus *Cuiaccius ad Paulum in l.* 4. *si mensor falsum modum dixerit*, & regulariter de mercedibus Medicorum, cognoscit extra
7 ordinem Magistratus *l.* 1. §. 3. *ff. de extraord. cognit. Cuyac. obseruat. lib.* 17. *cap.* 27. *Speckhan. cent.* 1. *quæst.* 27.

Nam si ius istud redditur alijs artium liberalium professoribus; fortiùs reddendum est Medico. Clamet enim quan-

tum ve it *Barclaius in Satyra Caue Medicos homines feros Scythas, Magistra Medea dignos nisi, quod peiores, non vnum Pe-*
8 *litam exhauriunt, nec tàm Iasonis gratia, quàm aureæ pecudis furunt:* clamet Plinius eos discere periculis nostris, & experimenta per mortes agere animasque ęgrotiari; clamet Pausanias *se ad senectutem peruenisse, quia Medico non fuit vsus,* clamet Satyrographus, *quot Themison agros, autumno occiderit vno*: clamet Beroaldus titulos Medicorum remedia ha-
9 bere; Pyxides verò venena, clamet Porcius caso interdicendam esse Medicis; quia omnia corrumpunt: sanè melius monet *Cassiodorus var. lib.6.epist.19. inter vtilissimas artes, quas ad sustentandam humanæ fragilitatis indigentiam, Diuina*
10 *consilia tribuerunt; nulla præstare videtur aliquid simile, quàm quod potest auxiliaris Medicina conferre:* cuius vtilitatem, imò necessitatem, & laudes, recensent *Scombornertus politicorum lib. 3. cap. 42. Arnisæus in doctrina politica lib. 1.*
11 *cap.12.* Nobilitatem verò tuetur *Talentonius rerum reconditarum lib.2.cap.5. & lib.3.cap.3.* ac doctissimus Franciscus *Bacon. de Verulamio de augum. scient. lib. 4. cap.2.* qui inter alias rationes hanc adducit: Deum nempè *seruatorem nostram, qui & animæ, & corporis Medicus fuit, & sicut animam doctrina sua cælestis; ita*
12 *corpus miraculorum suorum obiectum veluti proprium constituit: nusquam enim legimus miraculum aliquod ab eo patratum circa honores, aut pecunias (posset vnicum, quo tributum redderetur Cæsari) sed tantùm circa corpus humanum, aut conseruandum, aut sustentandum, aut persanandum*, qua ratione motus Augustus immunitatem ijs concessit, vt refert *Dion. lib.35.*& de origine immunitatis concessæ Medicis agit *Brisson.select.lib.3.cap.3. & seq.*& Antonio Musæ Medico suo statuam decreuit iuxtà Æsculapium: *Tranquillus in Augusto cap.59.* Iuliusq; Cæsar, & si olim ars medica exerceretur à Ser-
13 uis; Medicus tamen in Ciuitatem recepit, & magnis beneficijs ornauit, vt refert idem *Suetonius in Cæsare*: adeout vsurpari possit, id quod ex eodem Plinio annotauit *Gotofredus* in notis ad *l.1. ff. de decret. ab ordine faciendis*: vnam nempè
14 medicinam imperare Imperatoribus, & quod scripsit Quintilianus, *solam esse Medicinam, qua omnes indigent*: cuius laudes latè prosequitur *Tiraquel. de nob. cap. 31.* & si quis plura eaque crudita cupiat pro Medicis, & contra Medicos adeat *Christophorum Besoldum in thesauro practico litt. A. n. 93. pag. 59.* in verbo *Doctor.*

Quod quidem honorarium præstandum est etiamsi ęger mortuus fuerit, quia satis est Medicum diligentem operam
15 contulisse. *Ant. Perezius ad tit. C. de professor. & Medic. nu. 18. Zacchia d. cap. 75. num. 29.* quamquam in casu nostro mulier conualuit; adeo vt Medico *palmarium* etiam deberetur; præmium nempè quod victoriæ caussa datur Aduocatis; cuius mentionem facit *lex 1. §. si cui ff. de extraord. cognit.* ibi *& si nomine palmarij cautum sit.*

II.

Ad secundum dico iocosam esse taxationem drachmæ, quæ Medico constituitur apud Laertium; & quam in hæc verba refert eruditus *Gothofredus ad dictam l. primam §. Medicos ff. de extraord.*
16 *cognit. pone coquo minas decem; Medico drachmam; assentatori talenta quinque; consiliario fumum; Meretrici talentum; philosopho triobulum*: siquidem drachma auri facit obolos sex, qui tanti sunt, quāti olim oboli 8. vt ex Budæo de asse lib.2. annotauit *Caluinus in lexico* in verbo *drachma*: prudenter verò, & non sine mysterio veteres Æsculapij Statuæ barbam auream addidisse, quia Medicum
17 decent aurea præmia: licèt autem Dionysius barbam eam abraserit, quia repugnare dixit, filium esse barbatum, cuius pater Apollo imberbis, & intonsus esset; verè tamen argutia illa, pudendæ potius auaritiæ, imò rapacitati colorem quæsiuit. Nota sunt eruditis exempla Artaxersis Persarum Regis, qui Hyppocratem Medicum hac lege vocari voluit, vt tantum haberet auri, quantum peteret. *Plin. Histor. lib.7. cap.37.* Ptholomæi,
18 qui propter vnicam curationem, aureis nummis quindecim mille donauit Medicum Erasistratum *Vives de laudibus Philosophorum*: Ludouici XI. Galliæ Regis,

qui,

qui, vt refert *Philippus Comminеus*, Cautio Medico decem aureorum millia singulo mense præstabat.

Leges tamen nostræ, Iudicis arbitrio definiendam quantitatem relinquunt,
15 inspectis scilicet circumstantijs, *grauitate morbi; industria, ac labore Medici, ac facultatibus infirmi*, sunt verba *Perezij, ad d.tit.C.de professoribus nu.* 14. quibus concinit *Zacchia q.9.num.39.* vbi plures citat.

Ponderandæ autem sunt in casu nostro, vltra grauitatem morbi, ac difficultatem, quæ probatur ex illis verbis epistolæ, quam D.Syluia scribi curauit *nulla giouando, più che mai di presente mi trouo aggrauata*, & infrà *da questi Medici* (vrbanis scilicet) *punto si puo sperare; nulla studiando* (quod vtinam de paucis verum esset) *stante l'assidua applicazione:* ponderandæ sunt inquam duæ circumstantiæ; altera nempe, quod D. Carpanus omnes aliorum curationes deseruit, quibus tunc præsens incumbebat, & alias, quæ se in dies, tùm Herbæ, tùm in
20 adiacentibus locis obtulissent, quibus non alius Medicus præsto esse solet (magna enim semper fuit opinio in ijs regionibus de ipso atque de Patre, qui excelluit in arte (vt notorium est, & poterit ab alijs scire D.meus Iudex) Altera quod Mediolani commoratus fuit, non quidem in ædibus D. Syluiæ, sed in domo contigua, quam ære proprio conduxit, & sic maiore cum sumptu, extra proprios lares vixit ipse, ac famulus menses sexdecim, vt probatum supponitur per testes.

De viribus autem hereditatis ipsius D. Syluiæ dubitandum non est, nam dotem, & bona reliquit, non exigui pretij: atque ideo non nisi iustitiæ, & æquitati congrua petitio est duorum scutorum in singulos dies, tàm ratione lucri cessantis, & damni emergentis, vt dixi, quàm ratione præmij Medico debiti.

III.

Ad tertium, dico de præscriptione, non esse agendum; quia ne semestre quidem effluxit à die mortis D. Syluiæ ad diem petitionis iudicialis; cum tamen honorarijs eiusmodi non præscribatur ad summum, nisi triennio, iuxta strictiorem sententiam de qua *Zacchia q. 105. num.5.* & ità apud diuersos populos receptum esse benè probat *Olea de cess. iur. tit.6.q.11.num.16.* addo *Posth. resol. 39. num.7. Rotam diuers.p.1.decis.559.* in fine *Gratian. decis.53.num.6.* quidquid sit de salarijs famulorum, qui recesserunt, & tacuerunt.

De præsumptione verò solutionis, non video aliquid afferri, quod vrgeat, nam etsi solutio probetur etiam coniecturis; illæ tamen adeo efficaces esse de-
22 bent, vt æquipolleant probationi, quam secundum regulam iuris præstare debet, qui solutionem allegat *l. quingenta 12.* ibi *nam si creditum petam; ille respondeat solutam esse pecuniam, ipse hoc probare cogendus est, & l.cum de indebito 25.ff.de probat*, quia quid facti est.

Infirma porrò illa est coniectura, quæ ex aliquorum more deducitur, soluendi nimirum mercedem Medico singulis diebus quibus ægrum inuisit; nam longè plures sunt illi (præsertim ex nobilibus alijsq; bonæ conditionis; imo ex Mercatoribus, & benè nummatis) qui contrarium seruant, vt notorium est; maximè si longo tempore duret ægritudo, quæ in hypothesi nostra durauit: posita igitur difformitate obseruantiæ, ruit essentia consuetudinis, nec potest sigipes in vnica leuissima præsumptione solutionis: minusue, attenta qualitate personæ D. Physici, scilicet nobilissimi, & Christianis moribus præditi, qui creditum petit: hæc enim probationem contrariam fortiorem indicit ad textum *in l. emancipatione 11. vers. vel ex personis C. de fide Instrument.*

Imò *frequentius receptum est* (inquit Cristophorus *Besoldus* eruditissimus I. C. *in vita, & mortis consideratione politica lib. 2. pag. mihi 57.*) Medicis in fine demum salarium deberi *Speckhan. dicta*
23 *cent. 1. q.26. quam tamen opinionem licèt communem* deridet *Zasius in §. tripli In-*
24 *stit.de action.in fin.* dicens, *quod si verum esset, Medici non inducerentur, tàm splendidis, & purpureis vestibus, qui semper siuè moriatur, siuè sanetur infirmus, æqualiter triumphant*. vbi noto illa verba

opi-

opinionem communem; serium quidem in hoc casu esse aio locū citati Poetæ *Ouen* dum cecinit facies tres habere Medi-
25 cum: primam Angeli dum ad ægrum accedit; secundam Dei, dum illum sanat; tertiam Dæmonis post salutē redditam, tunc enim respondet, qui æger fuerat

Poscenti Medico præmia vade Satan.

IV.

Ad quartum, dico, non posse de iure induci animus vllus compensandi honorarium debitum cum dicto legato.

Probatur quia regula est, vt legans debitori non videatur legare animo cōpensandi, vt docet *l. creditor 16. C. de legat.* & firmat *Zacchia de salario q. 34. nu. 12. fol. 115.*

Regula itidem est, vt animus compensandi, probari debeat euidenter ab here-
26 dibus D. Syluiæ: textus est ad literam *in l. creditorē 85. ff. de leg. 2.* vbi Paulus ait *si voluntas testatoris compensare volentis, euidenter non ostenderetur.*

Quomodò verò animum hunc probare possunt euidenter heredes, vbi potius euidenter monstrat D. Carpanus legatum fuisse datum ob aliam caussam, toto Cælo diuersam; scilicet ob administrationem hereditatis Petri Iacobi Carpani primi mariti eiusdem Syluiæ, & patrui dicti D. Carpani, qui eius heres est simul cum fratre?

Patet hæc veritas primo loco ex testamento eiusdem mariti, in quo legauit plenum vsufructum eidem Syluiæ vxori suę *cum hac tamen lege, & conditione* (sunt eius verba) *quod quidquid superesit de redditibus istorum bonorum meorum vltra eius victum, & seruitutem, iuxta eius qualitatem, & gradum cedat in vtilitatem heredum meorum:* vetuit tamen ne heredes rationem administrationis exigerent; sed iussit, vt inuentarium fieret bonorum omnium mobilium *ad omnem bonum finem*, quorum etiam bonorum constituit vsufructuariam dictam Syluiam vxorem.

Patet secundo loco ex debitis postea solutis per eosdem DD. fratres Carpanos, & per eundem testatorem contractis; cum tamen ex dicto vsufructu commodè potuerit Syluia partem aliquam soluere si voluisset, vt ex instrumento, quod datur in actis.

Patet tertio ex ipso legati contextu; scilicet *lego filijs D. Physici Hieronymi Carpani fratris D. Petri Iacobi mariti mei &c. pro omni, & toto eo, quod prætendere vnquam possent &c.* Siquidem demonstrant hæc verba caussam legati alias habere radices, & esse communem prorsus cum altero fratre D. nunc Actoris, & legatum respicere coniunctim legatarios, vti filios, & nepotes.

Cum igitur ista mulier ad secundas nuptias transiuerit, nec quicquam restituerit, nec inuentarium confecerit; iudicium sit D. mei Iudicis, an illa censenda potius sit paruam hanc quantitatem legasse animo conscientiam exonerandi, quàm compensandi cum debito curationis?

Sed res clara erit, si addamus in testamento nuper aperto, & decem Sacerdotum Capucinorum subscriptionibus munito vsq; sub die 26. Septemhris 1642 dictam Syluiam, non modo legasse eisdem DD. Fratribus Carpanis longè maiorem summam (librarum nempè sex millia) sed insuper eos sibi heredes vniuersales instituisse.

Ex quibus omnibus iunctis, cum liqueat satis de alia caussa ad quam referatur legatum, excluditur vti; animus compensandi cum debito curationis. *Mantica de coniect. lib. 10. tit. 2. num. 25.*

Nec omitto (quod tamen citra præiuditium bonæ caussæ dictum volo, & solùm ex abundanti) agi hinc de debito quantitatis, & de legato pariter quantitatis: quibus in terminis, vbi supra dictæ
27 rationes non concurrerent, quæ caussam in tuto ponunt) adhuc quæstio compensationis non intraret, nisi proportionabiliter de rata parte legati spectante ad D. Physicum (hoc est de libris 750.) & posset adhuc iste petere, & consequi supra plus crediti sui *Barry. de success. lib. 9. tit. 22.* de legato nominis *num. 13. vers. hac ratione dicendum ex Cuiaccio:* omissa disputatione inter debitum necessarium, & voluntarium; quæ distinctio falsitatis
28 etiam arguitur à doctissimis viris *Fachineo controu. 33. lib. 5. Corrasio lib. 3. Mi-*

scell.

scil. cap. 3. Francisco Duareno in comment. ad l. si cum dotem § si pater ff. soluto matrimonio. Ex quibus &c. me tamen &c.

Causa pendet.

Responsum XIX.

Agitur de renocatione promissionis: de actione de constituta pecunia: & examinatur quæstio, an & quando fideiussio per epistolam, & inter quos fieri possit.

S V M M A R I V M.

Casus proponitur num. 1. & 2.

Actio non quæritur alteri pro altero ex promissione [illegible], sed tantum [illegible] num. 3. & 6.

Obligatio non [illegible] de persona ad personam, nec ampliatur num. 4.

Fideiussio [illegible] iuris [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] num. 5.

Scriptura [illegible] quando [illegible] sit [illegible] num. 7.

Scriptura non [illegible] obligationem, sed probationem num. 8.

Dissoluitur obligatio eo modo, quo [illegible] num. 9.

Actio de constituta pecunia, quando detur, vel non num. 10. & 11.

Fideiussio non [illegible] Mediolani fieri per epistolam num. 13.

Contrarium [illegible] aliy DD. nu. 14.

Sed [illegible] sententia, sustinetur Mediolani [illegible] inter mercatores num. 15. & 16.

Quæ [illegible] ad [illegible] consuetudinem nu. 17.

Respondetur [illegible] num. 18. 19. & [illegible] num. 20. & 21.

In dubio pronunciatur pro fideiussore num. 2[illegible]

Ratio [illegible] fideiussio fieri non possit per epistolam num. 22.

Decisio Senatus num. 23.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.

CVm D. Carolus Citt[illegible] crederet domum vbi habitabat D. Thomas Egurza esse D. Marchionis Turrianiæ scripsit ad hunc, vt [illegible] tam faceret Egurzio roganti, *Illustrissimo Signore, il Sig. D. Tomaso d'Egurza mi richiede per sicurtà del [illegible] per vn anno; [illegible] questo [illegible] à V. S. per il [illegible] de V. S. Illustriss. [illegible] mente son contento dar ordine al Sig. Citt[illegible]* (erat is magister [illegible]) epistolium autem hoc D. Turrianis [illegible] tradidit D. Comiti Belgioioso [illegible] domus.

Altero autem die, cum D. Marchio obuiam habuerit D. Cittadinum, cum [illegible] allocutus est, vt testatur in [illegible]. *Ma perche [illegible] biglietto [illegible] à me, e nel suo [illegible] al [illegible] [illegible] detto Cittadino [illegible] che [illegible] [illegible] ma bensì [illegible] & [illegible] che il semplice biglietto non bastaua, intendendo [illegible] che [illegible] douesse fare l'obligatione come [illegible]. Lui mi rispose, che di li à due ò tre giorni [illegible] andare à Cremona, E PORTARE [illegible] LE [illegible] NON NE FACESSI ALTRO MODO, & che gli replicai FATTE LI FATTI VOSTRI, e perche [illegible] dalle [illegible] IO NON DISSI POI ALTRO NEL DETTO [illegible] PERCHE SE NE ANDO' FUORI di Milano, [illegible] altri discorsi frà di noi sopra questo particolare.*

Mense Iunij 165[illegible] decessit dictus Thomas Egurza; & quamuis eius domus splendida satis suppellectili ornata esset, [illegible] Domini dictæ domus [illegible] hypothecam, Fisco, & cæteris posteriorem habebant; nihilominus sibi satisfieri non curauerunt de pensione librarum 22[illegible] sed [illegible] mobilia

extrahi

extrahi passi sunt sine querela.

Actionemq; mouerunt contra Citta-
2 dinum vigore dictæ epistolæ, quam habebant, qui à D. Iudice condemnatus fuit ad solutionem dictæ pensionis vti obligatus.

Nunc igitur de iustitia, vel iniustitia dictæ condemnationis quæritur.

EXistimo iudicatum fuisse malè contra Cittadinum.

Prima ratio est, quia licèt Cittadini promissio versata fuerit circà solutionem pensionis dictæ domus, non tamen ità dici potest realis, siue in rem, vt actio adquiratur cuicunque Domino domus, atque ideo cum Domini actores actione careant, absoluendus est Cittadinus.

3 Nam præterquamquod etiam ex pacto, & promissione reali, alteri per alterum non quæritur actio, sed tantùm exceptio, vt ex *Surdo decis. 26. num. 29. & duob. seqq.* & ex *Antonio Gomezio var. resol. tom. 2. cap. 3. de locat. & conduct. num. 9. limitat. 3.* [illegible] *etiam* [illegible] *obligatio etiam* [illegible] *respectu* [illegible] *vel passiue, non sequitur fundi possessorem, vt propriè dictum est;*

Insuper cùm dicta promissio individualiter restringatur ad solam D. Marchionis Thuriani personam, ibi *promette à V. S.* propterea de vna ad aliam personam non extenditur, textus est in *l. si vnus 27. §. pactus ne peteret ff. de pact. lib. 2. tit. 14.* vbi Paulus ait *inter omnia* [illegible] *tendum est, ne* [illegible] *in alia persona,*
4 *alter* [illegible] *aliâ persona,* [illegible] *persona quæras, & in l. quidquid adstringendæ 99. ff. de verb. obligat. lib. 45. tit. 1.* vbi Gothofredus *lit.* [illegible] Obligationes siquidem non ampliantur, [illegible] *num. 15.* præsertim fideiussoris, quia
5 potè iuris strictissimi, tamquam legum, quantùm verborum patitur [illegible] *Bergnin. decis. 5. num. 3. p. 2. T*[illegible] *cons. 67. num. 39. vol. 2.*

Confirmatur hoc, quia statim, ac Cittadinus [illegible] D. Marchionem, eum non esse Dominum domus, vt supponit quando literas scripsit, ibi [illegible] *che non era già* [illegible] *patrone della Casa, ma bensi esso Sig. Conte, e Consorti,* tantùm abest, vt cogitauerit de se obligando ergà alios dominos domus, vt imò, re integra pœnituerit, & recesserit etiam à D. Marchione dum subdidit, *che de là à due, ò tre giorni volevo andare à Chimenta, e parlar* [illegible] *e che non ne facesse altro moto,* vnde patet promissionem fuisse personalem, non realem, cùm actus agentium non extendantur vltra eorum intentionem.

Quomodo igitur D. Comes & cæteri DD. Consortes actionem veluti ex pacto in rem, quærere potuerunt ex epistola scripto ad D. Marchionem, si consensus, & consequenter obligatio Cittadini defuit? tum quia dum scripsit ignorabat alios esse Dominos domus, & personalis tantùm fuit eius promissio; tum quia dum sciuit re integra noluit eis promittere, imò se expediuit etiam à D. Mar-
6 chione, qui nec alteri stipulatus est, nec stipulari poterat *l. stipulatio ista 38. §. alteri stipulari nemo potest ff. de verb. obligat.*

Nec obstat, quod Cittadinus epistolam non retraxerit, [illegible] quia D. Marchio illam in vim contractæ iam obligationis non retinebat, vt ipse fatetur ibi, [illegible] *che vn semplice biglietto non bastaua* [illegible] *che egli douesse fare* [illegible] *come scriueua,* scilicet apud [illegible] *enim non est confessa scriptura, quam* [illegible] *teneri* [illegible] *habet* [illegible] *tenere,* inquit in terminis fere nostris, &
7 [illegible] authoritate [illegible] *Afflict. decis. 39. n. 4. & ibi Prosper Carauita in addition.* deinde quia deficiente consensu promittendi alijs Dominis dictæ domus, imò, & [illegible] promissione facta D. Marchioni, quam ipse vti imperfectam agnouerat, & pœnitentia suppositam, vt ex dictis verbis apparet, profectò nulla considerari potest obligatio, cum nullus sine consensu contrahatur, & scriptura non inducat obligationem, sed ad rerum gestarum probationem pertineat *l. in re* [illegible] *38. ff. de*
8 *obligat. & action.* [illegible] *7. l. contrahitur* [illegible] *ff. de pignor.* [illegible] *ff. de fide instrumentor. lib. 22. tit. 4.*

Secunda ratio (& quidem meo iudicio validissima) illa est, quod dato, nunquam con-

concesso, quod literula quàm Cittadinus scripsit, obligationem parere potuerit efficacem ad agendum; & dato non concesso, quod obligatio fideiussoria contrahi possit Mediolani per epistolam inter eos, qui non contrahunt more mercantili, quem articulum latiùs infra discutiam.

Adhuc omnis Cittadini promissio, & obligatio dissoluta, & resoluta fuit altero die post epistolam scriptam; audiamus ipsum D. Marchionem.

Lo auertij &c. (vt supra) *lui* (nempe Cittadinus) *mi rispose, che di lì à due, ò trè giorni voleua andare à Cremona, e portar via (come disse) le verze.*

Al che replicai fatte li fatti vostri; e perche era vicino il tempo delle vindemie, io non dissi poi altro al detto Sig. Conte, perche se ne andò fuori, come feci anch'io, senz'altro discorso frà di noi sopra questo particolare.

Nihil enim tàm naturale est, quàm vnumquodque dissolui eo modo, quo colligatum est *l. nihil tam naturale* 35. *ff.*
9 *de reg. in. lib.* 50. *tit.* 17. vbi Vlpianus subdit, *nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur*; *&* §. *hoc amplius Instit. quibus modis tollitur obligatio*: ibi *ea obligationes, qua consensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluuntur.*

Euellitur autem scrupulus omnis, si ponderentur verba illa, *io non dissi poi altro al detto Sig. Conte &c.* quæ lucem afferunt illis *fatte li fatti vostri*, & demonstrant euidenter Dominum Marchionem relaxasse omne vinculum, & Cittadinum liberum dimisisse; & de hac resolutione promissionis, certiorem reddere voluisse, sed non reddidisse, D. Comitem, cui inscio Cittadino epistolam dederat: an ne igitur æquum erit, vt Cittadinus pœnas luat obliuionis D. Marchionis?

Tertia ratio est, quia fideiussio fieri Mediolani non potuit per epistolam (quidquid sit inter Mercatores, qui stricto iure non vtuntur, & sibi marte suo ius dicunt) cum ad eius essentiam ita requiratur stipulatio, & præsentia, vt sine his actio dari non possit.

Id antequam probem, præmitto, quod Cittadinus teneri non potest actione de
10 constituta pecunia, tanquam is, qui habuisse dicatur animum se obligandi, vt opponebat D. Aduocatus contrarius *ex glos. fin. in l. si sibi* 27. *C. de loc. lib.* 4. *tit.* 65. *& Costa in praxi conuent. p.* 1. *nu.* 188.

Primùm quia fit in epistola Cittadini expressa mentio de fideiussione; ideoque vbi qualitas obligationis exprimitur, non datur actio de constituta pecunia, videatur in puncto *Afflictus decis.* 39. *num.* 1. *in fine*; quod sanè expressit eadem
11 *glossa finalis*, ex qua opponitur, dum inquit *si eo animi pacti* est; hîc verò non eo fuit animo Cittadinus, vt se aliter obligaret, quàm legitur in epistola: *Costa* porrò *d. num.* 188. opponit sibi *textum in d. l. si sibi, & num.* 189. respondet, in ea specie facti, de qua textus loquitur, defuisse animum se obligandi, nec aliud dicit.

His positis, fideiussionem per epistolam fieri non posse de iure communi probant *textus in l. blanditus* 12. *C. de*
12 *fideiussor. & mandat. lib.* 8. *tit.* 41. & ibi notant ferè omnes DD.

In l. Titia 134. §. *penul.* in illis verbis *si inter præsentes actum est ff. de verb. oblígat. lib.* 45. *tit.* 1. vbi agitur de quodam Sepricio, qui per epistolam promiserat.

In l. si hereditatem 32. vers. *neque enim multum ff. mandati lib.* 17. *tit.* 1. ex qua elicit *Vigelius ff. suorum par.* 5. *lib.* 45. *cap.* 1. *except.* 32. *col. mihi* 5376. exceptionem quod sine stipulatione quis pro aliquo intercesserit, approbari in fideiussore; in mandatore autem reprobari.

In l. cum ostendimus 4. §. *fideiussores. ff. de fideiussor. & nominat. & hered. tutor. lib.* 27. *tit.* 7. cuius verba videantur.

Et sententiam hanc magis communem esse patet ex Doctoribus, quos congerunt *Heringius* videndus *de fideiussoribus cap.* 11. *à n.* 4. *ad* 26. *& Pyrrus Maurus* 2. *parte princip. sect.* 3. *cap.* 5. *Afflict. d. de-*
13 *cis.* 39. *num.* 1. *& ibi Vrsill. Tuschus lit. F. concl.* 291. *Cauallos commun. contra commun. q.* 646. *Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 5.

Addo *Franciscum Connanum commentar. iur. lib.* 6. *cap.* 6. *fol. mihi* 361. à tergo in fine, *&* 362. *& lib.* 5. *cap.* 3. *fol.* 294. à tergo in fine; D. Præceptorem meum *Merendam controuers. lib.* 1. *cap.* 7.

Caluinum in lexico in verbo *ad promissor il secondo*.

Et quamuis Heringius contrariam sententiam, vt nimirum fideiussio etiam per epistolam præstari possit, de æquitate,& consuetudine,defendere,ingeniosè sanè conatus sit, vt liquet ex scriptis ab eo à *num.26.* ad *90.* quam etiam sequuti sunt *Genua de scriptura priuata lib.3. q.4. nu.23.& seq. Gait. de credito cap.4. quæst.*
14 *6.num.273.& seq.* qui de consuetudine apud Germanos Hispanosque testantur, præsertim si inter mercatores quæstio sit. *Franciscus Costa cons.20.num.18.& seq.& Oñat.de contractibus tom.2. disput. 52.num.28.& 30.*

Nihilominus à communi sententia, præterquamquod in iudicando discedere periculosum est,vt legimus apud *Mascard.de probat.concl. 1143.num.1.*

Insuper aduertendum est primo loco, Heringium,& alios non atteftari de consuetudine Mediolani,vbi scripta fuit epistola,qua de agitur, prout requiritur adhoc, vt consuetudini stetur; *glossa in l.1.*
15 *vers.probatis in fine, C. quæ sit longa consuetudo lib.8.tit.53.Alex.cons.131.nu.9. lib.2.Surd.cons.74.num.13.& 32.& cons. 313.num. 23.* maximè quando est contraria iuri communi, illudque corrigit, quia tunc non fit extensio de vno loco ad alium,neque ex identitate, vel maioritate rationis *Surd.cons.138. num. 8.* sed in loco vbi non est probata consuetudo, attenditur ius commune *Mantica decis. 56.num.7.& decis. 159. num.4. Menoch. cons.163.num.9.& 10.*

Secundo loco tantum abesse, vt Mediolani probari possit hæc consuetudo (mercatores excipio) vt imò nostrates doceant fideiussionem per epistolam in hoc dominio fieri non posse: videantur.

Carpan.ad Statut.44. num.61. parte 1. & Statut.189.num.1.parte 2.

16 *Costa de suditis num. 21. & in praxi conuent.parte 1.num.180.*verf.*& fideiussorem*, vbi non semel hanc doctrinam docuisse profitetur.

Menoch. cons.212. num. 41.cons. 389. num.15.& cons.710.num.3.

Tort.ad Statut.Papiæ 43. in ciuil.num. 7.& 8.

Roland.cons.58.num.10.lib.1.

Et allegationes integerrimi æque,atq; doctissimi olim Præsidis Picenardi, quibus sententiam hanc tuetur:magni siquidem facienda est authoritas viri, Iurisprudentiæ non minus, quàm moralis philosophiæ,& politioris literaturæ longè peritissimi.

Quibus sanè magis deferendum est, quàm extrarijs, qui non nisi in patria sua possunt testificari,& potissimùm loquūtur inter mercatores, quos inter nostra hypothesis non versatur.

Quamquam allegatæ consuetudinis probatio incumbere debet D. Actoribus: ad quam sanè inducendam, requiritur actuum multiplicata frequentia,
17 qui sunt ratio formalis, & substantia cōsuetudinis, quæ sit facti, inquit *Suarez. de legibus lib.7.cap.10. nu.1.& ex* quoq; qualitates requiruntur, de quibus agunt *Menoch.cons.187.num.56.* verf. *resp.3.& Gratian.discept.79.num.4.& seq.*

Tertio loco traditiones Heringii, eruditas alioquin, & acutas, non aptari ad hypothesim nostram; ipse siquidem *d. cap.11.num.18. & num. 45.* verf. *quod si igitur*, supponit (applicando terminos)
18 præcessisse epistolā D. Marchionis Turriani ad Cittadinum an vellet fideiubere; & Cittadinum in alia rescripsisse, quod fideiubebat; ideoq; pat et eius doctrinam non congruere casui nostro.

Et demum sufficere deberet *Heringium*, ibi *num. 76.* fateri sententiam nostram in iure veram esse; quàm sanè veritatem, negare non poterat, dum supra *cap.3.nu.9.* definierat fideiussionem, esse stipulationem: quidquid postea ad hanc oppositionem respondere nitatur *d.cap. 11.nu.62.* prout quoque fideiussionem,
19 esse speciem stipulationis, scripsit *Picciard. in rubr.Instit. de fideiussor. num. 1.* & quidem inuentam à lege per vim, & punctum rationis,vt benè inquit,& probat *Borgnin.d.decis.5.p.2.num.54.*

Nec scriptis meis negotium facessit *Onnat.de contract.tom.2.d. disput.52. nu.*
20 *28.& 30.* quem pro DD. Actoribus afferebat D.Aduocatus contrarius.

Tùm quia eius auctoritati opponitur, vt ipse etiam fatetur, auctoritas *Lessy* Theo-

Theologi sanè primi nominis, & aliorum à me laudatorum; tùm quia ipse quidem contendit fideiussionem solo
21 consensu perfici, nec requiri scripturam, sed præsentiam requirit contrahentium, vt liquet ex ijs, quos adducit *num.*30.& sanè, quod saltem præsentia requiratur, probat ad literam *textus in d.l.cum ostendimus* 4.§.*fideiussores ff. de fideiussor. & nominat. &c. lib.* 27. *tit.* 7. in illis verbis *si præsentes fuerunt.*

Quarta ratio est, quia etiamsi versaremur in dubio (quod negamus) adhuc pro Cittadino pronuntiandam esset, iuxta præceptum *Pauli in l. Arrianus* 47. vers. *vbi de obligando quæritur, propensiores esse debere nos si habeamus occasionem ad negandum ff. de obligat. et action. lib.* 44. *tit.* 7.

Si quis autem à me quærat, cur tam stricto iure vtamur, vt fideiussio per epistolam fieri nequeat; cum potius charitati congruere videatur, vt homines sibi vicissim, alter pro altero fideiubendo subueniant; iuxta effatum illud *Seneca epist.* 95. *Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura nisi inuicem obstarent: hoc ipso sustinetur.*

Respondeo finem legis esse reddere
22 subditum bonum, imò meliorem, quam efficere possit: cum ergo prudentiæ morali non conueniat actus fideiubendi, qui potius pertinet ad imprudentiam, vt legitur *prouerb.cap.*6.*et cap.*17.*n.*18.*stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro amico suo*,& rursus *cap.*22.*nu.*26.*noli esse cum his, qui defigunt manus suas, et qui vades se offerunt pro debitis*: adeo vt qui fideiubet, dicatur dilapidare. *Magon. decis.Florent.*57. *num.*57.*et decis.Lucens.* 9. *num.* 12. propterea lex solemnitatem stipulationis exigit, ne tàm facilè homines facultatibus suis malè vtantur fideiubendo.

Eò magis, quia nimis palpabilis est negligentia Dominorum Actorum, qui cum nullo negotiò possent sibi satisfacere in mobilibus, quæ erant in domo Egurtij, vt in facto diximus; ea tamen sine contradictione abduci passi sunt; adeò, vt actiones nunc cedere Cittadino non possint nisi inanes. Quare &c.

Censuit Senatus malè iudicatum fuisse, & Cittadinum non
23 *esse obligatum*,

Responsum XX.

Agitur de literis cambij, & à quo tempore incipiat hypotheca, quam ijs dant N.C. Mediolani; & an hypotheca oriatur de iure communi à die recognitionis: & alia ad rem pertinentia examinantur.

SVMMARIVM.

*Factum proponitur num.*1.
Hypotheca cambialis an à die literarum incipiat Mediolani num. 2?
An à die protextus *num.*3?
Actio pro cambio datur ex primis literis n. 4.
*Qualitas adiuncta verbo intelligitur tempore verbi nu.*5.
N.C. Mediolani in tit. de offic. Abbatum §.*eò amplius explicantur, et illustrantur num.* 6. *et seq.*
*Hypothecam non habent literæ cambij de iure communi nu.*7.
*Probatur hypothecam datam à N.C. incipere à literis num.*8.9.10.11.16.20.22.23.24.
*In materia repetitionis recurrimus ad Baldi doctrinam num.*9.
Carcer à lege vocatur mala mansio *nu.* 12.*et*
*Quid mala mansionis nomine intelligat Vlpianus num.*12.
Carcer dicitur species seruitutis num. 13.*et notam inurit num.*15.
*Libertatis pretium inæstimabile nu.*14.
§.*eò amplius additus fuit ab Imperatore Carolo V. num.*16.
*Literæ cambij, quæ diriguntur in nundinas obligant nu.*17.*debent* acceptari *nu.*18.
Eas acceptans non obligatur à die data n. 19.
Literæ reditus, vulgò del ritorno *an sint pars primarum literarum num.*21.
*Qualitas probari debet ab eo, qui in ea se fundat num.*22.
Clausula, che vaglia come se realmente fos-

se lettera di cambio, induc it hypothecam,
et ita declarauit Senatus num.23.
Genua de scriptura priuata sententiam pro
hypotheca à die literarum sequi videtur
num.24.
De iure communi hypothecam literarum inci-
pere à die recognitionis plures DD. opi-
nantur num.25.
Contraria tamen sententia, vt à die litera-
rum incipiat defenditur, vti verior nu.26.
cum pluribus, qui citantur nu.27.
Rationes afferuntur num.28.et 29.30.31.32.
Dispositio in l. scripturas *non sunt de forma*
substantiali num.33.
Ratio assignatur num.34.
Verus creditor chirographarius praefertur in-
strumentario posteriori nu.35.
Adminicula remouentia suspicionem anti-
data referuntur nu.36.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



I D. Marchio Vice-
comes actione hy-
pothecaria velit ex-
periri, quam desu-
mit à promissione
manutentionis bo-
norum facta praeces-
sori suo per D. Triuultium venditorem
anno 1578. die 9. Aprilis; quia nempe,
vigore contradictionis Cridis Prouisio-
nalibus propositae per Cusanum, coac-
tus fuerit D. Vicecomes emptor soluere
D. Cusano, qui sententiam obtinuit, eam
summam (supra pretium bonorum iam
solutum in actu venditionis) quam nunc
repetere intendit à D. Sormano, etiam
1 vti possessore reliquorum bonorum eius-
dem Triuultij venditoris.

Tunc (retentis semper ijs, quae con-
tra dictam sententiam olim deducta fue-
re) obstabit etiam D. Marchioni hypo-
theca anterior, quae competebat Bras-
chae, & Coquio Campsoribus de quo-
rum iuribus excipere potest D. Sorma-
nus, vti Cessionarius ipsorum, median-
tibus personis DD. Pirouanorum.

Creditum quippe Braschae, & Coquij
oritur ex literis cambij, & signanter ex
illis reditus, seù vti vocant *di ritorno*
scriptis die 15. Octobris 1575. & 7. De-
cembris 1576. & sic longè anterioribus
venditione bonorum Campi Longhi fa-
cta per D. Triuultium D. Vicecomiti di-
cto anno 1578. 9. Aprilis.

Duo solùm discutienda sunt dubia:
alterum nempe an haec hypotheca Bras-
chae, & Coquij incipiat à die dictarum
literarum; an vero à die protextus, vt
vocant, seù recognitionis, & verifica-
tionis earundem?

Alterum an posito, quod hypotheca
incipiat à die literarum, ita probetur
praeexistentia dictarum literarum, vt
concurrere possint cum hypotheca D.
2 Vicecomitis instrumentaria, cum non
sint literae trino teste munitae?

Quod attinet ad primam opponeba-
tür N. C. Mediolani *in tit. de offic. Abbat.*
et Consul. Mercator. in §. *eò amplius*, non
dare absolutè hypothecam literis cam-
bij, sed tantùm literis *protestatis*, vt prag-
3 matici loquuntur, vt cautum fuit inan-
tecedenti §. *quotiescunque*; & sic hypo-
thecam dari quidem *in* §. *sequenti*, sed
retentis anterioribus qualitatibus pro-
testationis, & alijs in dicto anteriori §.
expressis: hypothecam igitur Braschae,
& Coquii non incipere, nisi à die pro-
testationis, & sic posteriorem esse illa D.
Vicecomitis.

Sed iuditio meo (quod sentio, quàm
sit exiguum) non subsistit haec assertio:
Primùm quia, quando conuenitur debi-
tor cambij, fundamentum actionis quasi
semper constituitur super literis cambij,
non super instrumento protestationis, *vt*
legimus in praxi apud Scacciam §. 7. *glos.*
2. *num.* 4. Nam de tempore, quo literae
4 scribuntur, contrahentes consentiunt,
& obligantur, & sic ex illa die produci-
tur etiam effectus obligationis; nempè
hypotheca conuentionalis, vel legalis:

Deinde quia qualitas adiuncta verbo,
& quae regitur ab eo, intelligitur tempo-
re verbi *l. in delictis* 4. §. *si extraneus* 1.
5 *ff. de noxal. action. l. si tutoris* 2. *ff. quod*
iussu l. Titius 25. *vbi Bartolus ff. de testam.*
militis Mantic. de coniect. lib. 11. *tit.* 6. *nu.*
3. *Carpzou. p.* 2. *constit.* 43. *defin.* 14. & in
puncto *Mohedan. decis.* 23. *num.* 1. *de prae-*
bend. Pichard. ad §. *proximus num.* 2. *Insti-*
tut. de legit. agnat. success. Benè *Rota decis.*
496.

496.*nu.*2.*apud Farinac.p.*1.*recent.* Cum igitur *N.C. in d.* §. *eò ampliùs* sic loquantur *literæ cambij veri, et realis, et non mortui hypothecam habeant*: propterea ista qualitas hypothecæ cadit sub tempus, quo literæ formatæ sunt, & quo cābium sit verum, & reale.

Tum quia versiculus ille, siue §. *eò ampliùs sancitum* non stat copulatiuè, & dependenter à præcedenti *quotiescunq;*
6 sed absolutè per se, & independenter, ita vt nouā, & absolutam dispositionem inducat, nempe hypothecam, quæ alioquin de iure communi non dabatur literis cambij *Surd.conf.*499.*nu.* 2. *Gaitus de*
7 *cred.cap.*2.*tit.*2.*n.*2458. *Rota post Merlin. de pignor decis.*19.*n.*2.

Quod probatur, quia in dicto præcedenti §. dum legislatores mentionem fecerunt de literis cambij ibi, *debitor ex caussa literarum cambij*, addiderunt statim illa verba *cum protestatione non factæ solutionis*: sciuissent igitur eadem verba subiungere si voluissent paragrapho se-
8 quenti, vel saltem ponere aliquam dictionem relatiuam, puta *dictæ literæ, vt supra*, vel similem, si terminos præcedentis §. continuare voluissent, alioquin regulariter non præsumitur repetitio, quæ magis creditorem grauet: In hac .n. materia repetitionis, Doctores æstuāti quasi pelago discordiæ iactati, confugiunt ad *Baldum*, tanquam ad Sacram ancoram
9 *in cons.*153.incip.*quidam testator n.*2.*et* 3.*lib.*5.qui ex separata oratione; ex verborum proprietate, & ex diuersitate rationis repetitionem excludit.

Quæ duo prima patent legenti ipsarum N. C. contextum: tertium autem comprobatur.

Quia in dicto §. *quotiescunq;* loquuntur de executione, & de detentione de-
10 bitoris; *in* §.*autem eò ampliùs*, generalem hypothecam inducunt fauore literarum cambij *veri, et realis*; Et quemadmodam retinere sciuerunt, & repetere istam postremam qualitatem, *veritatis*, scilicet, *et realitatis* cambij, ita, & illam protestationis repetere sciuissent, si voluissent; dictio siquidem *eò ampliùs* non semper continuat, sed significat *vltrà*, vel *vlterius*, vel *plus*, vt apud *Barbos. diction.* 32.*num.*7.8.

Cæterùm, nec eam repetere voluerunt, nec debuerunt, quia in priori §. expresserant formalitates, & qualitates
11 quibus (vt dixi) actio personalis exercenda erat contra debitorem; in posteriori verò §. egerunt de actione hypothecaria, vt patet legenti; nec aliam qualitatem apposuerunt, quàm realitatis, & veritatis cambij: quæ diuersitas congruit principijs moralibus, à quibus leges omnes fluxerunt: nam carcer maiorem notam inurit debitori in opinione hominum; quàm actio hypothecaria, & bonorum appræhensio, & sic plures qualitates, & circumstantias requisiuerunt in primo casu, cui lex resistit, quia nempe pro debito priuato regulariter nemo carceri mancipatur; qui ab Vlpiano vo-
12 catur *mala mansio* in *l. si hominem* 7. *ff. depositi, et in l.* item apud *Labeonem* 15. §.*quæstionem* 41.*ff.de iniur.* (quamquam discrepant ibi interpretes eruditi, quid malæ mansionis nomine intelligat *Vlpianus*, vt ex *Fornerio, Terentio, Luciano, Cuiaccio, Plauto*, notat *Gothofredus in d.l.* 7.*lit. N.*: sed satis erit carceri conuenire nomen seruitutis, vt ex *l.Titium* 71.§.2.
13 *ff.de condit.et demonst.* dum libertatem aufert *inæstimabilis pretij*; vt loquitur Imperator *in* §. *vltimo instit. quibus ex*
14 *causs. manumit.* non licet, & ignominiæ notam inurit, quæ facilè mundari nequit *Vuesembec.cons.*57.*num.*9.*p.*2. *Rol.à Vallo*
15 *cons.*18.*num.*5.*vol.*3.)

Tum quia totus iste §. *eò ampliùs* non legitur in Statutis Officij *Abbatum, et Consulis Mercatorum*, approbatis per Ducem Mediolani anno 1439. die 2. Apri-
16 lis, vt ex libro typis cusso, & inscripto *antiqua Ducum Mediolani decreta* pagina mihi 288. in quibus tamen Statutis legitur superior ille §. *quotiescunque*, sed additus fuit ab Imperatore Carolo V. *dictus* §.*eò ampliùs* principaliter, & ex professo tanquam noua lex generalis cambij ad promouendum securitatem cambientium, & in fauorem literarum, siue
17 primarum, quæ diriguntur in Nundinas, & quæ ex tunc subscribentes obligant *Scaccia* §.2.*glos.* 9. *num.* 6. siue illarum reditus, vulgò *del ritorno*, quæ qui-

quidem sunt pars consequutiua prima-
rum in nundinas transmissarum, & dan-
18 tur virtute ordinum in nundinis expedi-
torum vulgò *dello spaccio*, ita vt hæ literę
del ritorno sint etiam, verum fundamen-
tum actionis hypothecariæ; nam primæ,
quæ Mediolani scribuntur, debent in
nundinis acceptari *Gait. de credito cap. 2.
tit. 7. num. 2375.* alioquin remanere pos-
19 sent sine effectu; cum acceptans non ob-
ligetur ex die datæ, sed acceptationis
Scaccia §. 2. glos. 9. num. 7.

Et sanè vbi hypotheca cambialis non
desumeretur etiam ex literis; vix illa
prodesset, quia cum plurimùm literæ,
quæ transmittuntur in nundinas, & quæ
sunt veræ literæ cambij redeant absque
solutione cum effectu facta in nundinis;
20 sequeretur propterea, vt is, qui verè de-
dit pecuniam cambio Mediolani rema-
neret sine prioritate hypothecæ, & is,
qui acceptauit literas in nundinis, & ni-
hil cum effectu soluit, sed tantùm scrip-
turas aptauit, eam adquireret, & sic iste
esset melioris conditionis, quàm ille ve-
rus creditor.

Siue ergo literæ reditus, seù *del ritor-
no*, sint pars primarum literarum cambij
acceptatarum, à quibus sumunt robur,
21 firma manente priore hypotheca, ne
pars destruat totum, sed vt illud magis
constituat, vt ratiocinatur *Olea de ces-
sione iur. & action. tit. 7. quæst. 3. nu. 25.*

Siue velimus per literas reditus no-
uum contractum cambialem inter Scri-
bentem, & acceptantē Constitui (quam
quæstionē nunc definire non vacat) sem-
per in vtroque casu hypotheca Braschæ,
& Coquij antiquior erit illa D. Viecco-
mitis: difficiliùs igitur inducitur ista per
aduersarios gratis allegata continuatio
qualitatis, protestationis nempe: dum
agitur de diuersis legibus, & de diuersis
Legislatoribus, inter quos centum anni
fluxerunt; etiam quia qualitatem hanc
alleganti, & in ea se fundanti incumbit
onus probandi *DD. in l. 2. §. diem ff. quem-
adm. test am. aper. Tiraquel. de retract. con-
sang. §. 8. glos. 7. nu. 1. Paris. cons. 152. n. 5.
Menoch. cons. 1. num. 49. Iason. cons. 164.
num. 3. lib. 2. Socin. iun. cons. 74. nu. 36.*

Demum quia ita videtur declarasse
Senatus ipse dum anno 1650. die vltima
Augusti, referente Magnif. Senatore
Carolo Patellano censuit in Idiochira,
seù Syngrapha fauore Vigletij à Ghis-
lanzono subscripta, sine vlla expressione
hypothecæ, sed cum clausula, *che vaglia
anco per lettera di cambio, come se fosse ve-
ramente, e realmente lettera di cambio;*
censuit inquam, contineri hypothecam
non obstantibus *decis. Borgnini 27. p. 2.
23 num. 9. & Ripa obseruation. singul. 336.* &
quidem absolutè absque vlla restrictio-
ne ad diem recognitionis, seù verifica-
tionis dicti chirographi, vt apud Egr.
olim Secretarium Senatus Philippum
Medam; in cuius ego locum à Rege Do-
mino suffectus sum.

Et in hunc sensum intelligere etiam
visus fuit N. C. Mediolani, *Genua de scrip-
tura priuata lib. 3. tit. de literis cambij qu.
24 2. nu. 7. & 8. pag. mihi 157. col. 1.* dum re-
fert dispositionem N. C. absolutè tribuē-
tem hypothecam literis cambij, & postea
subdit per Statutum Auenionense hanc
hypothecam restringi ad diem dumta-
xat recognitionis.

Et ita tenendum esse sentio, etiam si
versaremur in dubio circa interpretatio-
nem N. C. Et si enim Doctores numero
plures sustineant hypothecam literarum
oriri à sola die recognitionis; inter quos
sunt *Magon. decis. Florent. 122. Rota Aue-
nion. decis. 146. n. 2.* vers. *nam quod. Frāch.
decis. 95. Costa de ratione rata q. 121. n. 5.
25 & 6. & de retrotract. cap. 8 cas. 6. num. 2. &
3. Genua de script. priuat. lib. 1. q. 4. n. 230.
Couar. var. libro 2. cap. 11. num. 4. Gratian.
discept. 501. nu. 14. Tuschus concl. 79. nu.
28. litt. S. & alij.*

Tamen contrariam sententiam, vt ni-
mirum hypotheca à die scripturæ inci-
piat (remoto tamen antidatæ graui du-
26 bio) & veriorem, & tutiorem etiam esse
credo; adeo, vt non puduerit *Gratian.*
mutare sententiam, & palinodiam caue-
re in appendice ad *dictum cap. 501. in
fine libri tertij.*

Quam sanè sententiam strenuè tuen-
tur omnino videndi *Antonius Faber. er-
rore 3. Decade 1. Gaitus de credito cap. 2.
tit. 8. à num. 3196. ad num. 3212.* qui ra-
27 tiones affert, & rursùs *cap. 4. quæst. 11.
num.*

*num.*1531.*cum tribus seq. Rebuff. de chirograph.& cedul.recognit.in præfat.nu.*81. *& seq.Guttierez. practic. qq. lib.* 1. *quæst.* 125. *num.*3.*&* 4. *Rota Genuæ decis.* 188. *Decian.cons.*109.*nu.*19.*lib.*2. *Rodriquez. de Priuileg.credit.p.*2.*artic.*1.*nu.*15.

Duo verò sunt huiusce sententiæ solida fuudamenta; alterum est, quòd dispositio *l.scripturas, & dicti* §.*eò ampliùs* aptanda potiùs est ad eos casus, qui fre-
28 quentèr, & facilè contingunt, quàm ad eos, qui raró *l.nam ad ea ff. de legib. l.ea, quæ raró ff.de reg.iur. l.*1 §. *sed, & si quis ol secondo C.de lat.libert.tol.*

Atquì nisi hypotheca inciperet à die chirographi, vel literarum cambij, tunc dispositio *l.scripturas, & N. C. Mediolani* tribuentium literis cambialibus hypothecam, vel nunquam, vel raró sibi locum vindicaret; ergò à dicta die hypotheca debet incipere.

Secunda propositio probatur *à Gaito loco supra citato num.*3208.quia(vti quotidie videmus in praxi) creditores chirographarij, nunquam curant chirographorum suorum solemnem fieri re-
29 cognitionem,nec creditores cambij fieri protestationes, nisi cum debitor redactus fuerit ad incitas lineas; & non soluit; tunc verò alij creditores instrumentarij concurrunt, qui per necesse credita habent anteriora recognitione, vel protestatione facienda: Ergo si hypotheca incipiat à die recognitionis tantùm, vel protestationis, nihil, vel parùm suffragaretur creditori, ac proindè sanctio legis, raró locum obtineret in praxi.

Alterùm fundamentum est, quia nisi hypotheca daretur à die literarum cambij veri; illa vtique contraheretur in die recognitionis, siuè protestationis, sine vlla promissione; sinè consensu, & sinè præsentia debitoris: & sic fieret,vt bona debitoris citra conuentionem hypothe-
30 cæ subijcerentur; cum tamen explorati iuris sit expressam hypothecam non induci, nisi debitor ibi sit, & consentiat, & bona obliget: hypothecam verò à lege non dari, nisi in casibus ab ea explicitis (inter quos iste non legitur expressus à N. C. Mediolani *in dicto* §. *eò ampliùs*: nisi velimus ponere pro fundamento decisionis id, de quo nunc quæritur: nullum enim verbum, ibi dicitur de restrictione hypothecæ ad diem protestationis.)

Ita traditur *in toto tit.ff.& C.in quibus caussis pignus &c.in l.*2.*vbi glos.fin.in fine ff.de priuileg.credit.* & docent *Surdus de-*
31 *cis.*31.*num.*9.*& decis.*217.*nu.*10. & alij apud *Gaitum dicto cap.* 2. *tit.*7. *nu.*2474. *& seq.Mantic.de tacit.lib.*11.*tit.*13.*n.*28. *Costa de fact.scient.distinc.*2.*cent.*1. *num.* 16. vbi rationem assignat *Fachin. contr.* 33.*in fine lib.*12.*Hartman. Pistor. obseru.* 68.*num.*15.*Grat. discept.*25. *nu.*1. *Faber. decade* 1.*err.*1. latè *Noguerola alleg.* 1. *nu.* 5.& alij passim.

Vndè igitur hanc hypothecam educemus in actu protestationis, seù recognitionis literarum? certè conuentionalis deficit; legalis verò non exprimitur in textu N. C. qui allegatur (nisi vt dixi quæstionem pro decisione ponamus.)

Verum igitur erit, illam eandem hypothecam recognosci, & seù ex protes-
32 tatione comprobari, quæ literis,& cambio iam tributa fuerat: non enim inquit *Faber.citato errore* 3.*decade* 1. (& eum sequitur *Gaitus vbi supra nu.*3198.) *agnitio, seù protestatio chirographi inducit pignus,& hypothecam,sed eam,quæ iam ante constituta fuit, qualis sit, & fuerit declarat*: qui verò declarat nihil facit de nouo. Idem docet *Griuel. decis. Dolan.* 27. *num.*13. vbi has rationes *Fabri* apertas, & conuincentes dicit.

Et sic veritas erit, recognitionem, seù protestationem eo fine præcipuo inductam esse, vt remoueatur suspicio antidatæ in damnum tertij creditoris, cui fraus fieri possit: & consequenter,vbi hoc medio, vel per alias probationes, & præsumptiones ista suspicio cesset, ibi tunc de tempore literarum hypothecã ade sse.

Quod itaque ad secundum attinet dubium, veritas,& realitas dicti cambij, ita remanet probata, vt Iudicis intellectus tranquillè conquiescere possit.

Primo loco,quia cum literæ cambij nõ soleant per tres testes subscribi; & ijs nihilominus hypothecam tribuerint N. C, Mediolani; propterea ad has aptari non posse

posse videntur ea, quæ disputant DD. de dispositis in *l. scripturas 11. C. qui potior. in pignor. hab.* dum non aliud requirunt N.C. quàm quòd cambium sit verum, & reale: Nec literæ cambij sunt de substantia contractus, sed sunt illius probatio *Raphael. disput. 1. q. 11. num.* 14. vel saltem sunt de substantia exequtionis, & confessionis debiti *ibid. nu.* 16. & de consuetudine habent vim publici instrumēti, idem *Raphael. disput. 2. q. 16. num. 20. pag.* 246.

Secundo quia, quidquid controuertant DD. circa *d. l.*; veritas tamen est, disposita ibi per Leonem Imperatorem non
33 esse de forma substantiali, & indiuidua: benè *Scaccia de iudic. caus. ciuil. lib. 2. cap. 11. num.* 1128. *& seq. & nu.* 1157. *Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. nu.* 3086. *& num.* 3128. *Genua de script. priuata lib. 1. q. 16. ad l. scripturas concl. 3. num.* 88. *& seq.* & latè, ac solidè vnus instar omnium videndus *Ioseph Vela dissertat. 21. nu. 35. & seq. præcipuè nn.* 39. 44. 47. *&* 50.

Quia tota moralis ratio tum legis, tum N. C. fundatur in suspicione fraudeue in damnum tertij: *Sed ista suspicio iuris*
34 *tantùm est, non etiam de iure, & ideo probationem contrariam admittit, & probationi cedit*, sunt verba *Fabri in Decade p. error. 3. num. 4. in fine.*

Vbi igitur alijs bonis argumentis cōiecturis, circumstantijs, & præsumptionibus Iudici liqueat de veritate crediti, tunc chirographarius præfertur etiam instrumentario. *Rota post Merlin. de pignor. decis.* 17. *num.* 3. *& decis.* 79. *nu.* 6. 7. 10. *Gratian. discept.* 39. *nu.* 7. *&* 8. *&* 29.
35 *Gen. de script. priu. lib. 1. q. 16. concl. 2. num.* 12. 13. 17. 18. *Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. num.* 3103. *Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de fide instrum. resol.* 12. *num.* 21. *Franch. decis.* 95. *num.* 6. *& seq.*

Præsertim inter negotiatores, inter quos subtilitates iuris non habent locum *Rota Genua decis.* 186. *num.* 1.

36 Argumenta porrò, quæ suspicionem arcent, & ex actis desumuntur sunt hæc.

1 Solemnia instrumēta protextuum, vti vocant, ipsarum literarum cambialium.

2 Qualitas personarum, quæ dare solebant, & accipere cambio, vt constat ex pluribus literis, & protextibus.

3 Diuersitas fideiussorum, qui se in dictis literis obligauerunt.

4 Indiuiduitas, & verisimilitudo temporis; dierum nempe 15. Octobris 1575. & 7. Decembris 1576. eòq; magis dum ad exclusionem D. Vicecomitis dies vna anterior suffecisset.

5 Pluralitas literarum cambialium, quibus Triuultius debitorie se adstrinxerat.

6 Contradictio facta Cridis Prouisionalibus per ipsos Braschan, & Coquium cum solitis iuramentis.

7 Denuntiatio ipsius contradictionis facta per D. Vicecomitem, qui denuntiando hanc contradictionem, videtur agnouisse veritatem dicti cambij.

8 Obligatio huius parcellæ in publico instrumento suscepta per D. Sormanum virum nobilem pro ipso nobili D. Triuultio versus Brascham, & Coquium cum insertione calculorum.

9 Instrumentum promissionis indemnitatis factum per D. Triuultium in fauorem D. Sormani.

10 Consideratio temporis, quo hæc gesta sunt; tunc nempe cum de idoneitate D. Triuultij non dubitabatur; atq; ideo collusioni non poterat moraliter esse locus in damnum tertij.

11 Solemnes, & iuratæ cessiones factæ per ipsos Braschan, & Coquium DD. Pirouanis, & ab his D. Sormano.

12 Recognitio dicti debiti facta per heredem dicti D. Triuultij, & datio in solutum bonorum, ad quæ nunc agit D. meus Marchio Vicecomes.

Quæ sanè omnia faciliùs recipienda esse censeo, attenta temporis antiquitate, quæ seculum integrat, & in fauorem tertij, titulo oneroso possidentis, me tamen &c.

Caussa pendet.

Ref-

Responsum XXI.

Quæstori, qui à Rege Domino innocens declaratus fuit, omnia emolumenta debentur nõ secus, ac si Magistratum suum præsens obiuisset.

SVMMARIVM.

Collegis absentibus; agris, & iusta de caussa impeditis emolumenta dantur in Magistratu Extraordinario Mediolani nu. 1.
Circunstantia facti 2.3.4.
Explicatur c. vnicum de Cleric. non resid. in *6.num.*5.*& seq.*
*Et locum habere demonstratur potissimùm in eo, qui contra ius detrusus fuit in carcerem nu.*7. *&* 8. *&* 9. *& nu.* 12. *vbi ita decisum: & num.* 18. *&* 20. *etiam si iuxta caussa detentionis præcessisset nu.*13.
*Item in iniustè excommunicato nu.*10.
*Bona fides, vel saltem dubia, quando inducatur in Collegis nu.*11.
*Idem ius locum habet in fructibus, qui certis temporibus diuiduntur nu.*14.
*Ratio prædictorum affertur nu.*15.
Expenditur allegatio 8.D.Noguerolæ *num.* 16.& seq.
*Substitutus loco alterius emolumenta percipit nu.*17.
*Descriptio bonorum fit ad solum effectum cauendi nu.*27.
*Decisio Excellentiss. Gubernatoris nu.*23.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



T propositæ quæstionis decisionem in bono lumine ponam, quatuor præmittenda sunt mihi. Primum, quòd apud Tribunal Magistratus Extraord. Red. receptissima consuetudo est, vt Collegis
1 ægris, absentibus, & ex quacunque iusta de causa impeditis; non solùm emolumenta dignitati coniuncta, sed etiam salaria sententiarũm præstentur; non secus, ac si actu interfuissent. Huic verò consuetudini suffragantur exempla, quæ ipse D. Comes Vaylati adduxit; ea potissimùm Egr.Com.Casati, Egr.Quæstoris Messeiæ, Magn.nunc Senatoris Anulphi; Illustriss. Præsidis de Castro, & Regia iussio pro Egreg. Thesaurario generali Don Cæsare Ayroldo.

Secundum, quod D. Comiti, nunquam fuit suspensum munus, & exercitium Quæstoris, nec fuit opus vllo decreto, per quod ad dignitatis suæ sedem
2 restitueretur, nec vllus datus ei substitutus est, qui vices eius expleret; imò pro toto tempore, quo in arce Papiæ detentus fuit, salarium Regium percepit.

Tertium, quòd non alio titulo plenariè absolutus fuit, quàm puro, ac mero titulo innocentiæ, & iustitiæ, ad incùdem examinis à Supremis Iudicibus à Rege Domino delegatis diligenter redactæ, vt
3 non vno in loco legitur in sententia, in illis præsertim verbis, *Se entiende, y es ex capite innocentia*, & in illis, *por ser assi de justicia*.

Quartum, quod hæc emolumenta, & salaria, quæ D. Comes nunc petit, non fuerunt simplicitèr, & absolutè diuisa, aut cumulo cæterorum aggregata, & confusa, sed in libris Thesaurariorum separatim descripta semper in capite ipsius
4 D. Comitis, & data deindè solis DD. Quæstoribus de numero antiquo (exclusis, nescio cur, supernumerarijs participantibus) præcedente decreto Magistrali, quod clausulas duas continet; alteram nempè præseruatiuam iurium D. Comitis, alteram obligatoriam eorundemmet Egreg. Quæstorum, restituendi scilicet quicquid ad ratam habuissent.

His præmissis, iusta est meo iudicio petitio D. Comitis; & rationem decidendi sumo ab exceptione, quæ traditur *in cap. vnico, de Clericis non residentibus*
5 *in 6.* in illis verbis, *exceptis illis, quos infirmitas, seù iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret*: Quæ sanè fundat à fortiori petitionem D. Comitis, quia ibi agitur de distributionibus quotidianis, quæ, vt inquit idem *Canon manualia beneficia*

nuncupātur, & tantùm reſſidentibus tribuuntur, & in quibus regula militat, vt qui non laborat, non acquirat.

Canoniſtæ porrò, atq; Theologi, quærentes quænam ſit iuſta hæc, & rationabilis corporalis neceſſitas, de qua loqui-
6 tur textus, inter alios caſus, illum vnanimes ponunt in eo, qui iniuſtè detruſus fuit in carcerem, & innocens deindè declaratus; Et huic deberi diſtributiones quotidianas affirmant.

Ita Barboſa iunior in collectan. ad dictum c.vnicum, & latiùs *de officio, & poteſtate Epiſcopi p.2.allegat.* 53.*nu.*178.*fol. mihi* 430. vbi plures Doctores in puncto cumulat, quos non tranſcribo.

7 *Couar.var.reſol.lib.3.cap.*13.*n.*8.*verſ. vndecimo, et verſ. duodecimo.*

Benè Layman.Theolog.moral. tit.de Eccleſiaſticis beneficijs tract.2.cap.7.num.2. verſ. alterum obſeruandum, ibi, *quia in carcerem iniuſtè coniectus eſt.*

Optimè Ferdinandus de Caſtro Palao in oper.moral.p.2.tract.7. de orat. deuotione,
8 *& horis Canonicis diſput.3.puncto 9.§.2. num.3.pag. mihi 52. ad impreſſ.Lugduni 1631.à fortiori, ſic dicit.*

Hinc infertur, quid dicendum ſit de eo, qui in carcerem conicctus, vel in exilium pulſus; & quidem ſi cauſam huic impedimento non dedit, etiam ſi Iudex legitimè
9 *eum condemnet, vtpotè, qui falſis teſtibus, ac probationibus mouetur, acquirit diſtributiones*, mox rationem ſubdit, *quia corporali neceſſitate, quam excutere non poteſt, impeditur ab aſſiſtentia.*

Idem dicit de iniuſtè excommunicato, & *num.* 8. à fortiori probat, etiamſi communiter habitus fuiſſe pro iuſtè excommunicato; ſi tamen cauſa cognita,
10 declaretur iniuſta excommunicatio, poſſe illum repetere diſtributiones ab ijs, quibus interim accreuerunt, quia, vt ipſe ait, *ceſſante ſuppoſito, ceſſat applicatio, potiſſimùm ſi bona fide non conſumpſerint, & facti ſint locupletiores.*

Quæ ſanè poſtrema verba ſtrenuè militant in caſu noſtro, attentis circumſtantiis, quas retuli ſupra in quarto præmiſſo: nimirum reſeruationis iurium D. Comitis, & expreſſæ obligationis ſuſceptæ per DD. Quæſtores reſtituendi habita; iſtæ namque circumſtantiæ, vel bonam fidem excludunt abſolutè; vel
11 valde dubiam reddunt; vel ſaltem operantur, vt pecuniæ non dicantur conſumptæ; ſed adhuc extantes, vt docent paſſim DD. & inter eos *Noguerol.alleg.*7. *num.*4.& meliùs *alleg.*35.*num.*23.

Prædictis album calculum addit Bonacina videndus *de horis Canonicis diſput.2.q.5.puncto 2. nu.*10. qui hanc quæſtionem de iniuſtè coniecto in carcerem tractans in §.1.*pag. mihi* 564. *ad impreſſ. Lugduni* 1646.*eam ſic decidit.*

Qui verò in carcere detinetur ob criminis ſuſpicionem, poſtquam per ſententiam iudicatus fuerit, poterit diſtributiones ca-
12 *perc; ratio eſt, quia per ipſum non ſtetit, quin choro intereſſet, ſed iniuſto carcere impeditus fuit, ne ad Eccleſiam ſe conferret, tùm quia per Sacram Cardinalium Congregationem, ita declaratum eſſe fatetur Nardus*, mox declarationem refert, quæ apud illum videatur.

Quam doctrinam extendit *n.* 2. etiam ad caſum, quo præceſſerit iuſta cauſa detentionis, de quo caſu textus eſt pulcher
13 *in l.ex cauſſa* 15.*ff.de re milit.* cuius verba videātur, & ſequitur *Emanuel Roderic. de Sylua in commentar. Regia pragmat. de ſalarijs q.*73.*num.*78. & hanc concluſionem *Bonacina ampliat* loco citato *nu.* 4. *verſ.hinc igitur conſtat*, etiam ad caſum quo quis in iudicio appellationis innocens declaratus fuerit, quamuis à primo Iudice condemnatus fuiſſet; laudatque pro hac ſententia *Nauarrum, Garziam, Gonzalez, Monetam, Alterium, Aulam, Sà, Couarruias, Layman, Monardum, & Monetam*, mox in hæc verba concludit.

Addo cum Nauarro, Quaranta, & alijs huiuſcemodi Canonico, qui fuit abſolutus,
14 *& innocens declaratus, non ſolùm deberi diſtributiones quotidianas, verùm etiam fructus, qui certis temporibus diuiduntur ſolùm inter eos, qui Diuinis interſunt*, quia vt benè explicat §.2.*nu.*5.*pag.*565. *nec ſalaria, nec diſtributiones fuerunt irreuocabiliter alijs Canonicis, ſed reuocabiliter*, in caſu, quo iniuſtè iudicium proceſſiſſet, applicatæ.

Rationem porrò illam quam ſupra adduximus ex Bonacina ſcilicet, *quia per*

Co-

Comitem non stetit quin Magistratui interesset, adduxit etiam *gloss. in l. arboribus*
15 *13. §. de illo*, in verbo *ægrotante ff. vsufructu, & quemadmodum quis vtatur*, ibi, *quod dapifer debeat habere salarium etiam ratione temporis &c. nam per eum non stat, quo minus seruiat*, & pulchrè expressit *Paulus I.C. in l. cum heres 4. §. stychus ff. de statu liberis*, in illis verbis, *seruire enim nobis intelliguntur &c. qui cupientes seruire propter aduersam valetudinem impediuntur, & Vlpianus in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordin. cognit.* ibi, *quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret*, & rursus idem *Paulus in l. qui operas 38. ff. locati*, vbi sic ait, *totius temporis mercedem accipere debet, quia per eum non stetit quominus operas praestet*.

Solida hæc (nisi fallor) fundamenta sunt, quæ non concutiuntur ab opposita allegatione 8. *D. Petri Noguerola*, quia illa non aptatur ex pluribus rationibus ad hypothesim nostrã, vt legenti patebit, & quarum aliquas recensere non piget.

Prima ratio est, quia casus ibi propositus, diuersus est à nostro. Quæritur enim illic, an Secretarius de Contreras iustè repeteret à Don Gabriele de Occana, &
16 Alarcon, qui dictum Secretarij munus exercuerat, ex peculiari Regis decreto, vt ex *num.* 3. emolumenta percepta, durante priuatione: Hìc autem nullus datus fuit substitutus D. Comiti, & in dictis terminis, quibus scilicet alter substitutus exercuerat cum titulo, & electione, loquuntur Doctores, quos citat *Noguerol.*
17 *nempè Franch. decis. 165. num. 12. à Ponte decis. 25. nu. 13. & 20. & in cons. 133. n. 8. & 9. lib. 2.* qui sanè auctor *in d. decis. nu.* 18. fatetur iniustè carcerato omninò quotidianas distributiones deberi, & supradixerat dato iusto impedimento, salarium, & emolumenta deberi.

Mastrill. verò de Magistratibus lib. p. cap. 21. num. 92. loquitur & ipse vbi alius substitutus exercuit, qui stipendijs suis militare non debuit, & de indulto *cap. 22. nu. 7.* nihil habet ad rem.

In eodem casu loquuntur *Paschal. de patria potestate p. 4. cap. 6. num. 41. Thor. in compendio decis. p. 1. lit. F. vers. fructus officij pag. 245.*

Capiblancus de Baronibus pragmat. 5. nu. 16. pag. 143. nobis consentit, ibi, *ve-*
18 *rùm si fuerit impeditus, consequi potest salarium*.

Rouit. cons. 4. nu. 13. & 14. vol. 2. & Gabriel. cons. 9. lib. 1. Caroc. & Sesse, quos citat *Noguerol. num.* 33. non faciunt ad casum nostrum, prout pariter, neque *Alexander Ludouic. decis. 74. num. 8. Ricc. decis. 112. p. 4. Veral. decis. 39. p. 2. Surd. cons. 42. lib. 1.* qui in alijs terminis scribunt.

Secunda ratio diuersitatis est, quia ibi præcesserat priuatio muneris, exilium, & successiua relegatio dicti Secretarij Contreras ex Regio decreto, vt ex *num.*
19 2. in fine, & præsupponebatur pro certa, iustitia præcedentis priuationis, & exilij, vt ex *num. 42. vers. & ratio est*, ideoq; quemadmodum fuit opus peculiari Regis decreto, vt Secretario Contreras munus amissum redderetur; ità etiam necessaria videbatur declaratio, vt emolumenta restituerentur.

Hìc autem nulla præcessit priuatio muneris in D. Comite, nullo fuit opus decreto restitutionis ad illud, quod semper retinuit, ideoque cessant, quæ dicuntur per *Noguerol. num. 36.* & quæ supponunt terminos in quibus super restitutione lata fuerit sententia.

Et in primis terminis scilicet de eo, qui fuit suspensus ex suo delicto, & cul-
20 pa, & in cuius locum alius subrogatus est, loquuntur *Montan. in rubr. de regalib. officiorum num. 54. vers. sed aduerte*, qui in nostris deinde terminis sentit nobiscum, & *Cabedo. decis. 8. nu. 34. p. 1.* qui pariter supposito iusto impedimento stat pro nobis, & rationem assignat, quia per D. Comitem non stetit, quin operas præstiterit.

Tertia ratio diuersitatis illa est, quia ibi dictus de Alarcon Regium titulum interim habuerat, quo dictum munus exerceret, & quidem cum expressa declaratione, vt eiusdem muneris honoribus, emolumentis, & præeminentiis frueretur, vt legitur *num.* 13.

Quarta, quia regula, quam affert *Noguerol. num.* 7. non procedit, vbi adsit iustum impedimentum, & necessitas absentiæ, & quæ tradit *num.* 9. supponunt cul-

21 pam,quæ in casu nostro nulla est.

Quinta, quia ibi Secretarius Contreras non fuit absolutus, & restitutus de rigore iustitiæ, & vti innocens; sed ex mera gratia Regis gratificari volentis Archiepiscopo Granatensi, vt ex *nu.* 37. *& seq.* Imò præsupponitur iustitia præcedentis exilii, & priuationis, vt legitur *num.* 20.

Sexta, quia emolumenta, de quibus ibi disputabatur, consumpta fuerant bona fide: Hic autem extare quasi dicuntur, vigore clausularum in decreto Magistrali existentium, quæ, vt diximus in quarto præmisso, bonam fidem excludunt, vel dubiam admodum reddunt.

Non obstat demum D. Comiti decretum Excellentiss. Comitis Fontis Seldanæ tunc Gubernatoris Magistratui directum, vt bona eius describeret; quasi per hoc constituti fuerint in bona fide DD.Quæstores.

Tùm quia nemo Iurisperitus ignorat, descriptionem fieri ad solum effectum cauendi Fisco, vbi reum deliquisse iudicetur; interim verò nihil iuris tribuere

22 Fisco, qui pendente cognitione, reum spoliare non potest, ad celebrem textum *in l.defensionis 7.C.de iure Fisci lib.* 10. & ibi *Nouarius num.*4.& in *c.cum secundum* 19. *de hæreticis in 6.*& ideò minus DD. Quæstoribus, qui exitum caussæ expectare tenebantur non autem interim portionem D.Comitis inter se diuidere.

Tùm quia bona fides excluditur, vti diximus in *quarto præmisso post mediũ*, ex ipso decreto condito per DD. Quæstores, quod sanè posterius est tẽpore, prædicto decreto Excellentiss. tunc Gubernatoris, in quo ipsimet iura Domino Comiti reseruarunt, & ad restitutionem portionis ad eum spectantis se obligauerunt.

Ex quibus sentio pro iustitia petitionis D.Comitis, ea etiam ratione, quia si portione prædictorum emolumentorum priuaretur; effectus absolutionis quodamodo respondere non videretur ex integro causæ præcedenti; scilicet meræ iustitiæ, & innocentiæ de quibus loquitur sententia; sed imò videretur aliqua ex parte puniri in ære, & quidem contra consuetudinem, qua vtitur Magistratus cum aliis Collegiis iustè impeditis: ex qua etiam consideratione, magis, ac magis iustificatur petitio D. Comitis, me tamen.

23 *Ita vti scripsi decreuit Excellentiss. Gubernator Mediolani Don Aloysius Ponze de Leon.*

Responsum XXII.

Agitur de fideicommisso gentilitio transuersali.

SVMMARIVM.

*Recensetur dispositio testatoris à nu.*1. *ad* 18. *&* 28.29.

*Ratio dubitandi nu.*19.

*Decisio petitur ex ratione, ex mente, & ex verbis num.*20.21.22.

*Naturalis ratio tacita legis instar nu.*23.

Finis includit media tanquam caussas 24.

*Comprahensio legis, quid sit nu.*25.

*Magis mens, quàm verba spectatur nu.*26.

*In fideicommissis diudicandis voluntas, magis attenditur, & obseruatur, quàm verba num.*27.

*Linea propriè, quid sit nu.*29.

*Argumenta voluntatis proponuntur perqua fideicommissum perpetuum esse dignoscitur num.*30.

Praxis Senatus Mediolani laudatur iudicandi pro fideicommisso ex clausula, quia volo *num.*31.

*Secundum hanc praxim Serenis. Dux Parma de Consilio prudentum iudicauit n.*32.

*Duæ rationes huius sententia afferuntur; altera nempe ex vi comprahensiua: altera quia dicta clausula efficit fideicommissum reale nu.*33.34.

*Veritatis magna vis apud Senatorem Redenascum nu.*35.

DD.Merenda, & Sertorius laudantur nu. 36.

Veritatis oratio simplex: et veritatem quærentibus vitanda est multitudo Auctorum, et iustam ad caussam tria verba sufficiũt. 37.

*Decisio Senatus nu.*38.

DO-

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.

1 IN testamento Capitanei Frācisci Cacciæ, de Mandello, primus heres instituitur Io. Baptista propinquus suus.
2 Secundo loco instituuntur *filij* eius *masculi, & descendentes in infinitum legitimi*.
3 Tertio loco legitimati per subsequens matrimonium.
4 Quarto illegitimi cuiuscumq; Spurietatis sint, cum onere legitimationem obtinendi.

Vbi verò primus heres decederet sine filiis, & descendentibus legitimis; legitimatis, & sine Bastardis, & vt supra nullo condito testamento.

5 *Eo in casu* substituitur vnus ex sex Nobilibus de familia Cacciorum contentiua (qui nominantur,) & in vnum sorte extrahendum, eiusq; descendentes masculos, voluit testator hereditatem integram peruenire.

Deficiente descendentia masculina prædicti sic sorte electi; voluit sortem
6 proici inter alios Nobiles vt supra nominatos, si tunc extiterint; sin minus inter eorum descendentes masculos.
7 Et sic *toties quoties* linea masculina defecerit: declarando quòd deficiente linea masculina primi heredis, & sine testamento ab hoc primo herede condito; ita vt casus euenerit iaciendi sortem, in-
8 ter dictos Nobiles nominatos, *seu inter*
9 *eorum descendentes*; quòd eo casu, *& casibus* perueniat hereditas in vnum tan-
10 tùm ex vocatis ad sortem eiusq; primigenitum.
11 Quia vult totam hereditatem peruenire, & permanere in vnicum caput, prohibita omni, & quacumq; diuisione, & alienatione bonorum suorum; adeo vt eam quoq; omninò vetuerit in caussam dotium, vt in vers. *item prohibuit testator*.

Pergit testator repetendo, & recensendo; velle se hereditatem suam transire in masculos ex primo herede legiti-
12 mos; deinde bastardos in infinitum cum verbis, & clausulis per omnes testamenti partes, perpetuitatem fideicommissi denotantibus.

Post hæc omnia ordinauit, & declarauit licere D. Io. Baptistæ primo heredi
13 decedenti sine filiis masculis legitimis bastardis, & vt supra; nec non eius filiis, & descendentibus in infinitum masculis legitimis, & vt supra, ac etiam bastardis vt supra decedentibus sine filiis legitimis, aut bastardis in infinitum, & vt supra de dicta tota hereditate disponere in vltima voluntate, & non aliter; modo tamen dictam eius hereditatem ex testamento conferat in vnicam personam nobilem masculum de familia Cacciorum de Nouaria, & eius districtu, & non aliter, nec alio modo: & vt latiùs in §. testamenti *ordinans tamen*; adeo vt sorti locus foret quoties masculi defecissent non facta nominatione vt supra, quo in casu, seù casibus tantùm, (deficientiæ nimirum descendentiæ masculinæ legitimæ, aut bastardæ sine masculis, & non facta nominatione) voluit hereditatem
14 suam integram peruenire in vnum ex nominatis ad sortem, aut inter eorum
15 descendentes in infinitum *vt supra, et prout supra*, & sic inter descendentes à
16 nominatis fieri toties, quoties casus euenerit; *ad hoc, vt perpetuò dicta eius bona remaneant in familia Cacciorum vt*
17 *supra per præfatum testatorem nominatorum*, exclusis semper, & in omni casu fæminis.

Cuius etiam perpetui fideicommissi
18 mentionem fecit, dum certa bona legauit, vt in testamento.

Dum verò huiusce fideicommissi relaxationem petijt D.I.C. Caccia, vtpotè nominatus à D. Octauiano vltimo masculo, qui nouissimè decessit sine masculis relicta tantummodò D. Aurelia Maria filia fæmina, audiuit sibi tres exceptiones signanter opponi in vnicum eundemq; finem exclusionis dicti I. C. Cacciæ tendentes.

Primam non competere vltimo descendenti masculo, D. scilicet Octauiano, facultatem nominandi.

Secundam, ab honore, & commodo nominationis cecidisse nominatum, quia

de

de iure implenda non esse contendit gra-
uamina , & conditiones appositas per
nominantem .

Tertiam, fideicommissum à dicto Ca-
pitaneo Francisco vt supra ordinatum
expirasse , & sic fœminam tanquam ca-
pacem retinere posse omnia bona .

De prima, & secunda amplè scriptum
fuit in pleno responso iuris per D.meum
I.C.Franciscum Gemellum edito .

De tertia ego nunc dicere aggredior .

DD. igitur defensores prædictæ In-
fantis,quæ sola superest ex descendenti-
bus à Io .Baptista primo herede , conan-
tur sustinere, fideicommissum expirasse ,
nec esse vllum , qui possit bona è mani-
bus dictæ fœminæ vindicare ; quia D. I.
C. Caccia , qui nominatus fuit à D. Oc-
tauiano vltimo masculo, probare debeat
prius durationem fideicommissi , ex qua
oritur incapacitas fœminæ retinendi bo-
na ; qua incapacitate nititur nominatio
facta per dictum D.Octauianum .

Quam durationem fideicommissi,ten-
tant excludere , etiam si supersint adhuc
duo masculi , qui descendunt ex dictis
sex respectiuè vocatis ad sortem ; scili-
cet D.Ioseph Antonius Caccia ; & D.Io.
19 Angelus Caccia : dicunt enim , caduca-
tum fuisse primum gradum substitutio-
nis, de qua supra in facto *nu.4.& 5.* dum
casus non euenit , quia Io. Baptista pri-
mus heres non decessit sine descendētia
masculina ; ad quem casum , vbi eueniss-
set, testatorem, aiunt, restrinxisse substi-
tutionem sortis ; vt ex clausula illa, *eo in
casu* ; & consequenter omnes sequentes
substitutionis euanuisse .

Nos verò contra defendimus, durare
scilicet fideicommissum, & fœminam in-
capacem esse ; idq; ratione , & ex mente
20 testatoris,ac ex verbis probamus; addita
etiam obseruantia Senatus Excellentiss.
sic iudicandi pro existentia fideicom-
missi , etiam in casibus, qui longè maio-
rem dubitationem habebant .

Quod igitur ad mentem , & rationem
attinet; ea euidens creditur; agitur enim
de testatore transuersali , qui vt ex inte-
gro contextu testamenti apparet , in eo
21 totus fuit, vt fideicommisso primigeniali
perpetuo, & in infinitum duraturo , vni-
uersam hereditatem obstringeret , in fa-
uorem masculorum tantummodò de fami-
lia Cacciorum, vocatis per prius mascu-
lis à primo herede descendentibus , ex-
clusisq; semper, & vbique fœminis .

Quæ igitur ratio moralis (ex qua tota
verè fideicommissorum interpretatio de-
sumi solet) persuadeat viris sapientissi-
mis, qui iudicaturi sunt in hac caussa, te-
statorem, qui non alium finem sibi pro-
posuit, quàm vt in infinitum,si per natu-
ram fieri posset, hereditatem suam con-
seruaret in masculis de familia Caccio-
rum,& sic fauorem tantùm familiæ mas-
culinæ , tàm enixè considerauit , vo-
22 luisse totam suam dispositionem ab vno
filio pendère , & caducam fieri , totque
prouisiones , & substitutionum gradus
concidere , & euanescere *eo casu* , quo
primus heres moreretur cum masculis ,
& sine testamento, ac nominatione ?

Cum imò potius ratio naturalis , quæ
lex tacita nuncupatur à *Paulo I.C. in l.
cum ratio 7. ff. de bon. damnat.* à fortiori
persuadeat nobis, testatorem, qui voca-
uit tot alios nobiles masculos de familia
23 *toties quoties* , masculus successor, sine
masculis , & sine nominatione defice-
ret, noluisse, vt longitudo ea fideicom-
missi , quam in infinitum extendi præ-
optauerat , in ipso primo puncto præ-
cideretur .

Certè qui vult finem perpetuitatis,&
conseruationis bonorum in solis mascu-
lis Cacciis; vult etiam media, quæ finis
de sui natura secùm trahit,tanquam ca-
ussas per quas in esse ponatur: Hæc por-
24 rò media, non alia dari possunt, quàm si
dicti nobiles de familia subintrent ; non
solùm in casu , quo primus heres sine
masculis, & sine nominatione decesserit,
sed in eo pariter casu , quo vltimus de-
scendens à primo herede masculus mo-
riatur nominatione non facta , seù etiam
in casu quo masculi ex nominato non
supersint .

Hæc siquidem non extensio volunta-
tis est , sed comprǽhensio , quam doctis-
25 simè explicat *Suarez de legib. lib.6.cap.3.
num. 16. et tribus sequent. et cap. 4.* quia
nimirùm hic casus ita comprǽhenditur
adæquate sub fine perpetuitatis,seù con-
serua-

seruationis bonorum in masculis de familia Caccia, quem testator omninò intendit, vt à fine separari non possit, sine destructione ipsius finis.

Dùm enim voluntas testatoris lex est priuata; meritò castigandi sunt interpretes ii, qui à ratione morali discedunt, & in punctulis equitare student, ac in solis verborum apicibus triumphare; contra rationem, & contra textus expressos *in l. non dubium 5. C. de legib. l. nominis 6. §.*
26 *1. ff. eod. l. scire. 13. §. aliud ante fin. ff. de excus.* ibi *et si maximè verba legis hunc habeant intellectum; tamen mens legislatoris aliud vult*; vnde à verbis recedimus, & stamus rationi; ait ibidem *Baldus cum Raynerio, et Dyno l. scire 17. ff. de legib.*

Quid enim, rogo, sciebat Notarius ille suburbanus? quid nouerat testator ipse,
27 qui miles erat, & literas ignorabat, de verbis, siue absolutis, & dispositiuis, siue per modum rationis, & consequutiuè, ac dependenter prolatis; de prohibitione nuda seu vestita? nugæ profectò sunt istæ; firmumq; manere debet præceptum illud legis *vt in fideicommissis voluntas magis, quàm verba intuenda sit*, imò *sola seruanda sit l. cum virum 16. C. de fideicom. l. à fratris 127. ff. de leg. p.* vt benè animaduertit *Cuiacius consult. 27. vers. respondi:* quæ ignorantia demonstratur, dum bis, & ter hic expressè prohibita legitur detractio legitimæ, quæ tamen in transuersalibus fideicommissis non competit.

Quamquam vbi de verbis etiam certandum sit; victoria stat pro nobis.

Quod nempe ad verba attinet; discertè mentem exprimunt, & fideicommissum perpetuum, & absolutum inducunt; adeò vt superflua quasi videatur superior disceptatio de mente testatoris. Nonne siquidem clata sunt illa verba *in*
28 *§. ordinans, et declarans in casu deficientis lineæ masculinæ legitimorum, aut Bastardorum præfati D. Io. Baptistæ primo loco vocati, vt supra, et pro vt supra, et sine aliquo testamento etc. casusque euenerit proiciendi sortes inter vocatos, et nominatos per præfatum D. Testatorem, aut inter eorum vt supra vocatorum descendentes: quod eo casu, et casibus etc.?*

Illa namq; verba *deficientis lineæ*, quæ est longitudo, atque copulatio plurium punctorum, atque graduum, non bene intelliguntur de solo primo puncto, & principio lineæ (scilicet de Io. Baptista) sed demõstrant defectum lineæ per mor-
29 tem descendentium masculorum à Io. Baptista; hicque intellectus euidentissimus fit ex clausula *eo casu, et casibus*, & ex clausula alternatiua, *inter vocatos, aut inter eorum descendentes*: nam pluralitas casuum non potest saluari in vno casu singulari, quo moriatur primus heres sine descendentibus masculis, minusque illa pluralitas sortium, de qua loquitur testator.

Præterea, quæ sparsim, & singillatim à Doctoribus in subiecta materia ponderantur; ea hìc omnia simul iuncta fuere, vt veritatem hanc in bono lumine collocarent. Quorsum namq; tendunt studium ardens conseruandi bona in agnatione? exclusio perpetua fæminarum? prohibitio cuiuscumque alienationis, & diuisionis dotiumue constituẽdarum? vocatio masculorum legitimatorum per subsequens matrimonium; & illegitimorum etiam cuiuscunque spurietatis? quorsum tot substitutionum
30 gradus? tot sortes, toties, quoties iaciendæ? tam enixa expressio, vt in vno capite masculo semper sit eius hereditas? repetita vbique tot perpetuitatis, & infinitatis fideicommissi verba; etiam vbi de particularibus legatis agebatur? certè non aliud sibi volunt, quàm quod fideicommissum perpetuum, & absolutum inducatur ad fauorem masculorum de Cacciis: quid aliud, quæso, sibi vult nomen illud *descendentium* pluries vsurpatum, quod plures gradus complectitur? quid demum clausula illa absoluta, qua totam dispositionem conclusit, & supremam, velut illi manum imposuit, & qua caussam testamenti finalem, quasi digito monstrauit, dum ait *ad hoc, vt perpetuò dicta eius bona remaneãt in familia Cacciorum vt supra per præfatum D. Testatorem nominatorum?* nonne porrò nominauerat supra testator nobiles Caccias *de Nouaria, eiusque districtu*, de quibus

bus nominationem fieri permiserat, non-
ne alios deinde vocatos ad sortem nomi-
nauerat?

Laudanda igitur summoperè praxis
est Excellentiss. Mediolani Senatus de
qua plenissimè testatur *D. Merenda con-
trouers.40. nu.22.lib.17.* (videndus quia
materiam casumq; nostrum exactissimè
tractat) & de qua consuetudine prius
testati sunt *Alciat. cons.202.seù 203. lib.*
31 *9. olim cons. 561. Menochius cons. 1051.
cons.197.num.14.et seq.cons.376.nu.46.
cons.900.num.9. cons.1012.num.3.cons.
1032.num.7.Bimius cons.210.num.14.in
fine, et cons. 219. num.42. et Beretta cons.
105.* vt nimirum ex dicta clausula, *quia
volo*; iunctis verbis perpetuitatis (quan-
tò fortius hìc vbi tot aliæ supradictæ ex-
pressiones concurrunt) fideicommissum
absolutum inducatur; reprobata senten-
tia *Decij cons.638.num.7.et 8.*

Quam sanè praxim Senatus Mediola-
ni, dum iudicauit de Consilio Peritissi-
morum, sequutus fuit Serenissimus Dux
Parmæ Octauius Farnesius, à Catholico,
32 & Potentissimo Rege Philippo II. Dele-
gatus; & cum ea iudicarunt Rota Roma-
na; Florentina, Senensis, & Audientia
Regia Cathaloniæ, ac Senatus Sabau-
diæ, vt apud eundem *Merendam dicto
cap.40.nu.11.12.13.14.16.17.*

Cuius quidem praxis, & quarum de-
cisionum altera ratio est, vis compre-
hensiua ex mente, & fine testatoris; al-
tera verò (iuditio meo pariter solidissi-
ma) est, quia vt benè aduertit *Antonius
Faber, in C.lib.6. tit.20.de fideicommissis
defin.36. in fine.* fideicommissum efficitur
33 reale, *cuius probatio* (ait ille) *euidens est,
cum apparet testatorem habuisse respec-
tum, vt loquuntur, ad defectum masculo-
rum, vt bona omnia in familia conserua-
ret* (prout in casu nostro) atque ideo ad
quoscunq; transit cum onere restituendi
masculo de familia extanti.

Quod clariùs expresserat idem *Faber,
ibi defin. 4. num. 9. et seq.* in hæc verba;
*at si quis bona sua perpetuò in familia con-
seruari, disertis verbis iusserit, aut quod
idem est; extra familiam alienari prohi-
buerit etc.*

*Quia volo bona mea perpetuò in fami-
lia remanere; magis est: vt inter omnes eos,
qui sunt ex familia, seruato proximitatis
ordine gradusq; prærogatiua, fideicommis-*
34 *sum reale, et perpetuum; nec tantùm gra-
duale, sed etiam reciprocum relictum vi-
deatur; cui locus fieri debeat, quoties alio-
qui euenturum sit, vt ad extraneum, licèt
nonnisi per viam successionis legitimæ bona
deuoluantur; et ita iudicauit Senatus:*
quæ sanè postrema verba, feriunt caus-
sam puellæ Cacciæ reæ in hoc iuditio
conuentæ, quæ retinere vellet bona per
viam successionis paternæ.

Tanta porrò huiusce veritatis vis est,
vt cum *super omnia vincat* iuxta dictum
Prophetæ *Esdræ 3.cap.3.et cap.4.* propte-
rea D. olim Senator Redenaschus, qui
strenuè partes fœminæ sustinuerat pro
*Oldradi consilio: Redenascus inquam in
cons.30.* re melius considerata, senten-
tiam mutauerit, & palinodiam cecinerit
35 *in cons.29.per tot. et in fine consilij* in hæc
verba concluserit. *Hæc scripsi, post red-
ditum per me sequens consilium 30. in quo
si quid reperiatur, quod alicui ex conclu-
sionibus hìc firmatis aduersetur; fateor
has mihi magis arridere, et vtcumque ibi
per me exarata defendi possint &c.; hæc ta-
men ex maiori animi mei deliberatione
processere.*

Adeo vt, ex ipsa confessione aduersa-
rij, maius robur accipiant scripta pro
existentia fideicommissi, & exclusione
fœminæ per clarissimum Senatorem Ser-
36 torium apud *Caren.resol.163.* videndum
omnino pro nobis, simul, cum *D.Merenda*
loco supra citato; & simul cum *D.Rede-
nasco d. cons. 29.* ne dicta ipsorum repe-
tendo, longior sim.

Malui siquidem temperare à numero,
& à molesta catalogo Doctorum recen-
senda; tùm quia teste *Seneca Epist.49.sim-
plex est veritatis oratio*; & veritatem
quærentibus, vitandam esse multitudi-
37 nem censuerunt Plato, & Pythagoras,
vt scribit *Proclus in libro de anima, et Dæ-
mon.* & refert *Anton.Guibertus quæst. Iur.
lib.1. cap. 10. n.3.* tum quia lis est coram
Excellentiss. Senatu, & Illustriss. Patri
bus, qui scrinia legum secum habent; &
coram quibus (vt Pindarus cecinit) iu-
stam ad causam tria verba sufficiunt.

Cre-

Credo itaque (non obstantibus in con[illegible]um deductis, tam per d[illegible] morę dictæ D.Au[illegible] Mariæ Cacciæ Rosaleræ [illegible]nuc[illegible]æ, quàm per [illegible]os quoscumq. Ad[illegible]s, d[illegible]larandum esse fi[illegible]icom[illegible]um durare, & fæminam vltimi poss[illegible]ris heredem, non esse eius capa[illegible]em..

Senatus referente Magnif. D. Senatore Burro (attenta transactione facta, & per Senatum approba[illegible]a inter Nobiles I.C. Io-
38 *sephum Mariam Cacciam nominatum ab Octauiano [illegible]ltimo posse[illegible]re, & supradictos Nobiles de Caccijs [illegible]catos ad fort[illegible]m) censuit, excl[illegible]sa femina, casum fideicommissi euenisse ad fauorem fortis*

Responsum XXIII.

1 Rex ex potestate sua ordinaria potest creare Officialem cum prærogatiua præcedendi alijs, nec reliqui conqueri possunt de ali[illegible]uos preiuditio; maximè vbi electus labo[illegible]ibus vincit, vel est [illegible]tiqu[illegible]r, [illegible]muis nõ sit [illegible]odem Tribu[illegible]li. Electus Qu[illegible]stor cum [illegible]ærogatiua præcedendi reliquis, nullo ex[illegible]ce[illegible]o vti antiquior omnium; an De[illegible]ano, [illegible]u antiq[illegible]iori Quæsto[illegible]um præcedat, vbi etiã plura de dignitate Decani, qualitate, & essentia secundũ ius Canonicum, & quomodo accipiendum id sit in Magistratibus Secul[illegible]ribus ad diffe[illegible]rem[illegible]am iuris Canonici. *Scribebat I.C. Don Franciscus Villan[illegible] Capitaneus Iustitiæ; & deinde Senator.*

S V M M A R I V M.

Factum enarratur nu. 1. 2. et 3.

Definita coram Principe, amplius non reuocantur in dubium num. 4. et 36.

Gratiam sine ambitu datam tueri debemus num. 5.

De Principis absoluta potestate sacrilegij instar disputare num. 6.

Reges nostri ordinaria potestate semper vtuntur num. 7.

Dignitates omnes in Principe sunt tanquam in fonte, et ab eo deriuantur num. 8.

Princeps dignitates nouas creat, mutuat, ab[illegible] num. 9. 10. 12.

Damnum sentit, cui aliquid aufertur, non qui lucrum perdit num. 11.

Princeps ad libitum remouere potest Officialem, et cur? n[illegible].1[illegible].

[illegible]oribu[illegible] antiquior præcedere debet nu. 14. 15. 41. et 42.

Dignitates augendæ sunt ijs, qui diu, et fideliter seruierunt num. 16.

Antiquior tempore præfertur nu. 17. non tamen in diuerso Tribunali nu. 18. intellige [illegible] nu. 2[illegible].

Magistratus Extraordinarius M[illegible]diolani æqualis est Ordinario, imò quasi maior [illegible] sit Præfectus Annonæ cuius muneris magna [illegible]thoritas olim fuit num. [illegible]9. non habent dignitatem inter se distinctam 20. etiam si diuersis sed[illegible]ant loco nu. 22. et diuersæ sint aulæ num. 2[illegible] [illegible] in consessu præferatur Ordinarius nu. 25. olim erant vna [illegible] hæc duo tribun[illegible]a num. 26.

Regentes Cancellariam Neapolis pares sunt Regentibus in Supremo Italiæ Consilio 2[illegible].

S.C. Neapolis distinguitur in plures aulas 23.

Princeps cumulat petitorium cum possessorio num. 2[illegible].

Princep[illegible] de iure potest creare O[illegible]m, qui cæteris præfe[illegible], n[illegible] dici[illegible]ur [illegible] s[illegible] afferuntur decisiones, [illegible]rati[illegible]ne[illegible] num. 28. 29. [illegible] 31.

Exempla, et deci[illegible]ne[illegible] a[illegible]d[illegible]ros num. [illegible]2.

Princeps non cr[illegible]datur a[illegible] [illegible] [illegible] num. 33

Decanatus vel [illegible]sur[illegible] [illegible] [illegible]4.

Decanus, quam h[illegible]at p[illegible]æeminentiam n. 35.

Littera Excell[illegible] Præsides Italiæ probant num. 37. 38.

Dictio reliquos, *quid significet nu.*39.
*Ratio tanquam anima dispositionis nu.*40.
Verbum præcedere, *præcedentia*, prælatio, *quas prærogatiuas comprehendat* 43.45.
Feudum nouum de consensu Domini permutatum cum antiquo efficitur antiquum 44.
Præpositus unde dictus, et quid significet 46.
*Quæstores antiquiores nullam maiorem mercedem habent à Rege num.*47.
*Honor in honorante potius, quàm in honorato num.*48.
*Damnum in consequentiam non attenditur num.*49.
*De Decanis, quibus in locis meminerit ius ciuile nu.*50.*et ius Canonicum nu.*53.
*Decani cur dicti? lecticarij dicebantur olim, mortuos efferebant nu.*51.
Sic dicti, quia distincti erant in decadas 52.
Officium Decani pendet à consuetudine 54.
*Quibus in locis Decanus emineat, et dignitate fulgeat, et quali n.*55.*et iurisdictionem habeat num.*56.*et* 57.
Distinguitur ab antiquiori Canonico nu. 58.
*Quæstor Decanus in Magistratu nulla præ cæteris prærogatiua fulget num.*59.64.
Nuda nomina nõ attenduntur sine entitate 60.
*Qui Decani sint loco Præsidis num.*61.
Dignitas illa est, quæ talis reputatur 62.63.
*Primas Aduocatorum, seu antiquior nu.*65.
*Canonicus antiquior iurisdictionem exercet absente Archidiacono num.*66.
Sedere præ alijs non infert ad dignitatem 67.
*In quo differat Vicarius Episcopi ab antiquiore Quæstore num.*68.
*Principis voluntatem exequimur, etiam si duritiem præseferre videatur nu.*69.
*Decisio in terminis ferè nostris nu.*70.
*Decisio huius caussæ num.*71.

DEO ADIVTORE.



Vestio hæc iteratò in Supremo Italiæ Concistorio, etiã D. Quæstore Isidoro reclamante, definita, deberet quidem silere; nemo enim contra ea, quæ Princeps ex certa scientia, & deliberatè agit, quod est quando cum Consilio Procerum procedit, audiendus est, inquit Gl. *in cap.* 2. *de Pac. Constantiæ in Vsib. feud. in verb. non admittemus*; tamen quia Excellentiss. Regius Locumtenens iussit, audiri D. Isidorum coram Excellentiss. Senatu, videndum est, an iusta postulet. Vt autem ius certum haberi possit, breuiter factum adnotandum est.

D. Comes Vicomercati Quæstor Decanus in Magistratu Redditunm Extraordinariorum vsq; de anno sexcentesimo quinquagesimo supra millesimum, de mense Aprilis per Potentissimum Regem D. Nostrum in Quæstorem Magistratus Reddituum Ordinariorum cooptatus est; cum expressa qualitate præcedendi reliquos Quæstores, & nominatim dictum D. Isidorum, prout litteræ Excellentiss. Præsidis Supremi Consilij manifestè probant, in quibus de dicto D. Isidoro mentio, nominatim legitur, ibi, *con calidad de que ays de preceder V. S. a los Questores Casado, y Marques Florencia, que son oy los Togados del Magistrado Ordinario*; quod sic vertitur *cum qualitate, quod debeas præcedere Quæstoribus Casado, & Marchioni Florentiæ, qui sunt hodierni togati Magistratus Ordinarij*; Post quartum & decimum mensem obtentæ gratiæ, consequutus quoque d. D. Com. priuilegium est in forma probanti, in quo concordando cum litteris legitur, quod debeat præcedere reliquis Quæstoribus dicti Magistratus, nullo excepto, vti antiquior vtriusque Magistratus Quæstor; verba autem priuilegij in præfationibus sunt hæc: *cum prælatione de qua infra, vti antiquior Quæstor vtriusque Magistratus transeat decreuimus*, & in corpore sic legitur: *nec non cum hoc vt præcedat reliquis Quæstoribus tam dicti Mag. Ordinarij, nullo excepto, vti antiquior vtriusque Magistratus Quæstor*; & paulò infra: *honoribus verò præeminentijs, prærogatiuis, præcedentiaque, seu prælatione reliquis Quæstoribus huiusce Tribunalis, vt præmittitur, & alijs ad d. munus spectantibus, & pertinentibus vti, frui, & gaudere permittant &c.* Ante expeditionem priuilegij, statimq; ac huc peruenit rumor huius gratiæ, quod fuit de mense Aprilis anni elapsi, D. Quæstor Casadus

se

se opposuit per suos procuratores in
Curia Regis, & post primam, & secun-
dam supplicationem omnibus diligen-
ter consideratis, iussit Potentissimus Rex
noster expediri diploma; de quibus qui-
dē actitatis in Curia, licèt nō adsint pro-
bationes certæ, tamen res omnibus nota
est, & adsunt plurimæ Agentium litteræ,
qui in Curia ad negotia tractanda de-
gunt, quæ de re hac fidem faciunt, ipseq;
D. Quæstor Isidorus exhibuit litteras Se-
cretarii Supremi Consilii in data priui-
legio anteriores, vbi de reuisione petita,
& obtenta fit mentio, quas nunc coram
Senatu reticet.

Et quia nonnisi super his, quæ certissi-
mè probantur, fundamentum cōstituere
intendimus, omissis his in Curia sequtis,
licèt omnibus notis, quæ quæstionem
hanc coram Principe agitatam prohibēt
4 amplius suscitari iuxta dictum prædictæ
gl. *in verb. admittimus de Pac. Const.* Ex
litteris Excellentiss. Præsidis Supremi
Consilij, & diplomate Regis, quæ docu-
menta sunt authentico, manifestè mon-
stratur D. Com. Vicecom. in omnibus
præcedere debere D. Quæstori Isidoro,
siuè in consessibus, siuè in sedendo, siuè
in alijs, quæ antiquiori Quæstori conue-
niunt, vt nunc in Magistratu RedditUum
Extraordinariorum consequitur.

Et quia gratia hæc processit ex motu
proprio Regis nihil petente D. Co. Vi-
comercati, agnoscendum est, obtentam
esse sine ambitu, & licitum esse prosequi
honorem consequutum, vt in causa pro-
pria inquit ex Bart. *in l. Barbarius Philip-*
5 *pus de offic. Prætor in repet.* Franch. March.
decis. Delf. 806. *num.* 2. imò non curare, &
refutare gratiam Principis, esset peccare,
ait ipse Franch. March. *supra ex Archid.*
Io. Andr. & Turre Cremat. Propterea dis-
putationem hanc aggredimur, non vt
lædantur iura D. Quæstoris Casadi, sed
vt quod Princeps consultò, deliberatè;
& motu proprio egit effectum habeat.

Quoniam autem omnes actus huma-
ni à potestate, & voluntate pendent,
videbimus primò de potestate Regis
concedentis, deinde de voluntate erit
quæstio.

Si accipimus potestatem in Principe;
quam absolutam Nostri vocant, non est
dubium, quòd omnia potest, iuxta doc-
6 trinam Castr. *in l. digna vox. num. 6. C. de*
leg. quem sequuti sunt passim Scribentes,
& disputare de potestate Principis sacri-
legii instar est, *l. sacrilegij C. de diuer. res-*
cript. l. disputare C. de crimin. Sacr. Ceual.
com. contr. Com. q. 906. & vt inquit Cra-
uet. *in cons.* 241. *num.* 3. post Bald. quem
affert *cons.* 359. *lib.* 1. qui disputat de po-
testate Principis, facit se superiorem ipsi
Principi, & ponit sedem suam in Aqui-
lone, tentando esse similem Altissimo. Si
verò potestatem ordinariam inspicimus,
7 qua semper vtuntur Reges Hispaniæ, vt
etiam admonet Auctor incertus *inter de-*
cis. Sanfelic. 62. *nu.* 41. *&* 50. etiam secun-
dùm hanc potuisse Regem creare D. Co.
Quæstorem cum præcedentia manifes-
tum est.

Primo quia aperti iuris est, dignitates
omnes in Principe residere, & ab eo tan-
8 quam à fonte ad Mare fluere, vt dixit
Bald. *in cap.* 1. *quis dicatur Dux, & ibi* Al-
uarot. & Laudens. quos allegat cum aliis
de Pont. *cons.* 7. *num.* 1. Et plenè con-
firmat Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 1.
num. 4. *&* 6. Franc. March. *decis. Delfin.*
806. *num.* 6. *tom.* 1. nec iurisdictiones nisi
à Principe habentur secundùm Bald. *in*
cap. 1. *de allod.* & latè per Camill. Borell. *de*
Reg. Cathol. præst. cap. 21. *nu.* 14. 15. *& seq.*
Creatq; Princeps dignitates nouas, anti-
quas auget, minuit, mutat, & alterat, ad
9 tex. *in l.* 1. *C. de Metrop. lib.* 11. vbi Scriben-
tes omnes, quem sic ad propositum ex-
pendit de Pont. *d. cons.* 7. *num.* 1. vbi etiam
affert notabile dictum Bald. *in cons.* 333.
vol. 1. *incip. ad intelligentiam capiendorū,*
inquiens, quòd Rex dat dignitatibus esse
statum, ordines, & præeminentias, & po-
test constituere Ducem maiorem, me-
dium, & minorem.

Et in Magistratibus constituendis,
quòd solus Princeps creat, auget, vel
minuit pluribus confirmat Mastrill. *de*
Magistrat. lib. 1. *cap.* 1. *num.* 9. *& per totum,*
& lib. 3. *cap.* 1. *num.* 23. Et hoc quia de re-
galibus potestas hæc est, quæ omnia Re-
gis sunt, vt argumentatur Mastrill. *d. lib.*
1. *cap.* 4. *num.* 31.

Itaque si Rex potest nouas dignitates,

& Magiſtratus creare, antiquas augere, diminuere, vel tollere, quod omnes admittunt, vt vidimus, euidens quoq; eſt, potuiſſe creare Com. Vicomercati cum prærogatiua præcendendi alijs Quæſtoribus, & nominatim D. Iſidoro, nam ſic creando in perſonam D.Co. erigit Quæſtoratum cum noua qualitate, quod poteſt Rex facere, vt obſeruauimus,& quia Rex iure ſuo vtitur, cæteri Quæſtores conqueri non poſſunt, quaſi iniuriam patiantur per regulam, nullus videtur dolo fare, qui ſuo iure vtitur, *l.nullus videtur 56. ff. de reg. iur. l. iniuriarum §. is qui ff. de iniur.* nec præiuditium tertij in hoc conſideratur, nam quod agitur, ita
10 agitur,non vt tertius lædatur,ſed vt meo iure vtar, ad tex.*in l.fluminum §.fin. in l. proculus ff.de damn.infect.& in l.ſi in meo fundo ff.de aqu.pluu.arcend.* & notat Maſtrill.*de Magiſtrat.lib.1. cap.27. num.2.* & de Pont. *d. conſ.7. num.* 2. qui confirmat exemplo eius, qui conſtruit Molendinũ in ſuperiori parte fluminis, nam licèt tertio præiudicet, tamen non habetur hoc tertij præiuditium in conſideratione, quia ſic ædificans ſuo iure vtitur, vt tradunt Bart. & Scribentes *in l. quo minus ff. de flumin.* prout quoque illi, qui aquam diuertit, quæ in ſuo fundo naſcitur, ne defluat ad Molendinum vicini, non poteſt imputari iniuria hoc facere, quia ſuo iure vtitur, vt dicunt Bart. & cæteri ſupra,& pulchrè determinat Bald. *in l. manifeſtè C. de ſeruit. & aqu.* quem affert de Pont.*d.num.*2.

Quin etiam præiuditium nullum in tertio conſiderari poteſt, quando Rex ſic procedit, nam D. Iſidoro nihil aufert, vt enim Quæſtoribus iunioribus præcedebat ante hanc nouam electionẽ; ſic etiam poſt eam ius ſuum in illis retinet, & præcedet, vt antea præcedebat, & quando à Magiſtratu aberit Illuſtriſs. Præſes, & Comes nouiter cum prærogatiua præcedentiæ electus, iura Decanatus retinebit cum alijs, vndè non poteſt dicere, ratione ſui præiuditij non potuiſſe Regem nouum Quæſtorem cum hac prærogatiua creare, quia nullum ſenſit damnum, nam eum eſſe in damno
11 putamus, cui aliquid aufertur *l. 3. ff. de damn. infect.* Crauet. *conſ. 726. num. 13.* non verò ſi tantum prohibetur lucrum conſequi, quia id non eſt damnum ſentire, vt concludit Crauet.*d.conſ.726.nu. 13.*inquiens,quod ſi Princeps habet bona patrimonialia immunia, & vẽdit cum immunitate, Ciuitas non poteſt conqueri, quod propter immunitatem conceſſam ſit in damno, quia bona illa non erãt in regiſtro Ciuitatis, & impedire alienando in priuatum cum immunitate ne cadant bona ſub regiſtro Ciuitatis, non eſt minuere regiſtrum, ſed denegare ne augeatur, quod eſt lucrari. Quod dictum Crauet. mirè ad caſum noſtrum aptatur, quandoquidem D. Iſidorus nunquam præceſſit D. Com. Vicomercati, propterea eligere ipſum in Quæſtorem cius qualitate præcedentiæ, non eſt ei auferre aliquid, quod Rex iam conceſſiſſet, ſed impedire ne Comiti præcedat, & ſic ne prærogatiuam hanc præcedendi Comitem obtineat,quod eſt lucrum non facere, grauari ergo non debet D. Iſidorus à Principe audire, meum tibi non tuũ auxilium denego, quæ ſunt formalia verba Crauet.*ſupra nu.* 13. Conſequens ergo eſt, non ſolùm poſſe Regem nouam dignitatem creare,ſed neq; cum iniuria, ſeu damno tertij operari, creando dignitatem vnam cum noua qualitate, quod in puncto ſic etiam deducit de Pont. *d.*
12 *conſ.7. nu.2. & nu.9. & 7.in* 2.Conſil. de Piccollel. *impreſſus in tract. Io. Domin. Taſſon.ad pragmatic.de Antefat.ver.3.obſer. 3. num;* 211. *ver. eo magis*, & Franc. March.*deciſ.Delf.*806.*nu.*11.

Secundò pro hac ſententia ſtat illa communis concluſio, quod non ſolùm poteſt Princeps nouas dignitates, & ſuperiores creare, ſed poteſt ad libitum officialem remouere, vt latè comprobat Maſtrill.*d.tract.de Magiſtrat.lib.1.cap.27. nu.1.et ſeq.* nec etiam iſto caſu poteſt officialis conqueri, quia Princeps ſuo iure
13 vtitur, vt infert Maſtrill.*nu.* 2. vel etiam quia officialis eſt purus adminiſtrator iuriſdictionis à Rege traditæ, quam iure precarii exercet, quod tamdiu durat, quamdiu concedens patitur, ad tex.*in l. 1.ff.de precar.c.ſi gratioſe de reſcript.in 6.* Maſtrill.*ſupra nu.6.* & licèt Rex non ſoleat

leat nisi ex causa tamen iusta causa in Principe præsumitur Mastril. *de Magist. lib.3.cap.7.nu.41.* Ergo si Rex ad libitum potest amouere officialem, multò magis concedendum est, posse alium ipsi superiorem creare.

Tertiò proprius ad rem hanc est casus apertus *in l. vnicuique C. de proxim. Sacr. Scrin. lib.* 12. vbi est tex. quod ille præfertur, qui alium laboribus vincit, quamuis iunior sit, ex quo tex. Plat. ibi notat esse de iure, & sic debere Principem obseruare, & quia eius verba aurea sunt, & sunt Posteriores sequti, hic placet referre, inquit Plat. *quia quod dictum est, quod*
14 *supranumerarius incorporandus debet tenere vltimum locum post omnes incorporatos verum est, nisi ipse, qui vincitur tempore, quia est posterior superet aliós incorporatos post defunctum laborum comparatione: vt quia magis seruiuit Principi, & maiores labores sustulit quam ipsi: Tunc enim locum defuncti obtinebit ante eos: quia magis laborauit quam ipsi: ideò dignior est eis iudicandus.* Et paulò infrà, ibi, *Item nota hic, quod præferendus est ille, qui maiorem laborem sustinuit pro Principe, & à Principe dignior estimatur vt hic, & infra de Castr. l. 1. & infra de agen. in re l. 1. & inf. de diuer. offic. l. 1. in fin. & de tiro. l. fin. & inf. de offic. Mag. offic. l. nemo qua sunt arg. vt amicus qui magis seruiuit præferendus sit ei, qui minus seruiuit secundum An. & sic ex causa maioris meriti & laboris in Republica ab aliquo impensi, potest Princeps discedere ab ordine, et posteriorem præferre priori facit Instit. de iur. natur. §. sed quid Principi.* Hæc Plat. quem postea sequti sunt Odofred. & Rebuff. *in eo tex.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 5. cap.4. num.73.* plenè Franc. de Pont. *cons. 7. nu.2. in 2. et de potest. Proreg. tit. de promis. fier. sol. §.2. num.8.* qui sic practicatum obseruat in persona Ferdinandi Barbuti, qui in Prouincia Calabriæ electus Auditor fuit præpositus omnibus alijs antiquioribus, Consil. de Piccollel. *scribens in causa propria in alleg. impress. in tract. Io. Dom. Tasson. ad prag. de Artef. vers. 3. obser. 3. nu. 211. vers. et sicut Rex.* Et idem
15 probat Tasson. *ibi num.* 211. *et obser. 14. vers. 1. num.* 101. Regens Albert. *inter tract.* Frec. *de subfeud. tit. quis dicat. Dux lib. 2. num. 61. vers. etenim ille.* Thor. *in compend. decis. verb. precedere an debeant Iudices in fin. decis. tom. 2.* Ex quibus iuribus colligitur, non solùm esse permissum Principi ex causa maiorum laborum præferre iuniorem antiquiori, sed hoc esse de iure, & operari secundum iustitiam distributiuam iubendo sic, vt prædicti probant. Potentissimus Rex Noster Quæstorem nominauit Co. Vicomercati Magistratus Reddituum Ordinariorum cum qualitate præcedendi reliquis Quæstoribus, & hoc, inquit Rex in diplomate, quia est antiquior Quæstor vtriusq; Magistratus. Notanda sunt illa verba, *quia est antiquior Quæstor etc.* quæ causam exprimunt, qua motus est Rex, & cum sit causa, quæ exprimit maiores labores pro Principe à Com. susceptos, euidens quoq; est, sic Regem ordinasse, vt se iuri conformaret, & quisque haberet præmium laborum suorum, quod non esset, si Comes postquam erat Decanus in suo Tribunali, antequam esset D. Isidorus in suo fieret Quæstor nouissimus non aucta dignitate, quod absit à Potentissimo Rege nostro, qui suis Ministris, qui benè, & fideliter inseruiunt semper dignitates auget, vt considerat
16 Cyriac. *contr. 202. nu. 55.* & Consil. Rouit. *cons. 162. num. 11. tom. 2. per tex. in l. vt gradatim ff. de muner. et l. 2. C. quemad. Ciuil. muner. indic. lib.* 10.

Quarto insistendo in his verbis diplomatis, *vti antiquior Quæstor etc.* obseruandum est, in omni ordine antiquitatem spectari, & illum præferri, qui antiquitate vincit *l. 1. de Consul. lib. 12. C. l. 1. et 2. vt dignit. ord. ser. eo l. vnicuique de proxim. Sacr. Scrin. eo. lib. 12. Cod.* Plat. *in*
17 *d. l. 1. et l. vnicuique vbi concordantes allegat* Frecc. *de subfeud. tit. quis dicatur Dux num. 60.* Regens Constanz. *in d. l. 1. de Consul. in princ.* plenè Menoch. *cons. 51. nu. 39.* & Cyriac. *contr. 202. nu. 4. cum seq.* Antiquior Quæstor est Com. Vicomercatj. Ergo debuit etiam præferri per prædicta.

Obstat, quod antiquitas tantum iuuat in eodem Tribunali, non autem si de vno ad aliud sit transitus ex doctrina Ioan.

Lan-

18 Langleu.*Semest.lib.7.cap.8.post med.pag. 462.* vt audiui deductum pro D. Isidoro. Occasione huius obiecti tractandum esset de origine, qualitate,& identitate dignitatis harum Aularum, quia tamen non intendimus aggredi materiam, quæ possit tangere Tribunalia, nisi quantum necessitas huius rei expostulat, breuiter respondeo, in præcedendo dignitatum ordinem spectari, & in eodem dignitatum ordine antiquitatem, vt prædicta iura concludunt; Hæc duo Tribunalia eiusdem ordinis sunt, idest, Regis Procuratores, in laboribus similes, in iurisdictione, & stipendijs æquales, & si aliqua inter eos constituenda differentia est, eminet pro Magistratu Extraordinario, qui etiam est Præfectus annonæ, cuius Magistratus præcipua, & magna aucto-
19 ritas olim fuit, vt notat Buleng. *lib. 6. de Imper.cap.2.* Pancirol. *in Not. Orient. cap. 26.et Occid.5.* Amaya *in d. l.fin.cap.2.nu. 29. de decur. lib. 10. Cod.* Ergo quamuis occasione melioris seruitij distincta sint Tribunalia, tamen non est distinctus ordo dignitatum, quod ad Regem, idque satis apertè ostendit in illis verbis diplomatis, *vti antiquior Quæstor vtriusque*
20 *Magistratus etc.* vndè si non adest distinctio dignitatis, recurrendum est ad antiquitatem, etiam de stricta iuris censura: & sic fuit quoque obseruatum in casu, de quo Frecc. commemorat *supra in tit. Quis dicat Dux*. inter Regentes Albertinum, Polo, & Villanum, & rationem illius decisionis fuisse ait Carol. Tap. *in decis. Supr. Scnat. Ital. 21. nu. 13.* quia Regentes in Hispania apud Regem, & Regentes Cancellariam Neapolis accipiuntur pro vna dignitate, & Regia Cancellaria Neapolis regitur tàm per Re-
21 gentes, qui sunt in Hispania, quàm per eos, qui morantur Neapolis, quare quamuis non adsit distinctio dignitatis, quamuis adsit distinctio locorum, & Tribunalium debet attendi antiquitas inter eos adeptæ Regentiæ, & sic si Regens apud Regem sit anterior regendo Cancellariam apud Suam Maiestatem, & creatur Regens in Cancellaria Neapolis, eiusq; Regentes sint anteriores in possessione Regentiæ in illo Tribunali, vult Tap. ibi, Regentem in Hispania præferendum ratione antiquitatis, & ita esse obseruandum, vt fuit obseruatum in Regente Albertino, qui fuit admissus cum præcedentia in sedendo, votando, incedendo, & alijs actibus, & prærogatiuis, quæ antiquiori conueniunt; quæ Tapiæ decisio profectò decidit rem nostram, quatenus
22 probat, distinctionem locorum, & Tribunalium non alterare dignitates, quando eiusdem ordinis sunt, sed antiquitatem spectari. Ita quoq; seruatur in Sacro Consilio Neapolis, quod distinguitur in plures Aulas, vt tradit Tasson. *in suis obser. ad Prag. de Antef. vers. 3. obser. 3. num. 68.* nam si coniungantur Aulæ, omnes Consiliarij Aularum sedent iuxta
23 proprium antiquitatem, quia sunt eiusdem ordinis dignitatis, & si contingit vacare Decanatum vnius Aulæ transit ad eam Consiliarius antiquior alterius Aulæ, & occupat decanatum vacantem, vt obseruatum testatur in persona Consiliarij de Valdiuieso idem Tasson. *supra vers. 3. obser. 3. num. 32. et 33.* & sic patet locorum, & Aularum diuisionem non considerari, quando dignitatis ordo idem est.

Et secundum hæc datur quoque intellectus ad Langlæum, qui in contrarium citatur, nam debet intelligi, & sic loquitur, quando Tribunalia sunt distin-
24 cta ex ordine dignitatum, vel diuersi Præsidatus sunt, vt satis explicat ibi, *nec causam illius quidquam iuuat, quod ex Parisiensi Curia ad nos migrasset, nõ enim Magistratus alibi gesti &c.* quo casu tunc antiquitas alterius Magistratus non opitulatur, vt benè concludit Langlæius, secus verò quando Tribunalia sunt eiusdem ordinis; & diuisa ratione facilioris exercitij, vt est noster casus.

Nec interest, quod Tribunal Magistratus Redditunm Ordinariorum in consessibus, omnibus præcedat alij Redditunm Extraordinariorum, in argumentum maioris dignitatis, vt notatur communiter *in l. 1. C. de Consul.* Quia respondeo, obseruantiam hanc non fundari in prærogatiua personarum, seù dignitatis, sed in possessione, quùm enim à principio essent vnita hæc duo Tribunalia, &

facta

25 facta sit expost diuisio, continuauit Mag.
Reddituum Ordinariorum in possesione
occupandi locum eum, quem prius te-
nebat, & hac ratione præcessit alteri,
nam quilibet manutenendus est in sua
possessione in materia præcedentiæ, Ro-
uit. *cons. 102. in 2. num. 5. vbi plures alle-*
26 *gat.* & Pacian. *de probat. cap. 26. num. 136.*
& seq. & num. 144. et si dignitate inferior
sit, vt per Pac. *ibi nu. 140. & seq.* possessio
porrò non tribuit plus, quàm sit posses-
sum, & actus possessorij non extendun-
tur nisi ad illum actum. Ergo ex huius-
modi possessione non est arguendum ad
constituendam maiorem dignitatem, sed
in his, in quibus possessio non suffraga-
tur, vt est in vnione singularis Quæsto-
ris, possessio Tribunalis non est trahenda
in consequentiam, vt argumentatur in
simili casu Rouit. *cons. 102. num. 14.*

Posset etiam considerari, possessionem
opitulari posse, vt Magistratus Ordina-
rius sit manutenendus in ea, non autem
ne Princeps possit non obstante tali pos-
sessione iubere, quid conueniat de iure,
quia Princeps cumulare potest possesso-
27 rium, & de hoc cognoscere, vt per Sacc.
cons. 1. num. 66. in fin. Et sic licèt obser-
uantia esset pro Iudice maiore Locum-
tenente Generali in Senescallia Age-
nensi cõtra Secretarios Regios, & prop-
ter eam hæsitaret Curia penes Pap. *lib. 6.*
tit. 2. arrest. 16. tamen pro Regijs Secre-
tarijs, qui habent in illo Regno maiorem
dignitatem Locumtenente fuit postea
decisum pluries, non obstante huiusmo-
di obseruantia, vt dicit Scoliastes ibi *in*
addit. d. Arrest.

Quinto, & vltimò conuincit res sic
pluries practicata, & Auctoritas eorum
qui responderant pro validitate simili
gratiæ; *Franc. Marc.* electus Propræses à
suo Rege in Parlamento Delfinatis exclu-
sis alijs antiquioribus sustinuit per to-
tum *decis. 806.* gratiam fuisse validã, nec
habendam rationem præiudicij, quod
28 decantabant Antiquiores, & sic fuit exe-
cutum in illo Parlamento. *Francis. de*
Pont, obtenta gratia à Rege Dom. Nos-
tro Marchionatus cum præcedentia An-
tiquiorum, sustinuit *in cons. 9. in 2.* gra-
tiam esse validam & processisse de potes-
tate ordinaria, idem sustinet *de potest. Pro-*
reg. d. tit. de prouis. sier. sol. §. 2. nu. 8. & sic
practicatum commemorat in persona
Ferdinandi Barbuti, qui fuit electus à
Prorege Auditor cum prælatione, seu
præcedentia omnibus alijs Auditoribus
Antiquioribus, & sic executum ait, &
notandum est, *de Pont*, ibi vti dictionibus
vniuersalibus, ita quod dici potest, quod
etiam Decanum comprehendat. Frec.
quoque *in tract. de subfeud. tit. Quis di-*
cat. Dux. lib. 2. num. 44. & seq. commemo-
rat controuersiam ortam inter Regentes
Collateralis Consilij, & in fin. ait, nouum
Consiliarium fuisse præpositum ex ver-
bis priuilegij, & Regens Albert. ibi, *in-*
29 *fra allegat. nu. 65. vier. Hæc profectò*, in-
quit, frustra disputari de hoc, quando
Rex mandat antianitatem, Mastrill. *de*
Magistrat. lib. 5. cap. 4. num. 74. hoc idem
obseruatum commemorat ex concessio-
ne Regis in persona Regentis Gamba-
curtæ. Sic etiam decisum pro Andrea
de Ianuario, qui fuerat electus Iudex M.
C. cum præcedentia à Prorege Neapolis
ait Thor. *in tom. 1. comp. decis. ver. præceden-*
tie an debeant Iudices, & *in eod. tom. decis.*
infra ver. præcedere an debeat Iudex in-
fine decis. inquit, id semper obseruan-
dum, quando adest Principis gratia, qui
potest id iubere, nec in terminis Decani,
seu antiquioris de Consilio præter ex-
emplum Franc. March. desunt alia, mor-
tuo Præside Sacri Cons. Marc. Ant. de
Ponte Prorex Neapolis Dux Albæ non
permittit exercere antiquiorem Cõsilia-
rium, sed elegit in Propræsidem Regen-
tem Valenzuelam, & ipso expost pro-
moto in Regentem apud Suam Maiesta-
tem, non Decanus, qui erat Consiliarius
Ianuarius, sed Consiliarius Lopez Sua-
rez fuit deputatus Propræses à Prorege,
quæ exempla commemorat Tasson. *ad d.*
pragm. de Antef. d. ver. 3. obser. 5. nu. 120.
30 *121. & 122.* alia exempla vide per ipsum
Tasson. *ad d. pragm. ver. 14. obser. 2. nu. 14.*
qui sic practicatum commemorat in per-
sona D. Petri de Castellet, & alijs, & *nu.*
20. subijcit hæc verba, *Et sic vides, dif-*
ferenter à D D. Proregibus prouisiones se-
cundum temporis, & personarum qualita-
tes fuisse constitutas, & de vno ad aliud

Tra-

Tribunal transmissos viros doctos, & aptos. Nec solùm in his, qui æqualem, vel maiorem dignitatem habent, hoc factum cernimus, sed etiam in alijs, qui inferiori in gradu sunt, vt in Fisci Patrono est exemplum in persona Octauij de Piccollelis, qui electus ad id munus exercuit illud præcedendo Iudices M. C. vbi erat Fisci Patronus ex particulari gratia Proregis, & quum occasione huius gratiæ de potestate Proregis orta esset quæstio, ipse scripsit defendendo causam propriam, quæ allegationes sunt impressæ
31 *in d. tract. Tasson. ver. 3. obser. 3. num. 211.* & probat eius sententiam ipse Tasson. *ibi. num. 211.* & iterum *ver. 7. obser. 3. num. 84.* vbi meminit de exemplo Regentium Collateralis de quo supra per Frecc. Et in alijs Fisci Patronis *Reg. Cam. Sum.* alia exempla refert in persona Vincentij Corcioni, & Ferdinandi Furnarij, cum quibus idem fuit obseruatum Consil. Rouit. *in cons. 103. nu. 20. tom. 2.* Si Proreges Neapolis hæc possunt, quomodo nunc de supremi Domini potestate poterit quæstio excitari? Videamus etiam, quid exteri seruarint, vnum exemplum valde notandum habemus ex Franc. March. supra, duo alia non sunt omittenda Regis Gallorum in hoc potestatis articulo, quæ commemorat Papon. *in suis Arest.* quæ valde notanda sunt, vt quisque noscat in
32 hac Magistratuum materia hoc conuenire, *quod Regi placet, & nobis placet* inquit Papon. *lib. 6. tit. 2. arest. 4.* Mortuo ex quatuor Præsidibus Curiæ primo Præside deputasse Regem in Præsidem primum Murseum, opposuisse se Lichetum secundum Præsidem, qui asserebat mortuo primo Præside se se in primum locum ingressum, cui Franciæ Cancellarius retulit, Regi placere, vt Murseus primus esset. Reque proposita in Curia, & collectis votis, Cancellarius ad Lichetum conuersus est, & in hæc verba Regis mandata, & Curiæ placita explicuit: *Quod Principi placuit, id Curiæ placet. Cæterum magna res, & plena difficultatum videtur, quod tu Lichette Secunde Præses adeò felix fueris, vt officium istud ad præsens vsque tenueris, & quoniam ætas iam te excusat, & minus aptum illi exercendo deinceps reddit, præstat, vt nunc ab hoc officio honestè recedas, quàm, vt in eo amplius moreris in honoris tui detrimentum, & ne turpiter in aliquam infelicitatem prolabaris. Itaq; tamen abest, vt primus admissus sis, vt prætendebas, vt omnia tibi nunc sint relinquenda. Rex te de officio tuo deponit, quam honestè fieri potest locoque tuo successor destinatus est Realis.* Hæc Papon. *& Arrest. 28. eo. tit.* affert exemplum aliud Bertrandi Lamberti, qui ex vna Curia, in qua erat primus in Sede Præsidiali, seù Primicerius migrauit ad aliam Curiam, & cum cuperet ad primam reditum, supplicauit Regi, vt id esset cum prærogatiua suæ sedis, & prælationis, annuit Rex, & quamuis se opponeret, qui locum optasset, Curia iuxta literas Regis prælationem decreuit, & ad sedem antiquam restitui iussit.

Itaq; vel ratione pugnemus, vel auctoritate Scribentium, vel rebus decisis, & practicatis, euidens est, ex potestate ordinaria potuisse Potentissimum Regem D. Nostrum liberè transitum Com. Vicom. de vno Tribunali ad aliud cum sua antiquitate, nec sequendo iuris veras regulas aliter potuisse decernere, vbi opera Com. in illo Tribunali pro suo Regio seruitio vti vellet. An autem voluerit, quod præcederet Com. D. Isidoro, qui nunc Decanus in Magistratu Reddittuum Ordinariorum est, alia quæstio est, in qua D. Isidorus negat.

Fundamenta eius sunt, quod non est præsumendum, voluisse Regem tertio præiudicare, vt dicunt Butr. *Imol. Dom. & Felin. in cap. causam, quæ de rescrip.* quos
33 cum alijs affert Carol. Tap. *decis. Suprem. Ital. Senat. 5. n. 58.* minus auferre ius quæsitum, & in omni dispositione Principis intelligi clausulam sine præiuditio tertij, *l. Quoties C. de precib. Imper. offer.* idem Tap. *decis. 5. nu. 58.* etiam ex Constitutionibus huius Status *in tit. de tut. Fisc.* Secundò sat est, quod diplomatis verba, quæ de Quæstoribus loquuntur, operentur in cæteris Quæstoribus, qui non dicuntur Decani, nam tunc non sunt sine effectu, & semper illa interpretatio accipienda est, per quam non fiat tertio iniuria

ni-

iuria, quamuis verba essent impropriandа Alex.*conf.*125. *nu.*3. *in* 2. Tap. *& cæteri supra*; Tertiò sic videtur concludendum, quia Regium diploma simpliciter loquitur de Quæstoribus; D. autem Isidorus non solùm Quæstor est, sed Decanus Quæstorum in hoc Tribunali, & ideò habet aliam distinctam dignitatem à Quæstoratu, nam Decanatus est nomen dignitatis; audiui allegari ad id
34 Cyriac.*contr.*201.*num.*153.vbi tamen in meo libro id non dicit, & tex. *in cap. innonamus autem* 3. *& cap.* 1. *&* 2. *dist.* 60. & habet Decanus præeminentiam in Collegio, vt concludit Federic. de Sen. *conf.* 86. estque distinctus à Canonicis ratione dignitatis Decanatus, vt dicit Barbos. *de Canonic. & dignit. cap.* 7. *nu.* 1. 2. *&* 6. & sustinet vices Præsidis eo
35 absente; quare sicut Vicarius Episcopi, quia repræsentat Episcopum, dignitatem habet ex Barbos. *de Canonic. d. cap.* 5. *nu.* 55. *&* 56. sic quoque de Decano concludendum est. Ergo quamuis diploma Regis dicat, quòd præcedat D. Co. omnes Quæstores, non tamen extendi debet ad Decanum, qui ratione duplicis dignitatis præferendus est, ad quod allegatur Menoch. *conf.* 51. *n.* 31. *& conf.* 902. *n.* 65. nec videtur comprehensus nisi de illo sit specialis mentio, vt dicimus de Canonico, qui cæteris præcedere debet, non tamen præcedere Decano, de qua re Berbos. *d. cap.* 5. *per totum*. Quæ in effectu sunt iura, quæ audiui allegari pro D. Isidoro.

Sed his non obstantibus, quæ in dubia re possent allegari, ex pluribus concludendum est, de voluntatis Regis hanc quæstionem non esse excitandam.

Et primùm iuuat repetere, reclamationem semel, & bis à D. Isidoro in Supremo Consilio introductam adeo omnibus notam esse, propter quam gratiæ expeditio retardata est vltra annum, vt quidem mirum sit, quomodo eius Ad-
36 uocati asserere audeant, de ipso non fuisse cogitatum, nam est certissimum in iure, sententiam omnibus illis præiudicare, qui in iudicio stetere, & Iudex procedendo ad vlteriora reicit exceptiones oppositas, ita quod tunc omissum pro omisso nõ habeatur, sed Iudex videatur absoluere, vt plenè probat Marc. Medic. *decis.* 4. *num.* 5. tamen quia, vt in principio præmissum est, intendimus constituere fundamentum in his, quæ certissimè probantur, ad alia descendimus.

Et primo loco voluisse Principem D. Com. præponere etiam D. Isidoro clarè, & patenter monstrant litteræ Excellen. Præsidis transmissæ ab Excellentiss. Regio Locumtenente., quæ litteræ plenè probant, quia sunt eius, qui Vices Principis sustinet, vt dicunt Cæsar. Graff.
37 Simon. de Præt. Monald. & cæteri, quos allegat Genu. *de scrip. priuat. lib.* 3. *tit. de lit. Apost. num.* 9. 10. *& seq.* & quod cedulæ Vicecancellarij attestantis de gratijs, quæ conceduntur à Papa, plena fides sit præstanda notauit Puteus *decis.* 328. *lib.* 1. Item quod litteris Episcopi, sicut alterius cuiuslibet Prælati, suo sigillo signatis in his, quæ ad suum Officium spectant plenissimè credendum sit, pluribus confirmat ipse Genu. *d. lib.* 3. *tit. de litt. Episcop. num.* 27. rationem assignat *num.* 29. quoniam sigillum Episcopi est publicum secundùm Castr. *in l. si procuratorem ff. de procur.* Et quòd in plerisq; Concistorijs
38 consuetudo introduxit, quòd ad minuendas lites huiusmodi litteris fides sit danda, definitum ait Anton. Fabr. *in Cod. defin.* 19. *lib.* 4. *tit.* 14. & probauit Gen. *supra num.* 62. quam consuetudinem inualuisse in his litteris, quas vulgò, *viglietto* dicimus, vt sunt hæ D. Com. nemo negabit. Atquì in litteris Excellentiss. Præsidis Supremi Consilij (vulgò *viglietto* nominatim legitur, quòd D. Co. debeat præcedere D. Isidorum, ibi, *con calidad, de que aya de preceder V. S. à los Questores Casados &c.* quæ nominatio ius particulare inducit, quo ad nominatos in litteris, & respectu eius, quod in litteris exprimitur, & continetur ius certum reddit, vt punctualiter tenuit Paul. *in l.* 2. *C. de legib. & Iacob. Maur. in allegat.* 18. *num.* 6. *vers. & licèt dici possit*. Ergo non est dubitandum, quin voluerit Princeps concedere præcedentiam D. Co. includendo personam D. Isidori, quia habemus verba clara litterarum, quæ declarant priuilegium, & quum sint eius, qui

vices Principis sustinet, quod ibi scriptum est, intelligitur scriptum de mandato Principis viuæ vocis oraculo ei facto, vt dicit Genu. *supra d. num. 9. & 10.* & probat in simili Franc. Marc. *decis. 808. nu. 1. tom. 1.* nec melior interpretatio haberi potest, quàm ab illo, qui est causa efficiens, & formalis concessionis; tunc enim non est opus extraneo interpræte, seù extrinseco intellectu ex allegatis per Sim. de Præt. *cons. 65. nu. 35. lib. 1.* & Menoch. de Arbitr. *cas. 86. num. 6.* & declaratione illa, quæ prouenit ex eodem fonte, nulla melior est Barbos. *Vot. decis. 4. lib. 1. num. 3.*

Secundo, verba diplomatis ipsa ad eo ampla sunt, vt sine aperta violentia negari non possit, quin D. Isidorus sit ex mente Regis compræhensus; Primò, 40
39 quia iubet Rex præcedere Co. reliquos Quæstores, & Quæstor est D. Isidorus; Item dictio illa, *reliquos est* relatiua ad Comitem denotans similitudinem, & compræhendit omnia in præcedentibus nō exceptis, pulchrè Menoch. *cons. 1020 num. 39.* Item legitur ibi, *iam dicti Magistratus &c.* quæ dictio, *iam*, denotat temporis perfectionem, vt notat Barbos. *dict. 1039. num. 1.* & sic ostendit Regem loqui de illis Quæstoribus, qui iam existebant, cuiusmodi erat D. Isidorus, estq; vlterius dictio hæc completiua, & rem claram reddit, vt voluit Guttierez. *in cons. 18. num. 48. & 49.* propterea complectitur omnes Quæstores tunc existentes. Item legitur, ibi *præcedat reliquos Quæstores, iam dicti Magistratus Ordin. nullo excepto*, quæ clausula, *nullo excepto*, est vniuersalis negans excipi quemquam, qui sit Quæstor à dispositione Regis, & propter suam vniuersalitatem sic fortiter negat, vt trahatur ad principale, accessorium, & secundarium, & etiam ad minimam partem, vt latè prosequitur Barbos. qui alios ad satietatem affert *dict. 229. num. 1. & seq.* nec potest de vno prædicari, sed distributiuè accipienda est ad plura, vt per Ias. & Alex. quos affert Barbos. *supra num. 8.* & sic non potest accipi gratia præcedentiæ, quo ad vnum solum Quæstorem, sed fateri conuenit plures comprehendere, & per consequens D. Isidorum; quo excluso remaneret solùm vnus Quæstor sub illa dispositione compræhensus: & quod clausula hæc, *nemine excepto*, operetur, vt imposita collecta ab omnibus soluenda, nemine excepto, includat etiam immunes ex priuilegio, & trahatur ad inhabiles, vbi resultat superfluitas in dispositione, vt hìc, tradit Cauagnol. *ad decret. Montisf. obser. 72. q. 13. num. 4. & seq. & num. 16.*

Item ponderanda sunt illa alia verba, quæ sequuntur ibi, *vti antiquior vtriusque Magistratus Quæstor*, ex quibus ratio sic disponendi manifestè sumitur; ex dispositionis porrò ratione mens concedentis habetur, Oldrad. *de litter. Princip. in prælud. 6. num. 11.* nam est ratio anima dispositionis, *l. cum ratio ff. de bon. damnat.* plenissimè Barbos. *axiom. iur. 176. num. 1.* Rot. Bonon. *diuer. decis. 7. nu. 17.* & benè dicit Surd. *in tract. de alimēt. tit. 1. quæst. 44. nu. 15.* quòd tanquam anima legis ampliat legem, maximè si expressa est, vt hìc, sicuti in statuto notat Rot. Bonon. *decis. 105. num. 6.* imò tunc non propriè extenditur lex, sed enucleatur, & appellatur intellectus, & mens ipsius legis, & statuti, quamuis pænalis sit, vt rectè obseruat ipsa Rota Bonon. *diuer. decis. 71. num. 52. 54. et seq.* & hoc licèt non conueniat dicto, seù verbis, nam adhuc ipsa ratio magis attenditur per tex. *in l. cum pater §. Dulcissimis ff. de leg. 2.* & latè prosequitur Barbos. *supra num. 8. 9. 10. et 11.* Itaque si præcedere iussit Potentissimus Rex Noster D. Com. reliquos Quæstores Magistratus ordinarij, quia est antiquior Quæstor vtriusque Magistratus, & ipse est antiquior ipso D. Isidoro, non est dubitandum, quin de illo quoque loquutus sit, quia in ratione est expressum, & propterea ex scriptis in diplomate sumitur, vt dicit Rot. Bonon. *diuer. decis. 99. n. 24.* & Old. *d. prælud. 6. n. 24.* vbi obseruat, quòd voluntas Principis dicitur probata, & de ea apparet, quum Princeps asserit in rescripto ex tali causa ordinasse, ad quod allegat Cravet. Socin. Menoch. & Castr.

Et validiora sunt hæc, quia non est motus Rex ratione erronea, & iuri contraria, sed ius sequutus est, nā plus laborauit

rauit Com. in officio Procuratoris Cæsaris, qua [illegible] præfertur cæteris, vt vidimus [illegible], *in ver. tertio propius ad*
41 *rem hanc* [illegible] antiquior Quæst[illegible] est vsque Magistratus, cui debetur prælationem, quamuis duo sint Tribunalia, quæ habent [illegible] Imperium, quando sunt eiusdẽ [illegible] dignitatis recte obseruauimus supra *in ver. quarto insistendo*, quæ non [illegible] peto, ne nimius sim.

Tertio [illegible] ex supplicatione Com. [illegible] est iussit Rex, vt transferre [illegible] Magistratum Ordinarium, rescripsit [illegible] gratum inferiore Domino, vbi cum iure [illegible] antiquitatis in qua erat in Magistra[illegible] Extraordinario fieret gratis; [illegible] cum Rex concesserit gratiam conseruan[illegible] Com. antiquitatẽ suam, voluit vt erat in ordine primus, ita remaneret semper: pro quo videtur particulariter loquutus [illegible] quem sequitur ibi Rebuff. *nu.6. in l. Comperimus C. de prox. sac. Scrin. lib.* [illegible] vtrimque probat de Pont. *d. cons. 7. in* [illegible] *num.* [illegible] *ver. quando* [illegible], inquientes quod si aliquis [illegible] dignitat[illegible] alium [illegible] locu[illegible] non [illegible] extincta eius antiquitas, sed subro[illegible] dignitatem consequi [illegible] qui [illegible] ve[illegible] voluit transferri dignitatem, Ergo pari ratione quia Com. voluit transferri ad Mag. Ordinarium cum sua antiquitate, & Rex potuit iubere, [illegible] sic iussit, [illegible] non est extincta eius antiquitas, sed conseruata, & cum ea manet
42 antiquitate [illegible] qua Cum esset [illegible] Extraordinario, alias [illegible] damno, nec sine iniuria, [illegible] Pont. *d. cons.* [illegible] gere debet D. Isidorus, [illegible] consessibus competere Com. ex [illegible] Regis in præcedendis sed quoque in omnibus alijs [illegible] & [illegible] quæ antiquiori competunt, [illegible] est [illegible] Com. Antiquitas, qua in Magistratu Extraordinario gaudebat [illegible] cum omnibus prærogatiuis fruitur, quæ antiquiori competunt [illegible] sententiam *Bald.* [illegible] *de Pont. supra* [illegible] ex verbum *præ-*
43 [illegible] patet [illegible] non solum [illegible]

dentio, [illegible] quæ [illegible] rem prærogati[illegible] habent, oportet, vt explicat P[illegible] *præced.* [illegible] vbi [illegible] locum Reg[illegible] 9 [illegible] enim de [illegible] qui [illegible] præcessit. *ad* [illegible] *mathemat*[illegible] [illegible] *quæ observanda, antiquitate* [illegible], & docens distinctas prærogati[illegible] præcedendi, quæ omnes [illegible] ipsi præcedentia enumerat Pucion. *de prælat. cap. 26. num. 69. & pluribus seq.* Maxime q[illegible] non sint simpliciter [illegible] cum [illegible] is alijs verbis, *vti antiquior Quæstor &c.* quæ verba exponuntur [illegible] præcedat ita Antiquioris Quæst[illegible] &c. & sic Rex conferat Com. omne id, [illegible] antiquitatis venit tam in sedendo, quàm in alijs actibus: quod po[illegible] [illegible] exemplo feudi noui, quod [illegible] iure antiqui feudi, præ[illegible] illas habet [illegible] penes [illegible] retinebant, de [illegible] per Scriben[illegible] [illegible] tum antiquum [illegible] de [illegible] hoc nouum habet [illegible] antiquum [illegible] *lib. def. iud.* [illegible]
44 [illegible] *de Rota de par.* [illegible] *tit. de prou.* [illegible] §. 2. *num.* [illegible] ergo pari ratione facta permutatione [illegible] Co. A[illegible] de [illegible] Regia, & vt Regi iecuit, intelligitur facta cum retentione antiquitatis, & prærogatiuæ, quam retinebat prius, [illegible] quam præcedit D. Isidorum, quo antiquior est. Vlterius [illegible] in [illegible] corpore diplomatis [illegible] *dentia*, seu prælat[illegible] non propri[illegible] præ[illegible] qui alijs præ[illegible] in dignitate [illegible] iurisdictione, vt post Abbat. tradit *Azor. Instit. moral. par.* [illegible] *lib.* [illegible] *cap. 25.* & præfero à quo
45 deriuatur prælatio, significat idem, ac præpono, vt dicit idem P[illegible] *præfectura*, de cuius significatione habemus exemplum in Præposito, qui dicitur omnis [illegible] caput est, & alijs in omnibus præest [illegible] *cap. Quamuis de verb. signif.* & obseruat Azor. *Instit. Moral. par.* [illegible] *lib. 3. cap.* [illegible] Reginald. *in prax. lib.*
46 [illegible] *tract. 1. sect. 3. nu. 48. vers. in Ecclesia*

 vero.

vero. In Militia Romana præpositi vocabantur qui sub Tribunis certo militum numero Præfecti erant; vt apud Suetonium *in Vita Othonis*, & de his loquitur Modestinus *de re milit. l. 3. §. 2. & §. vlt.* ibi, *qui Præpositum suum protegere noluerunt, vel deseruerunt, occiso eo, capite puniuntur*; Itaque D. Com. ex generalitate verborum dispositionis non solùm in sedendo, sed in omnibus actibus, & prærogatiuis, quæ iure antiquitatis debentur D. Isidoro præferendus est, nam verba dispositionis important id, & generalis dispositio non restringitur, sed generaliter intelligitur ad tex. *in l. pretio ff. de Publican. l. 1. §. generaliter ff. de le. præstant.* Cauag. *ad d. decret. Montisf. 72. qu. 13 num. 12.*

Ad contraria respondeo & ad [illegible] quod tangit præiudicium D. Isidori, dico quòd præsumptiones illæ locum habent in dubio, secus verò quando Rex expresse aliquid iubet, nam tunc de alterius præiuditio non habetur ratio secundùm vnam opinionem, quam probat cum alijs Oldrad. *d. prælud. 6. nu. 46. vers. verum existimo*, maximè si de modico præiuditio agitur, quia tunc non consideratur, vt plenè confirmat Menoch. *præsumpt. lib. 2. cap. 9. in fin.* Oldrad. *supra nu. 46.* & est tex. *in l. quoties C. de precibus Imp. offerend.*

Solutio alia est, hic nullo modo de tertij præiuditio tractari, vt supra in vers. *quin etiam nullum præiuditium*. Non respectu mercedis, quia inter Quæstores fit æqualis retributio mercedis, nulla constituta differentia inter antiquum, & antiquiorem, & erunt nouissimi primi, & primi nouissimi iuxta illud Euang. & in casu suo considerat Franc. Marc. *d. decis. Delfin. 806. num. 11.* & si aliud introductum esset, non est id in consequentiam trahendum, quia est contra disposita in Nou. Const. *de offic. Quæst. Red. Ord.* & ordinibus Regijs, qui-
47 bus cautum est, mercedem Quæstorum esse æqualem; & illa eos debere esse contentos, & quum de facto incidisset quæstio in Regno, ita fuit determinatum & obseruatum per Com. Beneuent. Proregem; putabat Decanus, seu Propræses

Sacri Consilij, & Decanus Reg. Cam. posse ex causa maioris laboris [illegible] maius exigere, quàm cæteri Consiliarij habebant, & duplicatas prouisiones consequi [illegible] chartæ, & similium, de quibus per Amaya *ad lib. 10. C. de [illegible] de præb. [illegible] salar. num. [illegible]* & sic præticaba[illegible] ex ordine prædecessoris Proreg[illegible] Beneuenti Comes iussit nihil plus [illegible], quàm cæteri Consiliarij consequebantur, & iustè, nam Consiliarij nisi à Rege salaria, & mercedem suorum laborum recipiunt, vt probatur ex Const. supra, & Ordinibus Regijs, & est tex. expressus in *l. 1. C. de præbend. salar.* [illegible] verbis id admonet, *nulli salarium tribuatur ex iuribus Republicæ, nisi ei, quà iubentibus nobis specialiter [illegible] con[illegible] quatur*, per quem tex. Tapp. *ad d. pragm. de Antef. vers. [illegible] obser. 2. num. 20.* qui de prouisione illa Co. Beneuent. [illegible] on, concludit, ita de iure tenendum, & seruandum esse, vt fuit in posterum obseruatum in Regno in Decano Sac. C. & Reg. Cam. qui nihil [illegible] plus exp[illegible] exegerunt, quàm cæteri Consiliarij consequebantur. Non [illegible] pe[illegible] rioris præiuditium pot[illegible] quia honor non est in honorato, [illegible] honorante, vt post Bald. *in prælud.*
48 *num. 2.* in puncto huius casus, considerat Franc. Marc. *decis. Delfin. 806. num. 11.* & Consil. Piccol. *in alleg. impr. in tract. Io. Dom. Tass. [illegible] pragm. de Antef. vers. 3. obser. 3. num. 11. vers. eo magis.* Et vlterius cum supra probatum [illegible], inspecta iuris communis [illegible], co[illegible] tere Co. tanquam A[illegible] ius præcedendi, non [illegible] D. Isidorus ex eo, [illegible] iure permittente, iuxta illud [illegible] qui suo iure vtitur, nemini [illegible] *l. iniuriarum §. [illegible] ff. de iniur. cum infinitis concordantibus allatis per Barbos. axiom. tit. 135. num. 8.* & certum est, iuris executionem non inferre iniuriam *l. nullus videtur* vbi Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur.* Barbos. *cum alijs supra num. 3.*

Tertia solutio est, contra [illegible] te, quando Regis [illegible] tertio principaliter præiudicat, [illegible] secundario, vt hic, nam tunc [illegible] habetur aliqua ratio[illegible]

tio huiusmodi præiudicij, quia Princeps dum dignitatem format, & iure suo vtendo concedit cum qualitate sibi melius visa sic imponit non vt tertius lædatur, cuius præiuditium secundario, & in consequentiam venit, sed vt honoretur is, in quem gratiam confert quod attenditur vt est notabilis Gl. *fin. in cap.*
49 *quamuis de pact. in 6.* & confirmat Aym. *de Antiq. temp. in cap. fin. nu. 15.* & in puncto huius thesis *de Ponte d. cons. 7. nu. 7.* & nos latius supra *in vers. Itaque si Rex potest*

Ad secundum obiectum, solutio patet ex superioribus, cum quibus reincidit. Et vlterius considero, quod non improprientur verba propter tertij præiudicium, quando starent sine effectu, vt hic, quia tunc potius extenduntur etiam ad inhabiles, vt dicit Cauagn. *supra ad decret. Montisfer. obser. 7. quæst. 13. nu. 16.*

Tertium obiectum formatum ex duplici dignitate ratione Decanatus, quia præcellit alijs D. Isidorus, fundatur in falso fundamento, nam in his Tribunalibus non adest hæc dignitas Decanatus, quæ distinguat Quæstorem à Quæstore. Et pro solida solutione obiecti considero in iure ciuili de Decanis fieri mentionem *in l. non plures §. qui sub prætextu C. de Sacr. Eccles. & l. 1. de Colleg. lib. 11. Cod.*
50 in quibus iuribus Decanum accipi pro Canonico notauit gl. *in d. l. non plures vers. decani.* Plat. *in Rub. C. de decan.* & Pacian *de probat. lib. 2. cap. 27. num. 78.* sed melius Panciroł. *var. lect. cap. 163. lib. 2.* & ante eum Alciat. *parerg. lib. 1. cap. fin.* Decanos, de quibus ibi fit mentio, eos esse edocent, qui efferendis ad Ecclesiam cadaueribus piam ministerium præstabant exequias, sepulturamq; defunctorum procurabant, feretra, lecticasq; ferebant, alio nomine lecticarij dicti, in Nouell. 43. & 59. & dicebantur Decani, quia quum esse eorum numerus in Vrbe Constantinopolitana magnus, in deca-
51 das erant distincti, ex quo Decani dicti sunt, vt dispungit Alciat. *d. cap. 50.* & prob. Pacian. *d. cap. 27. nu. 78* sed de his non est noster sermo, quia non habebant dignitatem, & erant collecti ex artificum fece, vt notant Panciroł. & Alciat. supra.

Alio modo mentio habetur in iure Ciuili de decanis *in lib. 12. C. tit. de decan.* vbi tex. non exprimit, qui essent Decani de quibus ibi in textu. Alciat. ibi dicit sic eos dictos, quia decem militibus præpositi erant, & nunc caput contubernij vo-
52 cantur (vulgò *capo di squadra*) sic etiam Decanos in eo tex. explicat Plat. *ibi in Rub.* Rebuff. Odofred. Andr. de Barul. & Lucas de Pen. Pacian. quoque *de probat. d. cap. 27. nu. 77.* & de his loquitur Sacra Pagina *in Exod. 18.* Ibi, *Constitues eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos &c.* Sed hi quoque dignitatem non habebant, & non possunt trahi ad exemplum quæstionis nostræ. In iure vero Canonico de Decanis fit multiplex mentio in pluribus locis *sc. in cap. dilectis, & cap. constitutus de appellat.*
53 *in cap. dilectis de sent. excom. in 6. cap. dilectos 3. de præbend. cap. ad hæc de offic. Archid. cap. post electionem de concess. præbend. cap. cum inter vniuersas 8. de elect. cap. cum te 7. & cap. ad aures 8. de rescript. cap. 1. et 2. dist. 60.* & alibi: Tamen nullus extat titulus de officio Decani, nec canon, qui de officio eius dicat, sicuti de officio Archidiaconi habetur *in tit. de offic. Archid.* de Arcipresbytero *in tit. de offic. Arcipresbyt.* de Primicerio *in tit. de offic. Primic.* Et sic patet officium Decani à consuetudine pendere, ab eaq; potestatem, auctoritatem, & prærogatiuas accipere, vt rectè obseruat Azor. *Instit. Mo-*
54 *ral. p. 2. lib. 3. cap. 1[illegible]. de decan. in princ.* August. Barbos. *de Canonic. et dignit. cap. 7. num. 5. vers. nihilominus* post Anton. & Cosm. quos allegat, Rebuff. *in [illegible] prax. for. pænit. lib. 30. tract. [illegible] §. 3. nu. 48.* Vt ergo consuetudo in [illegible] eminent Decani; In tota ferè Hispania, & Gallia loco Archidiaconi est, & locum primum in Cathedralibus obtinet, [illegible] estque toti capitulo de qua re testatur Barbos. *supra d. cap. 7. num. 3.* Reginald.
55 *supra vers. notatum est.* Azor. *instit. Moral. par. 2. lib. [illegible] cap. 17. de decan. lit. C. vers. porro* Aliquando maior est ipso Archidiacono, vt *in d. cap. constitutus 45. de appellat.* Aliquando pro Arcipresbytero est, & Arcipresbyter vocatur, vt *in d. cap. ad hæc, et in cap. 1. et 2. dist. 60.* Et in multis

Eccle-

Ecclesia [illegible] habet p[illegible] [illegible] consuetudo, vt in d. cap. dilecto de [illegible] vbi [illegible] quod pote[illegible] Dec[illegible] Sacris interdicere, et in c. [illegible]
56 dilecto de [illegible] n. 6. vbi poterat ex [illegible] commun[illegible] quoq; Azor. [illegible] cap. [illegible] lit. D. vers. [illegible] quaeritur, & Barbos. d. cap. 7. nu. 3. [illegible] in [illegible] amplius [illegible] [illegible] De[illegible] lo, quod [illegible] fecerit [illegible] nem Dec[illegible] Ordinari[illegible] vt obseru[illegible] Azor. d. cap. 7. lit. [illegible] qui quid sit. [illegible] uxit q; Decanatum esse dignitatem distinctam à Canonicis, vt patet in [illegible] cap. supra, & probant Azor. Instit. moral. d. cap. 17. lit. D. Barbos. d. cap. 7. num. 6. inqui[illegible] Decanatum esse di[illegible] tem pr[illegible] et cap. 6. num. 8. vbi [illegible] Decanum esse, qui [illegible] cui [illegible] pr[illegible], & praecipuus est, [illegible]
57 gat Petr. G[illegible] Sebast. Caesar. & [illegible] pulc[illegible] de probat. lib. 2. cap. 27. nu. 73. [illegible] ali[illegible]. Nec Decanatus, prout intro[illegible] uxit consuetudo, & de quo fit mentio in praedictis iuribus, est priuilegium, quo[illegible] competat antiquiori Canonico, ita quod dicatur [illegible] inmo temporis antiqu[illegible] datum, sed est dignitas, quae per [illegible] ionem conferitur, vt probatur expresse in cap. con[illegible] 45. [illegible] d[illegible] b anti-[illegible]
58 [illegible] num. 5. vers. [illegible] [illegible] politana E[illegible] h[illegible] ius ex[illegible] C[illegible] An[illegible] fide dignis, & c[illegible] quod si [illegible] gnita[illegible] antiquio[illegible] prae[illegible] & [illegible] quem occupa[illegible] distinctus [illegible] à [illegible], quod [illegible] [illegible] & sentit [illegible] C. De[illegible] Canonicis, & [illegible] dis[illegible] ma[illegible] Rot[illegible] P[illegible] C[illegible] decipiuit, [illegible] vnanime facc[illegible]

[illegible] sti[illegible] Qu[illegible] not[illegible] enim [illegible]
59 Pri[illegible] q[illegible] [illegible] nem, [illegible] eligitur a R[illegible] det aequ[illegible] er [illegible] s Quae[illegible] sede aequalis, & sic p[illegible] ubi e[illegible] sonu[illegible] se, comparari[illegible] assi[illegible] De[illegible], de quo in C[illegible] tur [illegible] sit; sed re vera pr[illegible] Illustri. Praesidi magi[illegible] nostrudà [illegible] erunt nomine [illegible] sequi deberaris, vt dicit Abbas [illegible] multa num. 21. de praebend. qu[illegible]
60 conuen[illegible], non est argumentand[illegible] ex diuersis non fit bona [illegible] l. P[illegible] mus ex [illegible] ff. de minor. [illegible] do[illegible] fines vltra suos habet [illegible] vltra quos non extenditur, [illegible] de Decano, de quo [illegible] no[illegible] quuntur; cum enim [illegible] troducta sit eius p[illegible] tio, & dignitas, vt v[illegible] non [illegible] ditur consuetudo vltra suos limi[illegible] Turret. cons. [illegible] num. 8. lib. 1. nec [illegible] tur nisi in [illegible] quo consu[illegible] [illegible] eundem Turret. in [illegible] num. 6. [illegible]. Et sic non trahi[illegible] stratus Secularis, in qu[illegible] v[illegible] consuetudinem non [illegible] ditur in his, quod in [illegible] nit, secundùm quod [illegible] tudin[illegible] Pic[illegible] [illegible] S[illegible] C[illegible]
61 [illegible]

[illegible]

Decani Collegij Card.& Rotæ Romanę, quos nemo quacunque dignitate fulgeat vnquam præcedit,aptantur,quia ibi sunt caput Collegij, & eliguntur, vocanturq;

61 Decani Collegij, & Rotæ, & toti Collegio præsunt, exercentque id omne,quod nostri Præsides obtinent, ita quod Præsides sunt, nisi quod mutato nomine Decani nuncupantur; hoc casu benè de his dici potest, quod de Decanis alicuius Capituli dictum est, nam tunc consuetudo introduxit, Decanatum esse dignitatem, quia præest toti Collegio, vt supra probatum est; Vera ergo sententia illius decisionis fuit, quam considerat Regens Constanzius *ad l. 1. de Consul. num.35. lib. 12. Cod.* quia antiquior erat Decanus in illo Tribunali, & quilibet in domo sua in qua est caput, alium vincit, quacunque dignitate fulgeat, vt rectè obseruat Rouit.*conf. 102.in 2.num.14.& 15.* secundùm quod non est contraria illa decisio nostræ thesi, quia nos non contendimus de maioritate ordinis, sed de potestate Regis, & voluntate, apud quem incognitum est hoc Decanatus officium, prout incognitum etiam est huic Prouincię,in qua manibus palpamus,antiquiorem Quęstorem,non Decanũ nuncupari,sed Quęstorem,vt cęteri vocãtur;

62 et si vera est traditio Bart.*in l. 1.n.97.C.de dignit. lib. 12. Cod.*qui communiter approbatur, quòd illa est dignitas, quæ sic communiter reputatur, patet de Decanatu hìc nullam esse habẽdam rationem, vt connumeremur inter dignitates, quia Populus in hac Prouincia non distinguit Antiquiorem Quæstorem ab alijs Quæstoribus in dignitate, ex quo aperitur aditus ad aliam solutionem illius decisionis *Thori*, idest, quòd in his dignitatibus attenditur consuetudo Prouinciæ, iuxta quam diuersimodè dignitas Decanatus est, vel non est dignitas, vt vidimus supra, & sufficit, quòd hìc non recipiatur pro dignitate, iuxtà communem reputationem, nam vt dicit tex. *in l. fin.*

63 *in princ.ff.de muner.& honor.* quem affert Bart. supra, Quæstura quoque in aliqua Ciuitate inter honores non habetur; quę sunt formalia verba tex. Et sic quidquid in aliis Prouinciis introduxit consuetudo; non possunt in hac materia, externa exempla trahi de vna Prouincia ad aliã, sed quod reputatur in vnaquaque Prouincia inspiciendum est, nam sic fert natura consuetudinis, quæ non extenditur vltra suos proprios limites, vt supra tractatum est; Et ego, qui non sum Regnicola, auderem asserere, quod ibi adsit aliqua consuetudo, quòd Decanus aliis præsit, & eligatur, nec sit simplex temporis beneficium,nam Tasson.*in suis obser.ad pragm. de Antef. vers. 5. obseru. 3. num. 126.* inquit, quod Decanus Collateralis præcedit alios Regentes, quamuis antiquiores sint ipso Decano; Ergo non est simplex beneficium temporis, vt hic, & ex hoc patet, quomodo externa exempla fundata in consuetudine illius populi malè possint in consequentiam aliarum regionum trahi, & quãdo etiam adesset huiusmodi consuetudo; tamen attendenda esset,vbi Rex nihil disposuit; secus verò si Rex iubet alium præcedere, nam tunc semper exequenda est Regis voluntas, vt in exemplis de quibus supra, de qua re iterum agemus, infra, & ego licet multos reuoluerim libros in re ista, non inuenio adhuc, quod Rege iubente sit contrarium exequutum, vt petit D.Isidorus.

Quomodo autem erit definienda controuersia de Antiquiori Quæstore? Ego puto,Antiquiorem Quęstorem per prædicta nullam habere dignitatem distinctam à Quæstoratu, quod non est in Decano, de quo supra, cuius dignitas distincta, separata, & segregata à Canonicis est, ita vt aliquando non sit Canoni-

64 cus, vt vidimus, & tradit clarè Abbas *in cap.cum inter vniuersas nu. 2.* & ibi Scoliastes *de elect.* Atq; ita pro decisione recurrendum est ad DD.qui de Antiquiori Canonico loquuntur, vel de antiquiore Collegij tractant, quem primatem dixere Impp. loqui de Antiquiore Aduocatorum *in l. 3. l. petitionis, & l.per hanc 7. C.de Aduocat.diuer.Iudic.* Antiquior hoc modo acceptus, vt est D. Isidorus, non

65 distinguitur ab alijs de Collegio ratione dignitatis, aut alio respectu, nisi præcedentia antiquitatis, vt per iura prædicta notabiliter obseruat Amaya *in l.fin. cap. 3.num.*

3.nu.6.de decur. lib.10.Cod. cuius verba, placet trāſcribere:*& ad illud munus* (loquitur de Fiſci Patrono) *aſſumebatur Decanus,vel Antiquior,quē Primatem Aduocatorum dixere Imp.in l.3.l.petitionis,& l. per hāc 7.C.de Aduoc.diuer.Iudic.& Sidon. lib.8.Epiſt.6.vbi in notis Sauro,quod malè accipit Cotofred.in d.l.3.lit.D. diſtinguens primatem ab Aduocatis, cum tantùm eſſet illius Corporis,aut Collegij Caput,aut Antiquior,ſicuti in noſtro Pratorio Antiquior Senator,in Ciuitatibus Antiquior decurio, in Academijs antiquior Doctor, Primas dicitur Collegij, non tamen diſtinguitur ab alijs,niſi pracedentia antiquitatis:*hæc Amaya: quæ poſſunt confirmari ratione, nam ſupra tactum eſt in princ. verſ. *primo quia*, dignitates à Rege conferri, & ſolùm à Rege haberi. Ergo cum Rex ſolam dignitatem Quæſtoratus contulerit in D. Iſidorum antiquiorem Quæſtorem, non eſt ſomn iando alia diſtincta, quam Rex non contulit, alias ſequeretur, quòd alio modo dignitates haberi poſſent, quàm à Rege, quod eſt falſum, quia eſt ius ſupremæ eius Regaliæ,quod non poteſt ſeparari à Rege, cui ſoli conuenit dignitates conferre, & non alteri, vt dicit Bart.*in l.1.n.77.de dignit. lib.12. Cod.*qui communiter approbatur.

Et in Eccleſiaſticis dignitatibus exemplificando in Antiquiori Canonico clarè qnæſtionem hanc determinauit Io. de Annan. *in cap. de multa num. 21. de prabend. & dignitat.* inquiens, quòd licèt Antiquior Canonicus habeat iuriſdic-
66 tionem abſente Archidiacono, non tamen habet dignitatem, ibi. *Poteſt tamen quis habere adminiſtrationem,& non dignitatem, vt ſi fortè antiquior Canonicus gerat vicem Præpoſiti, vel Archidiaconi, non tamen eſt dignitas.* Hoc idem de antiquiori Canonico obſeruat Io. de Imol. *in d.cap.de multa 16. col. iuxta antiq. Impreſſ. verſ. exemplum poteſt poni, verſ. nam aliàs ſi non haberet, & verſ. ex hoc*,quem probat Pacian. *de probat. lib.2. cap.27.nu.17.*& ſic etiam clarè ſenſerunt DD.de Rota *in decif.288. in recent.p. 1.* diſtinguētes dignitates à Canonico Antiquiori. Rationem prædicti aſſignant, quia vt dicendum ſit, quem dignitatem obtinere,multa ſunt conſideranda,ſed illud præcipuum,quòd ille,vel nomen dignitatis obtineat,vel cōſuetudo inducat, vel iuriſdictionem exerceat nomine ſuo, non alieno; nam ſi hæc deficiunt, vt deficiunt in Canonico antiquiori, non videtur,aliquem in dignitate eſſe conſtitutum. In Antiquiori Quæſtore,qui neque nomen dignitatis habet vltra Quæſtoratus, neque conſuetudo introduxit, eum habere dignitatem aliam,quàm Quæſtoratus, neque iuriſdictionem exercet niſi in abſentiam Illuſtriſſimi Præſidis eius nomine, patet, omnia requiſita dignitatis deſiderari. Atque ita concedendum eſt,nullam habere dignitatem diſtinctam à Quæſtoratu, vt prædicti exemplificant in Canonico Antiquiori. Et licèt Antiquior Quæſtor præeminentiam ſedendi ante alios in Magiſtratu, & præcedendi habeat, tamen id eſt argumentum perſonatus, vt dicunt Canoniſtæ, id eſt, ma-
67 ioris honorificentiæ, non dignitatis, vt in Canonico Antiquiori obſeruant Pacian.*d.cap.27. num.17. & 40.* Aret. *conſ. 23.num.5.*& Imol.*ſupra*.

Nec exemplum, quod opponitur de Vicario Epiſcopi pro D. Iſidoro iuuat; quaſi ad ſimilitudinem eius dicendum ſit habere dignitatem, & vti Vicarius in abſentiam Epiſcopi vices eius gerit, ita Antiquior Quæſtor in abſentiam Illuſtriſs. Præſidis vices eius ſuſtineat. Quia ſolutio patet ex diſparitate rationis, nam ille eligitur ab eo, qui electionis auctoritatem habet, quo caſu ſubſti-
68 tutus repræſentat in omnibus principalem, vt ſuccedit in Vicario, ſecus verò in Antiquiori Quæſtore, qui non fuit electus Propræſes à Rege, qui conferendi auctoritatem habet, & non alius, tunc enim iſte non repræſentat principalem, nec ipſius honoribus, & prærogatiuis gaudet, vt rectè conſiderant Franc. Marc. *decif. Delfin. 806.num. 11. & 12.* & de Pont.*d.conſ.7.in 2.num.5.* qui alios allegant.

Remanet ergo D. Iſidorus cum ſola dignitate Quæſtoratus, & prærogatiua antiquitatis, qua non ſpoliatur, ſed eam retinet cum illis, quos antiquitate ſuperat, & ſic cum eſſet argumentum, quod ſume-

sumebatur ex dignitate Decanatus, negare non potest, quin appellatione Quęstorum, de quibus fit mentio in priuilegij, de illo quoque non cogitauerit Rex.

Et ex his ita constitutis manifestum est, non tantùm ex potestate ordinaria potuisse Principem præferre D. Isidoro D. Comitē, sed voluisse id expresse, quæ Regis voluntas sequenda est, & exe-
69 quenda, quia iusta est, quamuis litteræ Principis duritiem ferent, vt per Præpos. *sup. decret. in cap. in memoriam col. p. circ. princ. distinct.* 19. & Moder. Oldrad. *d. prælud. 6. num.* 74.

Et vt perstringamus controuersiam hanc particulari decisione, & vt aiunt Practici in terminis ferè terminantibus, propono considerandum casum Regentis Albertini, de quo meminit Frecc. *in alleg. loc. de subfeud. tit. Quis dicat Dux*, & de Pont. *de potest. Prorreg. tit. de prouis. fier. solut.* & Tasson. *in suis obser. ad pragm. de Antefat. ver. 7. obser. 3. num.* 84. inquientes, nouum Consiliarium ascitū primam tenuisse sedem, & primam tulisse sententiam, antiquitatis ordine neglecto,
71 & hoc inquit Frecc. *in fin.* propter verba litterarum Regis, ita quod si primus Regens Albertinus fuit, oportet fateri etiam Decano fuisse præpositum, quamuis de hoc non esset specialiter prouisum. Item notanda est alia decisio in persona Regentis Gambacurtæ, de qua per Mastrill. *de Magistr. lib. 5. tit. 4. in fin.* quæ adhuc magis in terminis est huius casus; In Regno Siciliæ supremum omnium est Tribunal Sacri Consil. quod componitur ex tribus Præsidibus aliorum Tribunalium, idest, ex Præside Magnæ Cur., Præside Regij Patrimonij, & Præside Consistorij Sac. Reg. Conscien. qui vniti cum alijs Consiliarijs constituunt Tribunal Sacri Consi. vt tradit Mastrill. *de Magistr. lib. 5. cap. 11. num. 1.* Caput in eo est Prorex, & in eius absentiam præest Præses M. C. tanquam qui caput omnium Consiliariorum est: successiuè post eum cæteri Præsidentes præsunt, vt dicit idem Mastrill. *d. cap. 11. num. 3. & 5.* Existente Regni Siciliæ Prorege Feriæ Duce, de quo meminit Mastrill. *d. lib. 5. cap. 4. in fin. & cap. 8. num.* 35. Regenti Modesto Gambacurtæ fuit concessa præcedentia totius Sacr. Consi. virtute litterarum Regis: Regens proposuit, non solùm in Sacr. Consi. omnibus esse præponendum, & sic Præsidi M. C. qui in absentiam Proregis solet præesse omnibus alijs de Sacro Consil. vt notatum est, sed etiam, quando accedebat ad M. C. eo tempore, quo Collegialiter vniebatur pro referenda causa Fiscali (quod apud Siculos est, quando M. C. semel in hebdomada accedit Collegialiter ad Proregem ad referendum, vt explicat idem Mastrill. *lib. 5. cap. 8. num. 57. & 58.*) petijt Regens, concedendam præcedentiam etiam supra Præsidem M. C. quod munus exercebat tunc Franciscus de Roa, vt idem Mastrill. memorauit *in d. cap. 4. in fin. & cap. 8. d. lib. 5. nu.* 42. Fuit dubitatum, an concessa præcedentia totius Sacri Consi. in quo Præses M. C. post Proregem est primus, extenderentur litteræ etiam ad Præsidem M. C. quando in suo Tribunali M. C. Præsidebat, & ad eam accedebat Regens Gambacurtà, & re proposita coram sex Consiliarijs delegatis, fuerunt in paritate votorum, alij sentientes, Regem esse consulendum, alij simpliciter litteras esse exequendas; Prorex iussit consultationem fieri attenta paritate votorum, sed pendente consultatione Regentem Gambacurtam debere præcedere, & sic fuit executū. Ex qua decisione Quatuor consideranda propono. Primum, apud illos Consiliarios de Regis potestate nullum exortum dubium, & pro constanti existimatum, Regem potuisse concedere præcedentiam Regenti. Secundum, in Sacro Consi. in absentiam Proregis alijs præesse Præsidem M. C. vt notauimus supra, & tamen colligitur ex his, quæ proponit Mastrill. nō fuisse dubitatum, quin Regens non deberet præcedere Præsidem M. C. quando conueniebant in Sac. Consi., quamuis spectaret ad Præsidem M. C. conuocare Consilium in absentiam Proregis, & præesset; qua ratione Propræses Sac. Consi. dici potest, licèt de ipso non esset facta specialis mentio in litteris, quæ tamen continebant præcedentiam totius Sac. Consi. Tertium, non solùm verba illa litterarum, totius Sacr.

Conf. fuisse ex sua generalitate per tres Consiliarios intellecta, quòd compræhenderent Præsidem M. C. quando erat in Sacr. Conf. sed etiam quando præerat suo Tribunali. Quartum, non fuisse admissam consultationem ad Regem, nisi concessa præcedentia, & quamuis in his duobus notabilibus hæsitet Mastrill, tamen est id, quia agebatur de Præside Tribunalis, at si de alio, quàm de capite fuisset quæstio, non hæsitasset Mastrill. & cessarent rationes, quibus ille mouebatur pro Præside ibi. Ergo practicatum habemus in hac decisione, quod si Rex iubet, in hac materia præcedendi, non est de potestate mouenda querimonia; Item, quòd verba generalia sunt intelligenda, quo ad omnes, & sic quùm Rex concesserit, quòd præcederet Com. reliquos Quæstores, nullo excepto, dubitandum non est, quin D. Isidorus non sit quoq; compræhensus, vt non fuit dubitatum in persona Regentis Gambacurtę, quando conueniebat in Sacro Conf. per illa verba, *cum praecedentia totius Sacri Conf.* quorum magis vniuersalia sunt illa, quæ leguntur in diplomate Com. Item si res dubia appareret, quod non puto, & rescribendum Regi esset, vt petit D. Isidorus, hoc est semper obseruandum exequuta gratia D. Com. vt fuit practicatum in dicto casu Regentis Gambacurtæ, & in exemplis commemoratis supra in vers. quinto, & vltimo.

71 *Senatus contra D. Quæstorem Cassado iudicauit.*

Responsum XXIV.

Agitur de iurisdictione Præfectorum Annonæ: eorum origine, & dignitate: distinguitur inter annonam ciuilem, & militarem; & quid iuris sic Mediolani.

SVMMARIVM.

Proponitur quæstio nu. 1. & 2.
Præfectus Annonæ à Romanis extra ordinem creabatur nu. 3. & non nisi ob indigentiam frumenti num. 6.
Quo tempore cœperit num. 4.
Dira fames Romæ num. 5.
Præfectus Annonæ non habebatur in numero Magistratuum num. 7.
Officium caritatis appellatur num. 8.
Præfectus Annonæ fuit semper sub Imperio Præfecti Vrbis nu. 9.
Eius officium quale fuerit num. 10.
Panes gradiles *dispensabat num. 11.*
Inter quos ius diceret nu. 12.
Cura huius Præfecti restringebatur ad annonam ciuilem num. 13. & 16.
Vbi de annona ciuili agebatur dabant Imperatores litteras Præfecto Vrbi; vbi verò de militari, dabant Præfecto Prætorio 14. & etiam Præsidi Prouinciæ num. 15.
In vtramq; annonam nunquam Ædiles Cereales *inuigilabant num. 17. & aliquando Ministri Imperatoris in Castris nu. 18.*
Ex Titulo illo, qui legitur in corruptis Codicibus de Castrēsi peculio militum lib. 12. tit. 37. *expungi debent verba illa*, & Præfecti Annonæ, *& reponendum verbum* Præfectianorum, *siuè vt alij legunt* Præfectiariorum *nu. 19. & 20.*
Hi, quinam essent nu. 20.
Ita emendant emuncta naris interpretes nu. 21.
Annonæ militari incumbebat Magistratus, qui tributis præerat nu. 22.
Et quomodo num. 23. & 24.
Opinatores qui nu. 25.
Præfectorum annonæ iurisdictio, & munus Mediolani nu. 26.
Non porrigitur ad horrea instruenda, nec ad species emendas num. 27.
Militares annonæ præfectura pertinet ad Magistratum Ordinarium nu. 28. & 29.
Consuetudo in materia iurisdictionali probatur ex actibus frequentatis num. 30.

DOMI-

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



CVM tota iurisdictio, quæ peculiari titulo Nou. Const. Mediolani tribuitur Præfectis Annonæ, translata fuerit in
1 Magistratum Redditum Extraordinariorum; disputatum fuit an hæc extendatur ad annonam Principis, seù militarem; ità vt (exempli gratia) si vetus frumentum, quod è Castellis, seù arcibus huius Dominij extrahitur, auehendum deinde sit extra Prouinciam ex pacto conuento inter Impresarium (vt vocant) & Magistratuum RedditiuumOrdinariorum, opus sit etiam peculiari scientia, & opportuna facultate dicti Magistratus Extraordinarij: vltra eam, quàm Cômissarius Generalis munitionum expedire solet.

2 Decisio huius quæstionis, quæ acerrimè olim agitata fuit inter vtrumq; Magistratum, pendère tunc visa fuit à duobus articulis.

Alter est, quod & quale fuerit apud Romanos officium hoc Præfectorum Annonæ, & quos intra limites eorum iurisdictio contineretur.

Alter est, quid seruandum sit nunc in hoc Mediolani Dominio.

Quod attinet ad Primum. Dicebatur Præfectum annonæ à Romanis extra ordinem creari solitum fuisse iuxta rei
3 frumentariæ contingentem angustiam. *Ità Fenestella, seu Andreas Dominicus Floccius verus Auctor Tract. de Potestatibus Romanorum lib. 2. cap. 15.* & habuisse
4 initium anno decimo septimo post Reges expulsos, & ab Vrbe condita ducentesimo sexagesimo primo, vt refert *Pompon. Læt. de Magistr. Roman. cap. 8; licèt ex Tito Liuio lib. 2. Decad. p.* constet tunc temporis missas fuisse à Consulibus priuatas personas ad conquirendum frumentum, & postea, anno scilicet trecentesimo decimo quarto ab ipsa Vrbis origine Præfectum annonæ creatum, dum
5 ob famis cruciatum ex plebe homines in Tyberim se præcipites darent, vt notat idem *Liuius decad. p. lib. 4.*

Quidquid autem fuerit respectu temporis, certissimum est, hoc offitium Præfecti non, nisi ob frumenti indigentiam
6 creari solitum, vt notat idem *Pompon. Læt. cap. 9. lib. 1. et Obseruat Cuiac. in Paratitl. tit. 42. fol. mihi 20. & Guerinus Pisonus de Romanorum Venetorumq; Magistratuum comparatione, in explanat. l. p. ff. de off. eius cui mand. est. Iurisd. num. 133.* Imò constat neq; tale Præfecti annonæ Offi-
7 tium in Magistratuum numerò habitum fuisse; vt est præcisus locus *Alexand. ab Alex. in Genial. Dier. lib. 6. c. 20. pag. 963.*

Hinc *Sola ad Decret. Saband. Tit. de*
8 *Edict. annon. glossa vltim. num. 3.* miratur quod in eius Patria officium istud Vbertatis diceretur, cum potius caritatis officium dici deberet.

Hæc annonæ Præfectura semper fuit sub dispositione Præfecti Vrbis, ad quē principaliter cura spectabat; & de hoc est
9 textus clarus *l. prima. C. de Præfect. Vrb.* & notant *Duaren. eodem tit. ff. Cuiac. ad. l. prim. C. de apparit. Præfect. ann. lib. 12. Petr. Gregor. Thol. Synt. Iur. Vniu. lib. 47. cap. 35. nu. 3. Guido. Pancirol. in Comment. ad notit. vtramq; Rom. Imp. lib. p. cap. 26. & lib. 2. cap. 4. & Amaya ad l. fin. cap. 2. nu. 29. C. de Decurion. lib. 10.*

Eiusq; officium erat, Nauibus appulsis, quæ curante Vrbis Præfecto commeatum Populo Romano deferebant,
10 species delatas inspicere; officinas pistorum discurrere; pensumque, & mundiciam panis exigere, vt ex *Cassiod.* notat idem *Cuiac. ad l. primam C. de canon. frument. Vrb. Rom. lib. 11.* Erat etiam eius cura ex publicis horreis in vrbe existentibus populo in dies annonas præbere;
11 ac etiam panes, qui *gradiles* appellabantur à gradibus, in vnaquaq; Vrbis regione extantibus dispensare, vt testatur idē *Cuiac. l. 2. tit. 26. Cod. de condit. in publ. horr. lib. 2. & Guid. Pancirol. loco citato cap. 4. & 5. lib. 2.* quo loci ex *Tranquillino* notat frumentum in annonæ difficultatibus sæpè leuissimo, & interdum nullo pretio viritim plebi datum. Vini insuper, & olei, ac carnium curam gerebat, nam sub annona comprehenduntur ex *Gothofr. ad Rub. C. de annonis*, & cum iu-

dicaret inter pistores, nautas, mensores,
12 ac frumenti negotiatores, mulctandi, ac modicè castigandi facultatem habebat, vt notauit *Pancirol.in dict. comment.lib.2. cap. 5.*

At hæc cura non erat vniuersalis, sed respectu annonæ ciuilis tantùm, vt habetur ex *Cuiaccio ad tit.Cod.de apparit.præf.*
13 *ann.lib.12.* & conuincitur ex hoc, quia Præfecto Vrbi cui Præfectus annonæ suberat nulla rerum militarium iurisdictio pertinebat, sed vrbanarum, quæ enumerantur à *Petro Gregor.Thol.Syntag.Iur. Vniu.lib.47.cap.35.num.3.Pompon.Lat.& Cassiadoro.*

Hinc fiebat vt quoties de publicis horreis, quæ in Vrbe erant ageretur, Imperatores Præfecto Vrbi scribebant; Vbi verò tractabatur de annonis, quę in Prouincijs ad vsum militum repositæ erant, non dicto Vrbi Præfecto, sed Præfecto Prætorio dabant litteras: vt videre est *sub tit. Codicis de condit. in publ. horreis lib. 12.* vbi Sanctio legis primæ in qua tractatur de horreis Vrbanis, & annonis populo destinatis directa est Volusiano Vrbis Præfecto; Dispositio autem legis secundæ, & tertiæ in quibus agitur de annonis militaribus Præsidi Prouinciæ, & Præfecto Prætorio inscribitur, vt le-
15 gere est in Codicibus purgatis, & ostendit *Cuiaccius* ad prædictum titulum, & leges. Et hoc potissimùm argumento nititur *Amaya ad d.l.primam C. de condit.*
16 *in pub.horr.num.21.lib.10.* Vbi testatur, quod Præfecto Vrbi nulla competebat annonæ militaris cura. Sicuti etiam hanc ipsam forensis, & militaris Annonæ Prouinciam nonnumquam Ædiles Cereales exercebant, maximè vt ea, quæ bello vsui forent in Castra deferentur,
17 vt ex laudato supra *Alexand. cap. 4. pag. 455.* Et aliquando ipsimet Ministri, qui penès Imperatorem in Castris residerent. Vt ex *Lipsio lib. 5. de milit. Rom.*
16 *Dialog. 16.* In verbo frumenti modum accipiunt, & seq.

Conantur quidem suadere Aduersantes, ipso Romanorum iure inspecto, annonæ militaris curam apud annonæ Præfectum fuisse, allegando titulum Codicis de Castrensi peculio militum, &
19 Præfecti annonæ, cum subsequenti, *de erogat.milit.annon. lib.12.* quasi officium istud esset militare, & annonam militibus distribueret, argumento ducto ex continuatione tituli, iuxta *glossam ad §. Item lapilli. Inst. de rer. diuis.*

Sed corrupti Codices adigunt in errorem aduersantes; Siquidem loco Præfecti annonæ legendum est Præfectianorum, nempè de Castrensi peculio militum, & Præfectianorum, siuè vt alij legunt *Præfectiariorum,* vt notat ibi *Gotho-*
20 *fredus;* qui Præfectiani erant apparitores Præfecti Prætorio, & talem titulum habent purgati Codices, vt sunt Antuerpienses Plantiniani, & ità legendum ex *Amian. Marcellin. lib. 17. num. 10.* tradit *Cuiac.ad ipsum tit.qui est 36.lib.12.* & in notis ad *tit.Instit.de milit.testam.sub litt. C.* Hanc emendatam lectionem amplexi
21 sunt *Sebast.Neuius in annot.ad dictum titulum, Prateus, & Ioannes Caluin. in Lexic.Iur.Verbo Præfectiani,* & quod isti essent apparitores Præfecti Prætorio, probat textus *l.2.& final.C. de apparit. Præf. ann.lib.12.Brisson. de verb.signif.lib.14. §.Præfectoria familia,fol.521. Alberic.in Diction.& Schard.in Lexic.verbo Præfectianus,* & ex his apertissimum restat Præfectos annonæ, eius quæ militaris erat, nullam curam habuisse.

Cæterùm si quæratur ad quosnam Magistratus Romanorum, ea pertineret; Respondendum credimus, ad eos procul
22 dubio, qui tributorum exactioni præerant, vt indicat titulus de annonis, & tributis *lib. 10. Codicis;* & clariùs apparebit, si qualiter exactio fieret consideratur.

Aduertendum etenim est, quod tributorum cognitio, & cura demandata erat Præfecto Prætorio, cui Princeps significabat, quanta sibi pecunia opus esset; Præfectus autem facta computatione, & diuisione disponebat apud acta, quantùm quælibet Prouincia inferre teneretur, secundum morem regionis, in auro, argento, vel speciebus, & hæc probantur ex *Nouell.128.quæ est in Auth.tit. 14. de Collater. & capit.* quam præcisis verbis refert *Amaya ad l. vltimam nu. 1. Cod.de Canon.largit.lib.10.*

In

In Prouincijs Præfectus Prætorio ha-
bebat Vicarios,qui cum Prędidibus Pro-
uinciæ exactionem curabant, vt notat
idem *Amaya ad l.3.nu.4.C.de ann. & tri-
but.lib.*10. & aderant etiam ſuſceptores
24 exactionum; Exactione autem facta
Annona dabatur Præpoſitis horreorum,
vel Opinatoribus, qui mittebantur ab
ipſo Præfecto Prætorio ad eam militi-
25 bus diſtribuendam, & hæc colliguntur
*ex text.l.in Fiſcalibus, & l. miſſi Opinato-
res,Cod.de exact.tribut.lib.*10.*& l.*2. 3.*&
ſeq.C.de ſuſcept.& Arcar.lib.eod.& ll. ſub
tit.de erogat.milit. ann. lib.*12. ac notatis
per *Cuiacium*, *& Amayam ad ipſas ll. &
Petr.Gregor.in Syntagm.Iur. vniu. lib.*19.
*cap.*6.*Tit.de annon.milit.num.*3.

Ex quibus omnibus vnuſquiſq;poteſt
decernere an militaris annonæ cura ſub
Romanorum Imperio fuerit apud Præ-
fectos annonæ, vel potius apud eos, qui
exactionibus tributorum Præpoſiti erāt.

Hiſce verò temporibus (& hic eſt ſe-
cundus articulus) quod ſit officium dic-
torum Præfectorū indicat Titulus Nou.
Conſt. Illis enim data eſt annonæ cura
per vniuerſam Mediolanenſem ditionem
ad conſeruandam vbertatem; conceſſa
eſt facultas dandi licentias transferendi
grana, deputandi Commiſſarios,ac con-
traſcriptores, ſuſpendendi mercata pu-
blica granorum inopiæ tempore, & tunc
etiam faciendi alias prouiſiones conſul-
26 to Principe, vel Senatu: Tenentur ob-
ſeruantiam ordinum procurare,qui pre-
cipuè tendunt ad fraudes tollendas,& ad
id conceditur eis iuriſdictio in condu-
centes grana,molendinarios,nautas,por-
titores, cuſtodes pontium, & alios quoſ-
cunque mediatè, vel immediatè ſubdi-
tos, quæ omnia popularis annonæ cu-
ram indicant, & tendunt, vel ad conſer-
uandam plebi vbertatem, vel ad tollen-
dam inopiam; ad annonam verò milita-
rem non pertinent, nec de ea loquuntur;
Neque enim ijs datur cura emendarum
ſpecierum, horreorum inſtruendorum,
nec eligendi Præpoſitos; Imò cum ipſæ
Conſtitutiones *d. tit. §. Tempore inopiæ
&c.*diſponant, quod tunc conſulto Prin-
cipe facere poſſint eas prouiſiones, quæ
vtilitati publicæ conuenient, extra illud
27 tempus eaſdem prohibere videntur, &
per conſequens circa introductiones ex-
traordinarias granorum, quæ vel ob im-
minentem aduentum hoſtium, vel aliter
fiunt,nequeunt dicti DD. Præfecti ſe in-
tromittere; Nam Conſtitutiones ſi at-
tentè perlegantur nihil aliud ijs tribuunt
quam iuriſdictionem pro obſeruantia
ordinum circa fraudes euitandas;& pro-
uidendi tempore caritatis.

Contra iure (niſi fallor) Magiſtratus
Ordinariorum Reddituum ex vi ipſa-
rummet Conſtitutionum vindicat ſibi
demandatam fuiſſe curam militaris an-
nonæ; Nam cum vectigalia ſint nerui
Principatus, & belli, & horum ipſe cu-
ram gerat; cum ad ipſum ſpectet exami-
28 nare redditus, & expēſas,& ſi harum ali-
quæ videantur ſuperfluæ, aut exceſſiuæ
eas ſimul cū Commiſſario generali mu-
nitionum, Principi proponere debeant,
vt tollantur, vel reſtringantur; non eſt
dubium quin militaris ann onæ cura eiſ-
dem cenſeatur demandata, cum ſit præ-
cipua omnium expenſarum, conuinci-
turque ex deliberatione Impreſiæ Panis
exercitus, & eius adminiſtratione, quæ
29 in totum à Magiſtratu Ordinario, regi-
tur, & magis ex ea horreorum peculia-
rium; in quibus etiam Triticum à Sub-
ditis confertur in Oppidis Valentiæ,
Mortariæ, & alijs, prout ex tritis Iuri-
bus, & actis liquet.

Sed cum ex præſcripto antiquiſſimæ
conſuetudinis per hunc Magiſtratum
vniuerſa ſoleat militaris Annona admi-
niſtrari tàm intra, quàm extra Caſtra,
inſtruendo etiam horrea in Arcibus, &
locis munitis; nulli dubium eſſe poteſt ad
eiuſdem Tribunalis commodum Iuriſ-
dictionem ſubeſſe pluſquàm competen-
tem,& priuatiuam,cum Iuriſdictio æquè
à Conſuetudine, ſicut ab expreſſo Priui-
legio introducatur, firmetur,ac ſtabilia-
tur, ſatiſq; probata dicatur conſuetudo
30 in materia Iuriſdictionis ex frequentatis
Actibus, & continuato eorum exercitio
quæ à Poteſtate, & Iuriſdictione pen-
dent. Vt per *Bald.conſ.*49.*vol.* 3.*Zaſ.
conſ.* 16.*num.* 14.*& ſeq.vol.* 2.*Maſtrill.
Magiſt. cap.* 16. *num.* 29. *& ſeq. vol.* 1,
*ac lib.*6.*cap.* 8.*num.* 93.*& ſeq.vol.*2.*Vi-*

dendus

dendus Bonadill. sua Polit. lib. 2. cap. 10 *n.* 36. *& cap.* 17. *nu.* 126. imò vt ait *Hunnius in Encicopledia Iuris. Vniuers. part.* 2. *tit.* 36. *cap.* 2. *nu.* 16. consuetudo est omnium iurisdictionum origo, forma, & principium; & Regiæ etiam Pragmaticæ, atq; Proclamata Excellentiss. Locum Tenentium, quæ ante actis annis emanarunt nempè anno 1638. die 22. Maij ab Excellentiss. Marchione Leganesio. & anno 1641. die 13. Octobris ab ipsa Regia Maiestate inconcussam, quod ad hoc ostendunt nostri Magistratus iurisdictionem.

Responsum XXV.

Agitur de gratia expectatiua in alium transferenda.

SVMMARIVM.

De Principis potestate disputare sacrilegum videtur num. 1.

Reprobatur distinctio inter absolutam, & ordinariam potestatem num. 2.

Verba Taciti num. 3.

Princeps legibus subiacet ex vi directiua num. 4.

Theodoricus Rex voluntatem suam ratione metiebatur num. 5.

Translatio gratiæ in damnum alterius habentis expectatiuam non admittitur nu. 6.

Iuramentum præstitum ab Officiali influit ad exercitium nu. 7.

Officium quibus modis vacet nu. 8.

Clausula quomodocunque *includit omnem modum vacandi num.* 9. *etiam promotionis num.* 10.

Iunior prædecedens seniori ordinem turbat mortalitatis nu. 11.

Ius ciuile naturam imitatur num. 12. *&* 13.

Rex optimus imitari debet naturam num. 14.

Mutatione personæ, mutatur conditio, & qualitas gratiæ nu. 15.

Latini Pacati verba num. 16.

Gratia expectatiua odiosa sunt num. 17.

Ideo restringenda num. 18.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Titius ad officium vacaturum electus, & approbatus fuit, ac iuramentum fidelitatis præstitit; petit nunc à Principe, vt dictam gratiam expectatiuam transferre velit in Caium, duobus, vel tribus circiter annis natu minorem, & eiusdem Caij vita durante.

Quæritur à me, an dicta translatio, præiudicialis sit Mæuio, habenti posteriorem expectatiuam eiusdem officij; cum clausula *quomodocunque, & qualitercunque vacauerit*; & an ideò possit à Principe concedi dicta translatio.

Ego verò de Potestate Principis absoluta non disputo, ne sacrilegij crimen
1 incurram *L.* 3. *C. de crimine sacrilegij l.* 5. *C. de diuers. rescript.* quamuis sciam distinctionem hanc inter absolutam, & or-
2 dinariam potestatem reprobari *Sarmient. select. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 2. *Fachin. controu.* 63. *vers. ad secundum lib.* 8. *Salernus cons.* 1. *num.* 17. *&* 20.

Vtar potius M. Terentij verbis apud
3 Tacitum. *Libro* 6. *annal. Non est nostrum æstimare Cæsar; quem supra cæteros, & quibus de caussis extollas; tibi summum rerum iuditium Deus dedit; nobis obsequij gloria relicta est.*

Sed loquor de ea potestate, quæ legibus subiacet; non ex vi coactiua, sed di-
4 rectiua, *Suarez* (*ex D. Thoma*) *de legibus lib.* 3. *cap.* 35. *Salas de legibus disput.* 14. *sect.* 2. *Gregor. de Valentia comment. Theolog. tom.* 2. *disput.* 7. *quæst.* 5. *p.* 4. *Langlæus semest. lib.* 7. *cap.* 17. *vers. tam & si enim Coras. Miscel. lib.* 2. *cap.* 25. *nu.* 4. *in fine.* & quæ *potestas voluntatem* omnem *de ratione metitur*, vt Theodoricus aiebat apud
5 Cassiodorum *var. lib.* 1. *cap.* 12.

Et dico Mæuij iura lædi; atque ideo denegari debere translationem.

Prima ratio est, quia cum hominis sit agere propter finem perfectè; propterea cum finis, quem intendit Titius, nonnisi triplex esse possit moraliter; vel quia scilicet, occulta fortasse laboret ægritudi-

ne,

ne, & ideò longiorem exiſtimet futu-
ram eſſe vitam Caij; vel quia Titius ad
maiorem dignitatem adſpiret; vel quia
laborem defugere velit, & officium ex-
ercere non placeat ei: conſequenter in
quolibet ex his caſibus, læduntur per
translationem iura Mæuij, qui ſubintra-
ret; & ideò admittenda non eſt transla-
tio, vt probatur ex eleganti textu Boni-
6 facij Octaui videndo *in cap. ſi te praben-
dam 2. de renuntiatione in 6. vbi Canoniſ-
ta lib. 1. tit. 7.*

Secunda ratio, quia dum Titius non
ſolùm approbatus fuit ad dictum offitiũ,
ſed etiam iuramentum præſtitit, cuius
virtute ex nunc pro tunc exercitium of-
ficij recepiſſe videtur, vt docet Boerius
7 *deciſ. 149. nu. 9. & deciſ. 150. n. 8. in fine.*
hinc fit, vt ſi Titius ius officij transfe-
rat in Caium; verè vacet expectatiua
conceſſa Titio (quia reſpectu Titii agi-
tur de priuatione, quę habitum pręſup-
ponit) & ſtatim locum occupet illa con-
ceſſa Mæuio; quia verè prima ſucceſſio
radicata fuit in Titio, nec poteſt ſine me-
dio tranſire in Caium: (extremorum au-
tem vnionem impedit intermedia Mę-
uii ſucceſſio, quę ſtatim ſubingreditur.)

Hęc autem ratiocinatio non eſt ſim-
pliciter ſpeculatiua; ſed etiam practica,
quia offitium non minus vacare dicitur
per translationem, quàm per mortem,
ad effectum, vt locus expectantibus ape-
8 riatur; vt in terminis docent *Barboſa in
collectan. ad c. ſuſceptum 6. num. 4. de re-
ſcriptis in 6. Solorzan. de Indiarum Gu-
bern. tom. 2. lib. 2. cap. 6. num. 4. vbi plures
citat, & n. 47. & ſeq. & 55. et ſeq. Maſtrill.
de Magiſtrat. lib. 1. cap. 26. præſertim in
fine verſ. ex quibus remanet vera concluſio.
Berous conſ. 156. viſis ijs num. 9. 11. et 12.
lib. 3.*

Potiſſimùm vigore clauſulę *quomodo-
cunque* vacauerit, quæ omnem vacandi
modum includit, ſiue iuris, ſiue facti
9 *Barboſa loco citato num. 7. Solorzan. d. cap.
6. num. 6. et in puncto num.* 57. & nedum
mortis; renuntiationis, ſeù translationis;
10 ſed etiam promotionis *Maſtrill. lib. 1. c.
26. num. 1. et vlt.*

Tertia ratio, quia etiam ſi Caius Ti-
tio iunior ſit annis duobus tãtummodò,
vel tribus: negari tamen non poteſt, quia
ordo naturę doceat, ſeniorem citiùs mo-
ri; quamuis enim ſępè contingat iunio-
rem prędecedere; tamen turbari tunc
11 dicitur ordo mortalitatis *l. nam, et ſi pa-
rentibus.* 15. *ff. de inof. teſtam.* Ius igitur
12 noſtrum, quod imitatur naturam *Inſti-
tut. de adoption. §. minorem*, non patitur
hanc fieri mutationem perſonæ in dam-
num pręſumptum Męuii, pro quo mili-
13 tat ordo naturæ *l. hereditatum 68. ff. ad l.
falcid. l. cum tale 72. ff. de condit. et de-
monſtr. Alciat. lib. 1. præſumpt. 43.*

Regem porrò optimum imitari debe-
14 re naturam; ſcripſit S. Thomas *de regi-
mine Principum cap. 12. lib. 1.*

Et ſanè mutatione perſonæ, mutari
conditionem, & qualitatem gratię, ſcrip-
ſit in ſucceſſione commendæ Solorzan.
15 *de Indiarum Gubern. tom. 2. lib. 2. cap. 22.
nu. 49.* etiam quia ex tali variatione, po-
teſt longiùs diferri ſpes Mæuii expectan-
tis; cum tamen de Principe noſtro vſur-
16 pari poſſint illa verba Latini Pacati *in
panegyrico ad Theodoſium. Vnum inue-
nire non poſſumus cuius ſpem, atque expe-
ctationem, non dicam fefelleris, ſed (quæ
delicatior eſt querela) diſtuleris.*

Demum quia non boni exempli eſt,
viam aperire renunciationibus harum
expectatiuarum, quæ pluſquam odioſæ
17 ſunt *Faber in C. lib. 1. tit. 12. de diuerſ. re-
ſcript. defin. 7. Soc. Sen. conſ. 53. num. 1. et
18 ſeq. lib. 3.* & ideò reſtringendæ *Rota apud
Verall. deciſ. 3. p. 1.*

*Rex Dominus petitionem Ti-
tij non audiuit.*

Reſponſum XXVI.

Agitur de cauſſis legitimæ ſuſpi-
cionis in Senatore Relatore.

SVMMARIVM.

*Magna iuris, et probitatis præſumptio Domi-
nis Senatoribus aſſiſtit num. 1.*

*Hæc tamen non impediti, quin ſuſpecti di-
cantur num. 2.*

Suſpecio à iure naturali deſcendit nu. 3.

Viri

Viri Sanctissimi refutauerunt Iudices probatæ conscientiæ num.4.& 5.

Durissimum est coram suspecto agere n.6.et 7.

Etiam si suspicio post captum iuditium oriatur nu.8.

Explicatur l.consilij 47.§.socij ff. de reg.iur. nu.9.& 10.& 11.

Non procedit in testibus num.12.

Decisio petitur ab amore num.13.

Affinitas vsque ad quartum gradum Senatores remouet à suffragio num.14.

Graduum autem computatio fit secundùm ius Canonicum nu.15.

Sed alia circumstantia, etiam sine affinitate sufficiunt: affectio nempe, & amicitia nu. 16.& 17.

Qualis autem requiratur, religioni iudicantis committitur num.18.

Sola etiam familiaritas, & consuetudo nu. 19.20.21.

Si alter ex litigantibus postulauerit contra Iudicem num.22.

Etiam forte, & ex vrna dati Iudices refutabantur num.22.

Ratio moralis affertur num.23.

Quatuor modis iuditium humanum peruertitur num.24.

Desiderium, vt alter ex duobus vincat, an sufficiat, & an amicitia, vel consanguinitas amici, vel consanguinei ipsius Iudicis num.25.& 26.

Amor intellectum obnubilat num.27.

Tullij distinctio pulchra nu.28.

Pater, & filius vna quasi identitas sunt, & vox num.29.30.

Iudex ex se non potest abstinere nu.31.

Etiam in dubio iudicatur pro suspicione num.32.

Decisio Senatus num.33.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



N caussa reuisionis, quã agunt DD. fratres Spinulę contra DD. fratres de Capitaneis, decreuit Senatus Mag. D. Senatorem de Clericis abstinere debere calculo: ea (vti creditur) ratione, quia vbi Spinulæ succumbant, soluere tenebuntur dicto Mag. D. Senatori, & DD. eius fratribus sexaginta quatuor millia librarum per fratres de Capitaneis assignata D. olim Georgio de Clericis Seniori. Cum autem paucis ab hinc diebus Mag. D. Senator Florentia caussæ Relator, conciliauerit nuptias inter D. Pallauicinam neptem suam, & D. Georgium de Clericis Iuniorem, dicti Mag. D. Senatoris filium; credunt ideo Spinulæ iustam hanc esse causam subrogandi alium Relatorem: Nam, & si Mag. D. Florentiæ, cæterisq; etiam Mag. DD. Senatoribus conueniant optimè verba
1 illa legis *L. vnica §. his cunabulis ff. de offic.Præf.Prat.* eos scilicet, *qui ob singularẽ industriam, explorata eorum fide, et grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse, pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse* (Princeps) *foret iudicaturus*: cum tamen receptissima praxis, tùm Senatus Mediolani, tùm supremorum omnium in Europa Tribunalium, hasce suspiciones admittat; propterea criminosi non sunt, qui eas proponunt: *probitas* siquidem, *& præsumpta integritas Senatorum impedimento non erit, quò minus suspecti alle-*
2 *gentur*, ait *Ramonius, Cons.3.nu.74. iuncto num. 32. Fontanella decis.2. num. 18;* quia nempe hoc à iure naturali descen-
3 dit, *Ibid. num. 89. P. Gregorius in syntag. lib.49.cap.3.nu.28.* & viri quoq; Sanctissimi refutauerunt Iudices, probatæ quamuis conscientiæ, vt ex *Bobadilla* scripsit
4 *Capycius Latro, Consult.101. nu.3.* & tra-
5 didit *Fontanella Decis.5.nu.8.* Enimverò durissimum est coram suspecto litigare,
6 *Idem Fontanella decis.17.num.14.c.quod suspecti 15.tertia q.5.* adeout Iustinianus
7 aurea illa verba protulerit, *In l. apertissimi 16.C. de iudicijs, sine suspicione omnes lites procedere nobis cordi est*; quilicèt loquatur, vbi lis nondum inchoata fuit; idem tamen ius est, vbi post litem inchoatam noua caussa superueniat, vt
8 docet doctissimus *Cuiacius Obser. 23. lib. 9. ibi, nisi fortè post litem contestatam noua quadam suspicionis caussa superuenerit, vt iure Pontificio est proditum, nempè* in c. inter Monasterium de sentent. & re iudicat. *et alibi*: nec abhor-

ret

ret à iure ciuili. *P. Gregorius vbi supra*
num.20.
Porrò in hac specie facti: quamuis D.
Senator pater D. Sponsi, non sit affinis
D. Relatoris; non tamen argumentari
rectè licet ex regula *socij mei socius, meus*
9 *Socius* non est, *L. Consilij* 47. §. *socij ff. de*
reg. iur. nam Vlpianus ibi sic statuit, quia
essentia societatis oritur ex consensu;
cum igitur Socij mei Socius non con-
senserit mecum in Societatem; ideò So-
cius meus non est; vel quia in contra-
ctibus nullus cõpræhenditur prçter no-
10 minatos, *L. si ita stipulatus* 126. §. *Chry-*
sogonus in fine, *ibi nunquam personam,*
nisi expressa sit ff. de verb. oblig. vtramque
verò rationem perstrinxit succosè *May-*
11 *nerius: Ad d. l. consilij*. non potest itaq;
applicari argumentum ad hanc suspicio-
nis materiam, quæ nihil commune habet
cum contractu, aut consensu; sed alia
diuersa pænitus ratione nititur, vt infra:
Præterquam, quòd dum prædicta regu-
12 la non aptatur ad testes, *L. 3. in principio*
ff. de testibus l. 5. C. eod. vbi Gothof. d. litt. F.
vtique minus Iudici congruit, contra
quem suspicio faciliùs admittitur, vt
13 benè *Giurba, & de Marinis* aduertunt
obser. 68. n. 2. et resol. 209. nu. 6. & P. Greg.
vbi supra num. 4. qui rationem assignat.
Enimverò propositæ suspicionis deci-
sio, non ab ipso affinitatis gradu imme-
diatè desumitur, sed ab amore, qui ex
affinitate nascitur; quamuis igitur regu-
lariter affinitas vsque ad quartum gra-
dum Senatores arceat à suffragio, *Fon-*
14 *tanell. decis. 11. num. 9.* & graduum com-
putatio veriùs fiat de iure Canonico
15 *Idem decis. 12. num. 6. & 12. & seq. &*
num. 21. vt etiam cauetur per N. C. in
tit. de offic. Quæstor ordin. in fin. §. *si*
quis; Attamen vbi nulla quoque affini-
tas intercedit, statuitur nihilominus idẽ
ius, vbi aliæ circumstantiæ concurrant,
16 *Idem decis. 14. num. 7. & decis. 11. nu. 29.*
quia, vt dictum est, affectionis peculia-
ris habetur principaliter ratio, quæ cadit
etiam inter non coniunctos. Hinc ob
amicitiam solam Iudex remouetur; vti
17 suspectus, *benè Merenda videndus, qui*
rationem assignat contr. 26. nu. 1. lib. 22.
post Graff. except. 24. num. 60. & seq. &
in tractatu de effect. amicitia nu. 63. qua-
lis autem requiratur amicitiæ gradus, re-
18 ligioni iudicantis relinquitur, *Fontanell.*
decis. 15. nu. 6. imò ob solam familiarita-
tem, & consuetudinem, vti doctè, & ele-
gantur docet *Langlaus in semestribus*
19 *suis, Cap. 1. lib. 2.* & iubent N. C. loco su-
20 pra citato, & tradunt *Giurba, Obseru. 68.*
num. 24. vbi alios allegat. & Fontanella
21 *decis. 9. nu. 22. & decis. 15. num. 1. & 2.* &
ob aliam etiam caussam leuiorem, puta si
alter ex collitigantibus aduocatus fuerit
contra Iudicem; quemadmodum pluries
22 decisum testatur *de Marinis Resol. 210. n.*
2. et seq. Et vsq; adeo fauorabilis est suspi-
cionum hæc causa vt olim, refutarentur
etiam Iudices sorte, & ex vrna dati, vt
probant illa verba Plinij in panegyrico
sors, & vrna Iudicem adsignat? licèt reij-
cere, licèt exclamare hunc nolo; timidus est
&c. Prædictorum verò ratio moralis est,
23 quia cum apud *Speusippum in libro de*
Platonis definitionibus, ex *Platone* iusti-
tia non aliud sit, quàm *æqualitas commu-*
nicatiua; quò fortè tendit monitum Py-
tagoricum *stateram ne transilias:* illud
consequens est, quod vbicunque iudi-
cantis affectus in vnam partem propen-
det, inæqualitas nascatur. Agnouit hoc
24 S. Pontifex *Gregorius c. quatuor modis*
78. *vndecima q. 3.* dum inter quatuor
modos, quibus humanum iuditium per-
uertitur; amorem numerat, quo *ami-*
co, vel *propinquò* complacemus, & scru-
25 pulosiùs processit *Merenda dicta contr.*
26. num. 2. lib. 22. dum solum deside-
rium Iudicis, quòd alter litigantium ius
foueat, inter iustas abstensionis caussas
26 recenset; mox subdit *Ibid. num. 3. idem*
dicendum esse si Aduersarius sit sangui-
ne coniunctus, vel valdè amicus eius,
qui sanguine coniunctus sit, vel familia-
ris, aut valdè amicus cum Iudice, & infra
exemplum ponit in *Matrona valdè con-*
iuncta sanguine; solent enim fæminæ (ait
Merenda *valdè importuniùs in his rebus*
se gerere, quàm viri: Enimverò diluci-
dam veritatis cognitionem obnubilat
affectio, vt pulchrè scribit *Ramonius:*
27 *cons. 3. num. 4. & 5.* nè quis autem putet
interdici Iudicibus affectus omnes, di-
28 stinguat cum Tullio *in Lælio*, tempora,

tum iudicaueris diligere oportet, non cum dilexeris iudicare: quam sanè affectuum blandam vim cum Attici Senatores timerent, vetuerunt ideò, nè Aduocati vterentur exordijs, neue Rei se in oculos darent, nè amor, aut misericordia se paulatim insinuaret in pectus. Cæterùm an commodum, quod ex decisione sentire potest Mag. D. Senator Clericeus commune sit cum D. eius filio, non videtur egere probatione: probè siquidem nouimus M.V. patrē, & filium vnam esse quodammodò identitatem, vt ex ore
29 Baldi *Ludouisius*, ait, *Decis.498. num. 7. benè Ramon. dicto cons.3. num. 10. & seq. Giurba dicta obseru. 68. n.7.et 8. et 24.* &
30 benè Imperator dixit *In §. si quis institut.de inutil.stipul.vox tua tanquam filij, et filij vox tanquam tua, cum et natura pater, et filius eadē esse persona penè intelligantur*: nec opponatur exiguū fore commodum DD. Clericeorum, quia nisi Spinulæ soluant, salua tamen adhùc maneat actio contra DD. fratres de Capitaneis; Nàm si oppositio ista momentum habuisset, exclusus non fuisset à voto Mag. Senator. Prætereà ponderandum est, res, & effectus Supplicantium detineri iam diù sub sequestro ad instantiam Dominorum de Clericis; qui quasi actores sunt, & quibus propterea expedit compendiaria via sibi satisfieri; non autem actionem nouam instituere contra DD. de Capitaneis, qui exceptionibus dilatorijs; & peremptorijs fortasse poterunt se tueri.

Nec ad rem pertinet, quòd hoc iuditium pendeat coram Mag.D.Caxa; illud verò contra DD. de Capitaneis coram Mag.D.Florentia; quia annexus semper, & connexus effectus est; & resoluto iure DD.de Capitaneis per victoriam Spinularum, resoluitur in consequentiam actio DD. Clericeorum, qui sic verè dicuntur habere interesse, vbi Spinulæ caussa cadant; Hæc, & alia, quæ Senatus supplere dignabitur necessariò proponenda fuerunt, quia etiam si Mag. D. Florentia, hisce cognitis, & pro sua Religione abstinere spontè vellet, id ei facere non licet, quia iudicandi offitium necessarium est,
31 cum sit publicum *Fontanel. decis.1. nu.6. et seq. ex Fabro, et alijs. P. Gregor. vbi supra num.8.* postremò dico etiam in dubio
32 iudicandum esse pro suspicione, *A Ponte decis.30.num.16.*

Senatus iudicauit iuxtà petita, ità vt Magn. Florentia voto
33 *abstineat.*

Responsum XXVII.

Agitur de legitima filijs debita in bonis matris confiscatæ.

SVMMARIVM.

L. de bonis 6. C. de bonis proscriptorum examinatur num.1.
Non habet locum Mediolani num.2. & 3.
Abrogatum fuit dicta l. etiam à iure communi num.4.
Respondetur Peregrino, Claro, Angelo, et Farinacio à num.5. ad 9.
Omnia bona confiscata relaxantur, vbi legitima non sufficit pro alimentis, nam alendi onus transit in Fiscum nu.10.
Decisio num.11.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Pponitur pauperrimis Minoribus de Galetes textus *in l. de bonis*
1 *6. C. de bonis proscriptorum*, quo sancitus, vt de bonis matris confiscatæ nihil filijs debeatur.

Respondetur dupliciter. Primo loco
2 non esse de hoc textu querendum in hoc Mediolani Dominio, in quo dispositum est *per N.C. in §. omnium tit. de iur. & priuilegio Fisci*, vt de omnium extremo supplicio affectorum bonis legitima descendentibus debeatur excepto crimine læse Maiestatis; quod sanè verbum omnium, vtpotè collectiuum, & vniuersale, tàm fœminam, quam masculum includit est

anno-

annotauit, ibi *Carpanus nu.*40.& in puncto *num.* 740. *& seq.*

Et in indiuiduo, quòd per N.C.referuetur hæc legitima filijs in bonis matris damnatæ, & quòd non solùm de iure communi, sed etiam per eas derogatum sit *d. l. de bonis*, docet solidis rationibus *Beretta* videndus pleno *consf.* 52. *per tot.* præcipuè *num.* 1. *septimo*, & in *fine Consily*, vbi sic iudicatum fuisse dicit.

Sequitur idem Carpanus *nu.*750. vbi pariter ita iudicatum fuisse memorat per Senatum anno 1576.die 20.Ianuarij penes Secretarium Cruceum.

4 Secundo loco respondetur etiam iure communi inspecto abrogatam fuisse *d. l. de bonis per l.* 10. *& per authenticam bona damnatorum C.eod.*vt aduertit idem *Carpanus dicto num.*750.*ex Lancellotto Conrado in sua praxi,& Iacobo Beretta d.consf.* 52.*per tot.* & sensit etiam *glossa in dicta l. de bonis*, in illis verbis, *vel dicas illam corrigere istam* (retenta regula, quod in dubio glossa transit cum vltima opinione)& innuit ibi doctissimus *Gothofredus* in notis, qui lectorem remittit ad *nouellam Iustiniani Constitutionem* 134. *vt nulli Iudicum liceat* §. *quia verò* 13. vers. *sed si quidem habeant descendentes*,(vndè sumpta fuit dicta authentica *bona damnatorum*) *& ad nouellam* 17. *de mandat. Principum* §. *oportet autem* 12. *in fine*.

Quæ iura non excutientes *Peregrin. de iure Fisci lib.*5. *tit.*1. *nu.*43. *Clar. in* §.
5 *fin.q.*78.*nu.*26.vers.*scias tamen*, *Angelus*, *Farinac.*& alij contrarium senserunt.

Parum enim solida(pace tantorum virorum) videtur ratio illa, quòd nimirum
6 dictæ leges, & iura nouissima loquantur de solo patre, non de matre.

Primum, quia legislatores vtuntur verbo indiferenti,*quis*,quod de sui natu-
7 ra complectitur etiam matrem, & expresse verbo plurali parentum vtitur *Paulus in l. cum ratio* 7.*ff. de bonis damnatorum*.

Deindè quia indulgentia Principis
8 erga filios in bonis paternis, fortius recipienda in bonis maternis, quibus miseratio magis assistit ob fragilitatem sexus.

Demum quia fauores ampliantur, odia restringuntur.

Et ne fine authoritate loquar ita præter *Berettam* iterum videndum *d.consf.*52.
9 cuius dicta non transcribo, in terminis nostris docet videndus pariter *Merlinus de legitima lib.*3.*tit.*1.*q.*29.*num.*16.

Vbi verò hæc legitima non sufficiat pro alimentis (in casu, quo dicti mino-
10 res nihil paterni possideant) debet Fiscus totum relaxare filijs ne fame pereāt; ita namq; Mediolani iudicatum fuisse refert ex *Bossio titulo de alimentis*, *Peregrinus dicto loco num.*38. & decisum legitur apud *Thesaur.decis.*104.& docet *ex Bossio, Surdo, Carpano, Guazzin. de confiscat. bon.concl.*13. *dicta limit.* 19. *nu.*11. nam alendi onus imò, & dotandi Vrsulam vnam ex dictis minoribus transit in Fiscum *Peregrin. ibidem num.* 75. *&* 76. & hæc gratis scripta, sint satis.

11 *Ita iudicauit Magistratus*.

Responsum XXVIII.

Agitur de errore formulæ iuramenti in contradictione proposita Cridis publicatis: & de claritate necessaria edictis, & legibus erudita nonnulla recensentur.

SVMMARIVM.

*Edicti verba, & facti circumstantia referuntur num.*1.2.19.

*In dubio pro validitate actus iudicatur nu.*3. *&* 4.

*Cridarum præscriptio odiosa nu.*5.

*Præsertim si desumatur ab omissione verborum num.*6.

*Leges, & edicta debent claris verbis concipi, & ab omnibus intelligi n.*7.8. *&* 9. *&* 14.

Caligula malè audiuit hac de causa num. 10. *Rullus etiam, & Antonius nu.*12.

Platonis doctrina num. 11. *& Melchioris Iunij num.*13.*& Baconij num.*15.*laudatur.*

*Aphricani lex num.*16.

Regula vtile per inutile explicatur num. 17. *&* 18.

Ciuitas Mediolani non gaudet omnibus Fisci priuilegijs nu.20.et 25.

Verba mentem explicant apertiùs, quàm cætera signa num.21.

Forma quando inducatur num.22.

Præsumitur lex seruari num.23.

Cessante fine quando cesset lex num.24.

Decisio caussæ num.26.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 Erba edicti siue programmatis sunt hęc. *E tutte le predette cose s'intendano in tutto, e per tutto conforme alla dispositione delle Noue Cõstit. de iure, & priuilegio Fisci, del qual gode la Città, che parlano de beni confiscati, ò heredità vacanti, le quali in tutto, e per tutto, & ad vnguem hauer anno da seruare li contradicenti.*

Quibus attentis, dum quæritur, an cum D. Torniellus in contradictione omiserit iuramentum præscriptum in titulo de iure & priuilegio Fisci, & iurauerit
2 præscriptum in titulo de Officio Quæstorum Extraordinariorum, quod loquitur de bonis confiscatis, hereditatibus vacãtibus; addita clausula, *quod in omnibus, & per omnia iurare intendebat, prout iurari requiritur ex forma N. C. Statutorum, & Ordinum*; dum quæritur inquam an sustineatur contradictio.

Affirmatè respondeo, & antequam rationes contra in motiuo excitatas diluam.

Præmitto primùm quod in dubio pronuntiandum est pro validitate actus aduersus nullitatem, iuxta præceptum *Iuliani in l.quotiens in actionib. 12.ff. de rebus dub.lib.34.tit.5.*vbi inquit *quotiens*
3 *in actionibus, aut exceptionibus, ambigua oratio est: commodissimum est, id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat*, vndè Doctores præmissam regulam colligunt *Gothofredus sibi lit. C. Lartrea decis.40.num.14.Cyriac.controu.186. num.12.Valenzuol.cons.155.nu.33.Surd. cons.44. in fine, Mar. Antonin.resol. 20.n. 16.lib.1.*

Et interpretationem huiusmodi cęteris omnibus, in dubio præponendam esse
4 affirmant *Io. Anton.Bellon.cons.90.nu.15. Ruin. cons.71.num.4.*

Præmitto deindè, quod cridarum
5 huiusmodi præscriptio odiosa est apud omnes *Raudens.de annalog.cap.33.nu.71.* vbi alij *Rol.cons.72.num.2. vol.3.* & ideo in dubio excludenda *c.odia 15.de reg.iur. in 6.*

Maximè si illa desumatur ab omissione
6 verbalis formulæ; durum siquidem est *aucupatione syllabarum insidiari actibus*, vt ait *Constantinus Imperator in l. 1. Cod. de formul.& impetrat.action.sublat. lib.2. tit.58.*

Præmitto postremò quod inter requisita legis, programmatum & edictorum, illud est, vt adeo manifesta sint, & aperta,
7 vt obscuritatem ambiguitatem, dubiumque circa modum, executionem, & obseruantiam non admittant.

Sic probant ad litteram *textus in auth. de testam.imperf. siue nouella constit. 107. §.1.*ibi *nos igitur omnia clara, et aperta consistere volentes, quid enim sic proprium est legum, quàm sicut claritas? et in c. erit autem lex 2.distinct.4.ex Isidoro* desumpto vers. *manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat*; ne scilicet (vt inquit ibi glos.) *aliquis captiosè possit eam interpretari, vel etiam ne alicui laqueus paretur per eam*, & pulchrè *Rebuff. in Constit. Reg. in præmio glos. 1. num.16.*

*Et textus in l.leges 9. C. de legib. lib. 1. tit. 14.*ibi,*intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præscripto earum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur.*

Alioquin vitiosa lex dicitur, vt scripserunt *Quintilianus institut.orator lib.2. cap. 4.ante fin.* vers. *nam vitium legis in verbis, aut rebus inest, in verbis quæritur, an satis significent; an sit in his aliquid ambiguum*, nam *lex iubeat non disputet*, ait Seneca *ep. 93.* addo scripta per *Connan.commentar.iur.lib.1. cap.9.* & de lege
8 verba facit *Demosthenes contra Timocratem*, dum inquit *primum simpliciter, et omnibus aquè apertam esse oportere, ne eam alius aliter interpretetur*, & Fortuna-

nianus secundo Rhetoricorum, dum inquit *primò cum verba scripti excutimus, idest cum quærimus an obscura sit lex &c.*

9 Adeo, vt hoc vno nomine malè audiuerit Caligula, quòd minutissimis litteris, & angustissimo loco legem de vectigalibus proposuisset; teste *Suetonio in eius vita cap.* 41.

10

Et benè *Plato* sanxerit *lib. 6. de ll.* Nomophylacas creari, & non solùm post

11 bina lustra leges examinari, sed clarioribus etiam ad interpretationem verbis explicari.

Hac de caussa *Rullus* repræhenditur à Cicerone, quod leges ferat ambiguas, & Antonius, quoque perstringitur in

12 Philippicis, vt aduertit *Melchior Iunius in qq. politicis q.* 88. qui rursus in *disputatione de lege, thesi* 3. §. 184. pag. mihi 706. *in fine, et* 707. ait *deniq; vt leguleis, syllabarum aucupium præscindatur, operæ pretium fuerit, apertis, et claris verbis, et litteris plenè scriptis, legis ad minimum prototypon exarari; ideò peculiari rescrip-*

13 *to Constantinus Imp. iuris formulas, idest notas obscuras à I.C.C. compositas, vt omnibus in rebus intercessent, nec Leges à populo intelligerentur (teste Rosino lib.* 8. *antiquit. cap.* 4.) *aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus, radicitùs amputari iussit etc.*

Quam propositionem latiùs fortassè, quàm par sit exornare volui: quia in hac Prouincia exeunt aliquando proclamata ambigua, & perplexa, & tot distin-

14 ctionibus, subdistinctionibus, & declarationibus plena; vt Oedipo sit opus. Exemplo sit illud de venatione olim editum, quod nisi Sybilla legerit, interpretari alium credo posse neminem.

Hanc legum obscuritatem carpit do-

15 ctissimè, & remedia ad illustrandum proponit *Franciscus Bacon. de Verulamio de augumentis scientiarum lib.* 8. *cap.* 3. *tit. de prima dignit. legum Aphorismo* 52. *et seq.* 65. *et seq.* vbi videri meretur.

Et demum Aphricanus noster, qui obscurè scripsit prouerbio locum fecit

16 *Aphricanus lex.*

Hine *Isocrates in Panathenaico* leges cognitu faciles laudat; siquidem *mandatum lucerna est, & lex lux,* inquit Veritas Diuina *Prouer. cap. 6. &* Psalmo 118. *ve[rs.]* 105. *lucerna pedibus meis verbum tu[um], & lumen semitis meis, &* Psalm. 18. *p[ræ]ceptum Domini lucidum illuminans o[cu]los.*

Rationes aut affert *Salas de leg[ibus] disputat. 6. sect. 5. in fine*, quæ breui[tatis] causa apud eum videantur.

His sic præmissis; ad primam rationem in contrarium excitatam, quòd principalis intentio edicentium illa fuerit, vt seruentur disposita in *tit. de iure, & priuilegio Fisci*; quia licèt enunciatiua illa (vt loquitur motiuum) *che parlano &c.* detegatur erronea, tamen vtile per inutile non vitiatur, *vulgat. l. non solent* 94. *ff. de reg. iur. lib.* 50. *tit.* 17. *c. vtile per inutile* 37. *ff. de reg. iur. in* 6.

Respondeo primo loco ex verbis edicti, satis non liquere de dicta principali intentione, cum æquè principalis videatur illa, quæ colligitur ex verbis *che parlano &c.* quæ cum stent declaratiuè, consequenter magis attendi debent, cum materiam de qua edicentes intelligebant, veluti digito monstrarent, scilicet *de beni, & heredità vacanti.*

Respondeo deindè, esto, principalis intentio edicentium fuerit illa, quæ dicitur in motiuo; satis tamen est, quòd verba edicti non sint vndique aperta, & manifesta, vt requiritur, & probaui in tertio præmisso, ad hoc, vt sustineatur in dubio contradictio.

Ad regulam verò *vtile per inutile etc.* præterquam quòd regula est brocardica, dico aliud esse, quod vitietur edictum, aliud quòd vitietur contradictio ob non appositum iuramentum: in secundo nos agimus in præsentia, regula verò allegatur in primo casu; Potest enim stare, vt non vitietur edictum (de quo tamen dubito ob rationes adductas in tertio præmisso, & quia vt optimè aduertit *Salas* loco supra citato, lex non potest esse lux, & regula contradicentium, vt debet esse, si sit obscura, & ambigua) & tamen ratione perplexitatis illius non vitietur contradictio, quæ in dubio sustinenda est, vt firmaui in primo, & secundo præmisso.

Dico insuper dictam regulam *vtile*

etc.

etc. notabiliter limitari in hypothesi nostra: quia sumus in edicto, quod regulam seruandum contradicentibus præscribit; ideoq; vindicat sibi locum punctualis doctrina, quam refert *Gulielmus Maynerius ad d. l. non solent num.* 2. vers. *vbi verò apponuntur in legibus quæ procedunt per modum regulæ, legislator est dignus reprahensione, vt fuit Gallus reprahēsus à Scæuola de superfluitate verborum &c.* quam sanè notam ne incurrerent
18 Sapientissimi Patrimonij Moderatores, edictum reformasse audio, quod nobis ad victoriam sufficere deberet.

Eò magis cum verba illa, *che parlano etc.* enuntiatiua non sint, vt cuilibet legenti patet, sed dispositiua, & emissa principaliter, & propter se, vt aiunt pragmatici.

Ad secundam rationem, seu potius primæ rationis confirmationem; quòd nimirum intentio principalis edicti in eo etiam ferire dignoscatur titulum de iure, & priuilegio Fisci, quòd Ciuitas dicto iure, & priuilegio fruitur, vt cauetur *in tit. de Officio Vic. Prouis.*

Respondeo non quæri à nobis, vt dixi,
19 quæ nam fuerit principalis intentio edicentium; Sed an attentis verbis edicti, D. Torniellus, adeò peccauerit in edictum, vt ceciderit à iure suo.

Nam aut Ciuitas vult, vt edictum formam substantialem, & indiuiduam (vt aiunt) præscribat, à qua, ne latum vnguem discedant contradicentes, aut non: si non; res pro D. Torniello in tuto est, quia parum refert, quid fiat per æquipollens: si sic; non solùm sequitur, vt illa verba, *che parlano etc.* omninò debeant attendi, quia formæ substantiali, & indiuiduæ, nec addi, nec detrahi potest, vt apud omnes DD. in confesso est; Sed etiam, vt contradicentes aliò respicere non teneantur, multò minus inuestigare subtiliter finem, & limites dicti priuilegij, quod potius Doctoris munus est, quàm idiotæ contradicentis.

Eò magis cum Ciuitas inspecto dicto titulo de officio Vicarij, non gaudeat absolutè, & simpliciter omnibus priuilegijs
20 Fisci, nec contra omnes, sed restrictiuè tantùm, & contra debitores suos solummodò, cuiusmodi non sunt contradicentes; Et propterea ex illo titulo, & particulari priuilegio, licèt amplissimo, non benè infertur ad iuramentum à contradicentibus præstandum, quod est, quid longè diuersum: Siquidem in materia priuilegij non fit extensio de casu ad casum, de personis ad personas, minus in præiuditium tertij, & in materia Cridarum odiosa, & restringenda, vt probaui.

Et demum vbi disputatio nostra versaretur circum edicti principalem intentionem; illa profectò non ex titulo *de officio Vic. Prouis.* aut aliundè desumenda esset; Sed ex verbi edicti, quæ vt vult Ciuitas, formam religiosè seruandam contradicentibus statuunt.

Nullum siquidem intentionis edicentium testimonium maius est, quàm qua-
21 litas inspecta verborum ait *Baldus in l. generaliter* 13. *nu.* 3. *C. de non num. pec. lib.* 4. *tit.* 30. *ex Cassiodoro*, & docet *Decius cons.* 304. *incip. iuridicam nu.* 1. quæ sunt notæ omnium, quæ in animo sunt, vt de mente Philosophi dixit *Mantica de tacit. et ambig. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 10. imò specula voluntatis intellectusque instrumenta *Bald. in c. ex transmissa* 8. *num.* 2. *de restit. spoliat. et in cons.* 102. *num.* 6. *in fine lib.* 3. cætera namq; signa intentionis cum verbis comparata incerta sunt *S. Thomas* 2. 2. *q.* 72. *art.* 5. *Socin. Iun. cons.* 66. *n. vol.* 2.

Ad tertiam, quòd scilicet in dubio vtrumq; iuramentum præstandum erat.

Respondeo primùm rationem hanc, seu potius consilium, præsupponere, vt tempore contradictionis dubitatum fuerit de intellectu edicti, cum tamen ille, qui contradixit, motus illis verbis, *che parlano etc.* ingenuè senserit iuramentum illud esse præstandum, quod pro bonis confiscatis, & hæreditatibus vacantibus præstari solet. Deindè nullibi caueri, imò repugnare menti edicentium, & stylo omnium contradicentium in actis Ciuitatis, vt duplex iuramentum præstetur. Ad rationes verò quibus Ciuitas sanare contendit nullitatem cridarum orientem ex eo, quod delatæ non fuerint ad officium Statutorum, iuxta formam præscriptam *à N. C. in tit. de officio gubernat. Statutor.*

Res-

Respondeo non esse agendum de abrogatione huius decreti tanquam conditi ante N. C. cum decretum immigrauerit in Nouas Constitutiones Mediolani, &
22 pars ipsarum sit, formamque, & quidem substantialem, & indiuiduam præscribat, vt liquet ex verbis; *qua ex forma harum Constitutionum etc.* & probat *Garon.* videndus *ad tit. de iure, et priuileg. Fisci, artic.* 15. vers. *secundum n.* 17. & elucescit ex eo, quòd annullando procedat, ibi *sint nulla nullius; valoris, et momenti* ad tradita per *Viu. decis.* 334. *n.* 5. *et* 335. *n.* 6. *lib.* 2. *Brun. in tract. de forma tit. quando aliquid censeatur traditum pro forma*, & per alios passim.

Adeo vt ipsæmet N. Const. delatę fuerint ad dictum Statutorum officium, vt cantat proclama in calce dicti tituli impressum.

Cum igitur pro viridi obseruantia N. C. & Ordinum stet præsumptio iuris *l. Ariani* 5. *C. de heret. lib.* 1 *tit.* 5. propterea
23 incumbit Ciuitati onus contrarium probandi, vbi super inobseruantia, vel actuum difformitate nitatur; quam sanè inobseruantiam, vereor ne Ciuitas probare possit, quia ipsa etiam programmata Fisci, & Excell. Gubernatoris proclamata, quotidie ad dictum Statutorum officium deferuntur.

Nec valet argumentum, quòd finis dicti decreti ille sit expressus à Statuentibus, *vt quilibet notitiam habere possit*, quã notitiam cum D. Torniellus habuerit, dum contradixit, ideò cessante fine, cesset lex, quasi regulare sit; quòd forma inducta non præcisè, sed causatiuè, ad certum finem, & propter effectum, possit per æquipollẽs adimpleri ex traditis per eundem *Garon. d. art.* 15. *num.* 5. *& seq.*

Quia respondeo finem legis, ad hoc vt cesset lex, cessare debere in communi non in particulari, benè *Salas de legibus*
24 *disput.* 11. *sect.* 3. vers. *dico tertio*, lex enim est *commune præceptum l.* 1. *ff. de ll. lib.* 1. *tit.* 3. *l. leges* 3. *C. de ll. lib.* 1. *tit.* 14. Id quod non obscurè innuere voluerunt Statuentes in illo relatiuo, *vt quilibet* quod respicit quoscunq; adeo vt non sufficiat ad sanandum defectum formæ, quòd vnus, vel duo aliunde sciant, cum debeat scientia ab omnibus haberi posse ex loco à hoc particulariter à Statuentibus designato, alioquin nullæ sunt cridæ.

Sed alia nullitas, meo quidem iudicio euidentior stat pro D. Torniello; illa nimirum, quę oritur ex defectu iurisdictionis, quia Ciuitas, non nisi seruatis seruandis à iurisdictionem non habente, bona sita in Ditione Comensi, & Nouariensi, appræhendere, & distrahere non potuit;
25 aliud enim est, vt Ciuitati competant priuilegia Fiscalia in excutiendis debitoribus, & aliud, vt competat eadem met iurisdictio, etiam extra Ducatum, quæ competit Fisco, cum *N. C. in d. tit. de officio Vic.* §. *& eò amplius* loquantur intensiuè de modo agendi, non autem extensiuè.

Quam sanè nullitatem, seorsim, si opus fuerit, rationibus, & auctoritatibus exornabo; Neque enim huic exceptioni renuntiauit D. Torniellus in priuata scriptura, siuè libello supplici, sed tantummodo per eam consensum præstitit, vt lis ex æquo, & bono amicabiliter terminetur ab Illustris. Congregatione Patrimonij, de cuius integritate, & sapientia plenissimè nunc etiam confidit. Quare &c. Me tamen &c.

26 *Ita iudicatum fuit in nobili consessu Patrimonij.*

Responsum XXIX.

Syndici munus nobilitati non officit.

SVMMARIVM.

Syndicus græcè defensorem significat num. 1.
Eius munus nu. 2. *&* 4.
Aduocati, & patroni titulo decoratur nu. 3. *&* 5.
Demosthenis locus num. 6.
Syndici, & Syndicia Athenis num. 7.
Munus hoc inter honores numeratur num. 8.
Nobiliores ad id muneris promoueri sanxit Iustinianus 9.
Syndicorum electio necessaria, & inuiti tenentur munus suscipere 10.

Absen-

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 QVI Græcè Syndicus dicitur, latinè defensorem appellari docuit, *glos. in c. vnico de Syndico*, extra in verbo *generaliter debeas*, & *Arcadius I. C. in l. fin.* §. *defensores* 13. *ff. de muner. & honor.* in hæc verba *Defensores quoque, quos Græci Syndicos appellant, & qui ad certam caussam agendam, vel defendendam eliguntur laborem personalis muneris adgrediuntur*, (hoc est laborem animi, vt explicat Dionysius Gothofredus in not. ad dicta rubric. in verbo, & *honoribus* littera l.2.)

Porrò de munere Syndici, & eius definitione, siuè descriptione egit ex pro-
2 fesso *Gaius I. C. in l.* 1. §. 1. *ff. quod cuiuscumque Vniuers. nomin.* in illis verbis, *siue Syndicum, per quem, tanquam in Republica, quod communiter agi fierive opporteat, agatur, fiat*, vbi glos. in verbo *Syndicum* cum distinguens ab Æconomo, & Actore, ait *dicitur Syndicus quasi singulorum caussas dicens, licèt lex videatur Syndicum simpliciter defensorem appellare*, &
3 apertiùs aduocati titulo Syndicum decorauit *Caluinus* in lexico, qui postquã eum ab actore distinxit, ait cum dicta glosa *Syndicus etiam est Ciuium Aduocatus, iurisq; publici defensor, quasi in caussam publicam communiter incumbens, seù singulorum caussas dicens.*

Hinc ait *Alciatus lib.* 1. *parerg. cap.* 5.
4 *Arcadium sequimur, vt Syndicus sit Respub. vel Vniuersitatis alicuius defensor.* idem docuerit emunctæ naris *I. C. Barnabas Brisson. de verb. signif. lib.* 17. *in verbo Syndici, & Syndicus, & docuerunt etiã Petrus Gregorius in Syntag. iur. Vniuers. parte* 3. *lib.* 49. *cap.* 5. *& Ioan. Coras. Mi-*
5 *scell. iur. ciuil. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 9. 10. 11. quî Syndicos etiã asserunt *accipi pro patronis.*

Et de Syndico, in hunc sensũ accepto, elegantem locum afferunt ex Demosthene, dum ait pro Ctesiphonte, Aristidem creatum fuisse Syndicum ab Athe-
6 niensibus, vt eorum nomine communi causæ Græciæ patrocinium præstaret. & rursus lege fuisse Athenis sancitum, ne cui iterum Syndicũ fieri liceret creariuè à populo: idq; ne Syndicia hoc est
7 Syndici munera ad publicam vtilitatem inuenta verterentur in quæstum compendiumq; priuatum.

Munus igitur Syndici, siuè defensoris, de quo tàm honorificè meminerunt iura, & Doctores non modo nobilitati maculam non aspergit, sed neque ipsius nitorem afflat, imò inter honores connumeratur, vt probatur ex dicta Rubrica
8 *de muneribus, et honoribus*, sub qua collocatur, & clariùs ex *authentico de Defensoribus Ciuitatum, siue nouell. Constit.* 15. §. 1. vbi Iustinianus sanxit non solùm nulli incolarum licere defensoris, siuè Syndici officium respuere, sed, & nobiliores ad id munus promouendos esse, Eius autem verba ista sunt, *interim illud*
9 *sciendum est prius, vt nulli hominum sit licentia defensoris ordinationem declinare, sed inuicem vniuersi nobiliores Ciuitatum habitatoris hoc ministeriũ eis adimpleant; hoc enim, et in prioribus temporibus valuisse, et in Republica gestum didicimus.*

Addo Syndicorum electionem fieri ex

ex necessitate,& eorum officium esse publicum,& necessarium; & inuitum etiam
10 teneri munus suscipere *d. l. munerum §. defensores, ff. de muner. & honor.* & electione facta acquiri ius absenti, & ignoranti *l. illud, & l. 2. ff. de tutor. & curat. dat. ab his*, nec posse facta electione Syndicos electos reuocari, etiam acceptatio-
11 ne nondum sequuta *c. eum inter, & c. publicatio*, vbi omne *Canonistæ extra de elect. & in c. si tibi absenti de prab. in 6. Io. Paulus Montanerius in interpret. pragmat. Regni in tract. at. de administrat. vniuers. in tit. de elect. & eius validitate à nu. 309. ad nu. 315.*

Et munus Syndici publicum esse, & eoi sequenter Soli nobilitatis nebulas non offundere, agnouit *Losæus de iure*
12 *Vniuersitatis p. 3. cap. 18. num. 25.* Syndicosq; esse defensores imò tutores Prouinciæ *p. 2. cap. 1. nu. 45. & p. 5. cap. 1. num. 111.* vnde si particularis tutela ignobilis pupilli nobilitati non officit *Tiraquel. de nobilit. cap. 37. nu. 16.* multò minus officiet tutela Prouinciæ, quæ illustris dicitur vt ex Cicerone confirmat *Tiraquel. de nobilit. cap. 2. nu. 18.*

Quemadmodum,& Oratorum munus qui nomine singularum huius Dominij Vrbium, Mediolani commorantur no-
13 bilitati non præiudicare nemo ibit inficias, cum & olim,& nunc etiam geratur, & olim sustineretur, ab ijs, qui possunt marmoreum generis populum, *pictosque ostendere vultus maiorum, & stantes in Curribus Æmilianos*, totaque latè atria veteribus exornare ceris, vt loquar cum Iuuenali Satyra octaua in principio., & veterum more, Quiritum Lunulas talis præferre, vel Atheniensium more aureis, cicadis caput ornare: de quibus incidenter, qui plura scire cupit, adeat *Rosin. antiquit. Roman. lib. 1. cap. 19.* & ibi *Dempste-*
14 *rus in Paralipom. Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 5. cap. 18.* & ibi *Tiraquel. in annot. in verbo Lunulas fol. 521. Sigon. de antiquo iure ciuium Roman. lib. 2. cap. 20.* & omnium optimè *Albertum Rubenium de calceo Senatorio cap. 4. & Benedictum Balduinum de calceo antiquo cap. 9.*

Enim verò Syndici non differunt in substantia ab Oratoribus Ciuitatum, cū de ijsdem agant negotijs; frequentes sint in Comitijs quæ indicuntur; agant de rebus publicis apud Proregem nostrum, & Suprema Tribunalia; sed sola acci-
15 dentali nominis differentia, & toga fluxa distinguntur, quæ flocci facienda est; nam *licèt habeant diuersum nomen, tamen in dignitate iudicanda non inspicitur nomen, sed effectus*, ait cum *Ancharano, et Paciano Cyriacus controu. 202. num. 35.* & ex actibus, & exercitijs, non à nomine dignitas dignoscitur. *c. intelligentia 6. extra de verb. signif. ibi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.*

Et lubentius nobis in hanc sententiam descendendum est in hypothesi nostra, in qua quæritur an munus Syndici gestum à Patre I. C. & Nobili, & nunc in dignitate constituto obstet filio nunc petenti in Collegium cooptari.

Nàm & si daremus, quod expressè semper dijitemur, ex aliqua ratione posse dubitari in ipso Patre, quod non credo, quia ad summum *si patrocinari Vniuersitatis negotia non esset dignitatis, nō tamen aduersaretur dignitati, nam quidquid non*
16 *est dignitas non confestim est contrarium dignitati; sunt enim multa communia dignitati, et non dignitati etc.* ait *Tiraquel. de nobilit. cap. 29. nu. 17. in fine.* E. G. munus Procuratoris, nec addit, nec detrahit nobilitati; quod maximè de iure
17 procedit in Procuratore Episcopi, & Vniuersitatis, *vt per DD. ad l. si quis 34. C. de Decur. lib. 10.* presertim per *Rebuff. ibid. vers. non Principis, vel alterius Magnatis, vel Reipublicæ*, res tamen in tuto esset meo certè iudicio, fauore filij.

Primùm quia lex nobilitatis tandiù Eclypsim passa fuisset, quamdiu Pater in eo munere Syndici versatus est; statim
18 verò ac abstinuit, pristinus nobilitatis splendore serenus illuxit, vt in puncto docuit *Tiraquel.* cum alijs, quos laudat de *nobilit. cap. 27. nu. 5. Faber. in C. lib. 9. tit. de dignit. 28. defin. 1. pag. mihi 797.* & *Grat. discept. for. cap. 976. nu 4.* cuius hæc verba sunt, *et in specie nobilitatis passim seruatur, vt quamuis quis non possit dici Nobilis dum versatur in offitio vili, seu exercitio artis mecanicæ: tamen statim, quod desistit à tali negotiatione, et nobiliter*

viuit, habetur pro nobili, & *gaudet priuilegijs nobilium.Guidopap.decis.*196.*nu.*1. *in fin.* vbi *Ranchin. in addit. in Princip. iuxta l.ingenuum*, & *ibi glos. C. de ingen.* & *manum.Massuer.detall.seu collect.vers. item illi, qui sunt nobilitate decorati.Cassan. cons.* 64. *viso processu col. penult. ad med.nu.*35.*Rebuff. de mercat. minut. vendendi art.*1.*glos.*1.*nu.*21.*tom.*2.*fol.*262.

Deinde quia quando filius nobilitate generis gaudet; tunc Pater illi præiudicare non potest, vt probat apertissimè
19 *textus in l.eum qui* 3. *in princ. ff.de interdict.* & *relegat.* vbi Alphenus I. C. ait, *quæ verò non à Patre, sed à genere, à Ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis* (scilicet filijs) *incolumia*, & infra, *non enim hæc Patrem, sed maiores eis dedisse*, & *glos.ibidem in verbo incolumia*, subdit, *vt sic potius prior parens, quàm secundus inspiciatur*.

Textum autem hunc sequuntur DD.in puncto nobilitatis, maximè quę à genere prouenit, quorum ne molestam legenti-
20 bus seriem recenseam, liceat mihi tantùm laudare Fabrum *in C.d.tit.de dignit. defin.*14.*Noal.de transmiss.cas.*29. *num.*7. & in puncto *num.* 25. vbi in ista generis nobilitate docet, patrem non posse actibus suis obesse filijs, & *num.*30. respondet bifariam ad argumentum contrariũ, quod medium inhabile impediat vnionem extremorũ *Tiraquellum de nobilitate cap.* 35. *nu.*4. *Fabium de Anna videndum cons.*80.*nu.*9. *Otaloram in summa Nobilitatis Hispanic.*2.*p.*3.*p.part. princip. cap.*9. *nu.*9.*pag. mihi* 224.*col.*2. *ad impress. Matriti* 1613, qui sic loquitur *ex his verbis videtur, quod cum Nobilitatis ius descendat in liberos à genere, & non à Patre; non possit tolli per factum patris, sed remaneat liberis, & descendentibus incolume*, & *num.* 10. rationem reddit, *quia cum ius hoc esset perfectè caussatum, et in esse perfectè productum ab alijs ascendentibus, et per consequens non deriuetur in litigantem à Patre, sed à genere, & maioribus non potest præiudicare descendentibus factum Patris, vel aui per dictam l.*3.*ff.de interdict. et nu.* 11. *et duob. seq.* plenè respondet ad textum *in l. Diuo Marco* 11.*C. de quæstion.* cui pariter respondet *Faber*, videndus, *dicta defin.* 14.*pag. mihi* 802.

21 idem planè docuit *Ioannes Garzia de Hispan.nobilit.et exempt. glos.*6. *num.*43. & 44.

Ac fortiùs procederent supra dicta omnia, si D. Candidatus natus esset antequam D. eius parens munus Syndici susciperet, vt apud proximè laudatos DD. videre est, vel postquam dicto munere se abdicasset; tunc enim *filius censeretur progenitus ex nouo, seu alio homi-*
22 *ne*, vt docet in puncto *Nobilitatis Grat. discept.for.cap.*976.*nu.*10.

In hoc autem casu ius nobilitatis à genere perfectè deductum, suffragatur D. Candidato, vt liquet ex instrumentis pluribus penes acta dimittendis; attestationibus virorum illustrium omniq; exceptatione maiorum, quæ splendidi notiq; candorem generis patefaciunt cum honorificè loquantur de D.Frãcisco Bernardino Auo, quem egregium vocant; de D. Hieronymo Proauo, quem nobilẽ, & magnificum; de Bernardino Abauo, quem semper Dominum filiumque D. Ioannis appellant; adeo vt in Atauo vsque Ioanne, qui viuebat anno 1500. lumen nobilitatis eluceat.

Titulus enim Domini in antiquis probat nobilitatem *Soc.Sen.cons.*3.*nu.*5.*lib.*3. *Curtil.de Nobilitat.p.*5.*num.*49. *vers.*23.
23 & ratio illa est, inquit ipse, quia talis titulus soli Marchioni competit. *c.*1.*quis dicatur Dux, vel Marchio in vsibus feud.* & propterea *Alciat. in addit. ad Tacitum lib.*2. docet huiusmodi titulum, antiquitus in honore maximè habitum esse, quia iuris tantummodò in dignitate constitutis deferebatur, & quod Græcorum, & Latinorum authoritate confirmat *Caluin. in lexico, in verbo Dominus simpliciter appellatur*; prout etiam de titulo magnifici eleganter de more *Brisson. de verb.signif.lib.*11. *in verbo Magnificorum titulus*, & *Caluin. in verbo Magnificus*, & de titulo Egregij *DD. ad l. ad personas Egregias* 15.*ff.de iure iurando*.

Instrumenta verò probant nobilita-
24 tem etiam per verba enuntiatiua *Escobar.de purit.et nobilit.prob.p.*1.*q.*15.*§.*3. *præsertim nu.*10.& *seq.*, & in antiquis cumulatè probant *ibid.nu.*17.18.& *seq.* & *nu.*

nu.30.et 31. imò si plura sunt instrumenta enuntiatiua etiam non antiqua plenè probare tradit *Escobar in dicto* §. 3. *n.68. cum Rota Verallo, Farinatio, Surdo, Cocino, et Peregrino*.

Eòque lubentius conclusio recipienda est, quò statuta de nobilitate proban-
25 da fauorabiliora sunt cœteris, latioremque propterea interpretationem admittunt. *Cephal.* in puncto *cons.237. nu.25. et 26.* qui sic loquitur, *item et quia hoc Statutum non admittens in Collegium nisi certa qualitatis homines est benigne interpretandum, cum ex ea benigna interpretatione nemini inferatur praeiuditium. Iason in l. huiusmodi* §. *legatum col. fin. vers. secundò aduerte de leg. 1. et cons. 77. col. 2. vers. quin imò lib. 3. vbi loquitur de Statuto Mediolani.*

26 *His visis admissus fuit Dominus N. in Collegium.*

Responsum XXX.

Agitur de dote neptibus assignãda in bonis aui: de actione, quæ ad hanc competit: an debeat hæc dos declarari ante annum 18.: de successione patris, & filiorum in hereditate filij prædefuncti: de materia *l. fæmina C. de 2. nupt.* quæ latè illustratur per examen aliquarum questionum: an ex cohabitatione, & taciturnitate filiorum, colligatur approbatio secundarum nuptiarum patris: An portio dotis maternę, quam vnus filius lucratus fuit & quæ in patrem binubũ prouenit tanquam coheredem ipsius filij, reseruanda sit alijs prioris matrimonij filijs: proponitur etiam patrem nullum habere vsumfructũ in ijs bonis filiorum in quibus habuit consortium successionis simul cum ipsis filijs: agitur de vsufructu paterno impediẽte bona filij confiscari: an banniti incapaces sint successionis in hoc Mediolani Ducatu: Illustratur *l. si extraneus ff. de iur. dot.*: agitur de marito moroso in exigenda dote; & cuius damno cedat mora: an & quãdo dos, & donatio propter nuptias soluenda sit in pecunia: an hæc donatio debeatur filijs vti filijs, & decisiones Senatus afferuntur. Agitur de sustinenda institutione pronepotis, non instituto nepote: & an omissio nepotis, testamentum ipso iure nullum reddat; an opus sit querela inofficiosi; & in quibus caussis testamentum sustineatur, etiam ex præsumpto consensu ipsius omissi. De immixtione, seu abstensione præsumpta: an substituti agnoscere possint ex se hereditatem à primis institutis non agnitam; exornatur Statutum Mediolani 305. *vol. 1.* & an, & quando vires porrigat etiam ad descendentes nõdum natos. Agitur de patre legitimo administratore bonorum aduentitiorum: de facultate quam habet in dictis bonis: an quando præsumatur occultasse: an teneatur facere inuentarium, vel descriptionem, saltem in foro interno: ratio finalis inuentarij quæ sit: quando in litem iurari possit

contra heredes: solutio dotis ex quibus coniecturis probetur; de forma iurandi in litem quando tutor iurat nomine pupilli: expressum quid esse dicatur.

SVMMARIVM.

Factum narratur à num.1.ad 12.& num.92. & seq.

Petitionis capita nu.9.10.11.

Prouisionales concessa nu. 12.

Status hereditatis nu.13.

Communio bonorum inter Franciscum, et Bernardum Bossios anno 1555.nu.14.& seq.

Bona in bonis quomodo probata sint num. 17. & 18.

Neptes qualiter dotanda 19.20.

Neptes ex filio exheredato succedunt auo 20.

Hypotheca pro legato dotis, an sit conditionalis nu.22.

Dos ante tempus nuptiarum decernitur 23. & 24.& 25.

Si sit loco legitima statim peti poterit 26.

Datur etiam si neptes habeant aliunde 27.

Pater simul cum filijs succedit filio 29.

Pœna vigent secundo nubentibus indictæ, quæ commodum afferunt filijs ex primo matrimonio num.30.& 31.etiam in Patre ibidem.

Afferuntur rationes à nu.32.ad 38.

Respondetur argumentis contrarijs a nu. 38. ad 43.

Consensus filiorum in secundas nuptias patris, qui ex taciturnitate, vel cohabitatione desumitur, non sufficit à nu.43.ad 52.

Voluntas non fertur regulariter nisi in obiectum cognitum ab intellectu 45.

Natura dat appetere animantibus quale ipsum est tale relinquere alterum 47.

Pater an teneatur filijs reseruare etiam portionem dotis, quam habuit ex successione vnius filij, qui eam prælucratus fuerat 53. & seq.

Confiscari nequit res filij cuius habet pater vsufructum 57.

Neque si pater deinde moriatur 58.

Confiscatio, & bannum capitale in Ducatu Mediolani, priuat bannitum successionem, & etiam beneficijs, quæ deferuntur ex iure communi nu. 60. & seq. vbi latè.

Fratres fratri succedunt simul cum patre nu.63.

Sed pater binubus portionem habitam filijs reseruare tenetur 65.

Heredibus filiorum datur actio pro hac repetitione 66.

Mariti heredes tenentur dare dotem non exactam nu.69.

Mariti culpa, & negligentia quando consideretur, & adsit nu.70.71.& seq.

Ratio nu.74.

Maritus nequit efficere deteriorem conditionem dotis 74.

Dos essentiam, & hypothecam habet à die promissionis 76.

Bona in solutum pro dote, quando danda non sint. 79.& seq.

Donatio propter nuptias debetur filijs vti filijs, & ita declarauit Senatus 82.

Respondetur argumento contrario 83.84.

Donatio hac fit virginibus etiam ob deflorationem, & viduis in præmium pudicitiæ, & ob fœdus matrimonij 85.& 86.

Viduis castitas est magis laboriosa 85.

Clausula reddat ei, vel suis *explicatur num.* 87.& 88.

Pater non gaudet vsufructu earum portionum, in quibus filijs simul cum patre coheredes sunt nu.90.& 91.

Descendens proximior institui debet de iure nouissimo 96.et 97.

De iure Codicis fœmina ascendens non tenebatur nominatim instituere descendentes 97.98.

An testamentum, in quo proximior descendens institutus non fuit, nullum sit ipso iure, an verò rescindatur per querelam inofficiosi 99.

Querela hæc vltra quinquennium non datur nu.100.

Et testamentum sustinetur 101.102.

Saltem de æquitate Prætoria nu.104.

Maximè si institutus fuerit filius eius, qui tacuit 103.

Et si pater proximior dixerit se heredem esse nolle 106.

Repudiatio quando inducatur. 107.

Immixtio quando præsumatur. 108. 110. 111.

Quasi suitas consideratur etiam si quis in pote-

potestate non sit 109.
Descendentes transmittunt hereditatem etiã non agnitam 112.113.
Substitutus hereditatem cernere potest etiam instituto non adeunte 114.
Statutum Mediolani 305. *libro primo explicatur latè, et in quibus terminis intelligendum sit à nu.* 115. *ad* 124.
Procedit in stirpibus, quæ adsunt tempore mortis testatoris 116. *et seq.*
Rationes afferuntur 116. *et seq.*
Decisio Senatus 118.
Pater de aduentitijs rationem non reddit, sed ea tamen non potest hypothecæ subijcere nu. 125.
Pater non tenetur de bonis aduentitijs filij conficere inuentarium iuxta receptam sententiam 127.
Qua tamen non procedit vbi malè pater administret, vel secundas nuptias contrahat 128.
Vera tamen ratio finalis inuentarij illa est, vt filius releuetur ab onere probandi, et cur? 129.130.
Tenetur pater binubus satisdare 131.
Patris bona hypothecata sunt filijs pro restitutione aduentitiorum 132.
Pater in conscientia tenetur bona filij describere, vt de illis constet post eius mortem nu. 133.
Non creditur heredi dicenti se instrumenta tutelaria non inuenisse 134.
Quando iuretur in litem contra heredes 135. *et* 136.
Pater binubus infensus filijs primi matrimonij 136.
Regula Cassiana cui bono 137. *et* 138.
Heredes tamen damnantur etiam si iurari nequeat in litem contra ipsos 141.
Circunstantia facti à nu. 142. *ad* 152.
Dos probatur verbis enunciatiuis, et ex coniecturis 152. *et seq. et* 160.
Probata substantia, quantitas iuramento liquidatur 155.
Tutor iurat pro pupillo 156.
Forma iuramenti per tutorem præstandi nu. 157.
Expressè apparere de dote quando dicatur. 158.
Expressum quid dicatur 159.
Legatum vsusfructus particularis à marito factum non resoluitur in alimenta 161.
Statutum Mediolani 315. *vol.* 1. *explicatur.* 161. *et seq.*
Aucta ætate, augentur alimenta 165.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.

FACTVM.

1 Obilis olim D. Bernardus Bossius ex D. Anna de Quinqueuijs prima vxore sua suscepit septem filios masculos, qui matri superstites fuerunt.

Nupsit statim D. Bernardus D. Liuiæ Bossiæ.

Viuente adhuc D. Bernardo decessit primo loco ciuiliter Io. Petrus, dum Religionem Dominicanam ingressus fuit, facta renuntiatione bonorum dicto D. Patri suo. Secundo loco Federicus;
2 Tertio Vitalianus. Quarto decessit Paulus Maria. Quinto loco capitis diminutionem passus fuit Franciscus, capitaliter cum bonorum confiscatione bannitus. Sexto decessit Io. Baptista Pater dictarum DD. Barbaræ, ac Margaritæ, & post eum decessit D. Bernardus Pater; & post Patrem naturaliter obijt dictus Franciscus mentecaptus; ita vt solus D. Claudius septimus filius nunc viuat, qui simul cum D. Io. Petro fratre suo ex secundo matrimonio, quod D. Bernardus contraxit cum dicta D. Liuia Bossia, heredes se declarauerunt eiusdem patris sui.

Quamuis verò tempore mortis dicti Io. Baptistæ viueret dictus D. Bernardus; Senatus tamen Excellentiss. caussa cognita, declarauit, iam octo ab hinc annis, dictas Barbaram, & Margaritam retinendas esse, & educandas penes D. Eu-
3 geniam Marascam matrem, eisq; simul, & dictæ matri, quæ nec dotem, nec aliud habebat, alimenta prouisionaliter assignauit per dictum D. Bernardum persoluenda ad quorum præstationem se prius etiam obligauerat in instrumento dictus Bernardus, vt in actis fol.

In testamento instituit sibi heredes D.

D. Bernardus dictos D. Claudium, & Petrum, & dictum Franciscum Mentecaptum, & bannitum, vt supra, si capax foret: fæminas verò tres ex dicto secundo matrimonio suo dotauit in libras quatuor mille pro singula.

Dictas autem Barbaram, ac Margaritam neptes ex dicto Io. Baptista filio prędefuncto dotari iussit, *in quella parte di legitima, gli può spettare de iure, e non più.*

Cum autem hereditas dicti D. Bernardi, vel malè administretur per DD. heredes, vel credita occultentur, &
7 debita confingantur; cumque dictæ puellæ, quarum altera agit nunc annum duodecimum; altera annum vndecimum; scire debeant, quo in statu res suæ sint: ideo agunt ipsę simul cum matre tutrice, & petunt, vt per Senatum Excellentiss.

8 Primo loco augeantur lite pendente alimenta; aucta iam ætate, & mortuo D. Bernardo auo, qui vsufructu gaudebat bonorum, & iurium ad ipsas puellas pertinentium, vt infrà.

Secundo, vt congruitas, & quantitas dotis sibi ex nunc declaretur in heredi-
9 tate aui, quæ ideò liquidanda erit de tempore eius mortis; etiam quia periculum est in mora.

Tertio, vt sibi soluatur (vti Io. Baptistæ Patris heredibus) per dictos DD. Claudium, & Io. Petrum heredes dicti Bernardi ea portio dotis, & augumenti dotalis dictæ Annæ de Quinqueuijs, in quam dictus Io. Baptista successit, tùm ex persona propria, tùm ex persona fra-
10 trum ipsi prædefunctorum, vt supra, nulla habita ratione D. Bernardi patris, quia is de tempore mortis dictorum filiorum, iam nupserat secundo loco dictæ D. Liuiæ, quæ adhuc viuit.

Quarto petunt, vt liquidetur, & sibi, vti ex testamẽto vocatis restituatur dos,
11 & substantia hereditatis olim D. Aloysię Pusterlæ abauiæ suæ.

Dum verò hæc caussa esset in limine expeditionis coram Magnif. D. Senatore Corio, qui iubente Senatu binas proui-
12 sionales concesserat; alteram aureorum ducentorum; alteram librarum octocentum, interim donec discussis per Aduocatos, articulis, certiùs deliberaretur; E viuis abreptus fuit dictus D. Senator; in cuius locum subrogatus fuit Magnif. D. meus Senator Antonius Maria Herba; ita vt sextus iam labatur annus à die mortis dicti D. Bernardi, & octauus à die, quo dictis puellis tunc infantibus alimenta prouisionaliter decreuit Senatus: quibus interim congruenter, & condecenter præstita fuerunt, Supplente de crumena sua Secretario Sadarino patruo, & Aduocato animo semper repetendi dictum Supplementum.

His in facto positis ade singulis articulis nunc dicere aggredior.

ARTIC. PRIMVS.

De congruitate dotis in bonis aui, in cuius potestate erant.

DVM testator iussit legitimam assignari pro dote: & tota hæc legitima, attento numero filiorum, semis est, *vt supra in facto nu.* 4. *&* 5. ideo totus as hereditarius ponendus erit ob oculos.

Licèt autem credita plura occultata fuerint per DD. heredes, & debita confingantur, quæ vel non sint, vel soluta fuerunt à patre; adeò vt etiam iuramento locus esse possit: satis tamen opulentus detegitur as hereditarius; tùm quia omnia bona relicta, libera sunt, demptis paucis, quæ obnoxia sunt fideicommisso Francisci, tùm quia immobilia abscondi non possunt, quæ in attestationibus perticatuum continentur, quæ dantur in actis pag.   & in quadam informi descriptione recensentur, quam dictus D. Claudius alter ex dictis heredibus suo marte scripsit, & in actis dimisit, vt pag.   quæ tamen in solis partibus
13 allegatur, quæ pupillis fauent, nam Mediolani non datur benefitium inuentarij, & dicta descriptio minus fidelis apparet, vt infra demonstratur, & annui redditus, qui percipitur, quantitas aliunde probanda est, quàm per nudam assseuerationem D. Claudij in re propria contra *l. non nudis* 14. *C. de probat.* cum vel exhibenda sint inuestiturarum instrumenta,

vel

vel dandæ probationes concludentes, vti petunt dictæ pupillæ, & enixè requirunt.

Sed quoniam ad hunc assem hereditarium minuendum, produxerunt dicti DD.heredes, vt in actis pag. & pag. instrumenta adquisitionum numero plura, factarum per olim D. Franciscum Bossium, qui anno 1584. in suo testamento, quod datur pag. omnia bona sua fideicommisso primogeniali masculino subiecit.

Ideo animaduertendum propono Senatui Excellentiss. primo loco ex *pateat* instrumenti ex aduerso producti secundo loco sub die 8. Februarij 1570. apparere hunc Franciscum vixisse in communione cum Bernardo patruo vsque
14 ad annum 1555. quo ad diuisionem inter se deuenerunt, vt ex instrumento recepto per Io. Albertum Bossium die 30. Octobris 1555. omnes igitur adquisitiones factæ ante dictum annum 1555. non cadunt sub fideicommisso, nisi pro medietate, quæ ad Franciscum spectabat.

Plures verò aliæ adquisitiones postea factæ inter dictum annum 1555. & dictum annum 1584. constat ex iisdem instrumentis factas fuisse de pecunijs communibus inter dictum Franciscum, &
15 Io. Baptistam filium dicti Bernardi, & nepotem eiusdem Francisci; atque ideo non nisi pro medietate obnoxias remanere fideicommisso; vt latè ostenditur in exceptionibus dictarum puellarum, quæ dantur in actis pag. & pag. quæ hic pro repetitis habentur.

Adeo vt, deductis maximè legatis bonorum, & quantitatis &c. factis per dictum Franciscum, vt in eius testamento legitur, ad parum reducatur dictum fideicommissum Francisci; & reliqua
16 omnia bona, quæ nunc sunt in domo Bossia, & quæ probantur ex attestationibus perticatuum tùm ciuilium, tùm ruralium nouissimè exhibitis, libera sint; quia nec dictus Bernardus abauus; nec Io. Baptista proauus; nec Io. Petrus auus vllum fideicommissum condiderunt: sed omnes plures adquisitiones fecerunt, vt Prouinciæ toti notum est; & ex eorum testamentis, potissimùm ex illi dicti Io. Petri, vt infra dicam *artic.7.nu.46.* & ex inuentario eius hereditatis exhibito cõprobatur; & si opus erit dabuntur plus centum adquisitionum instrumenta, si puellis subministrentur pecuniæ ad editionem, seù extractionem necessariæ.

Sileat ergo præsumptio illa, quæ per DD. Aduersarios allegabatur ex Pere-
17 grino *artic.44.n.22.* & ex *Fusario q.618.* vt nimirum bona possessa per heredes, & substitutos in Territorijs vbi Franciscus bona possidebat, censeantur fideicommissaria.

Nam cum ex ipsisinet instrumentis per DD. Aduersarios productis; ex testamento, & alij documentis liqueat, quę
18 & qualia sint bona fideicommissaria, & quibus confinibus terminentur; propterea non est opus præsumptionibus, & coniecturis, sed fideicommissum restringitur ad bona tantùm probata per Aduersarios, qui per exhibitionem tot instrumentorum in se assumpserunt hoc onus probandi, præsertim cum simus in antiquis *Surd.decis.339.num.19.* vbi *Hodierna nu.9.& seq.* præcipuè *nu.17.Surd. cons.151.nu.58.& cons.505.num.11.Fusar.d.q.618.nu.47.*

Et in terminis, quod identitas bonorum fideicommissariorum non sit, nec dicatur probata ex sola possessione bonorum in eo loco, vbi antiquitùs bona possidebat testator; si præsertim longum temporis spatium effluxerit, & constet intermedias personas fuisse industrias, & multa alia bona adquisiuisse latè probat *Redenasch.* videndus *per tot. cons.31.* ad quod Lectorem remitto.

Fortiùs verò cũ ex testamentis doceamur, tùm dictum Bernardum seniorem, tùm dictos Io. Baptistam, Io. Petrum, Bernardumq; iuniorem in iisdemmet locis semper habitauisse etiam post communionem finitam, quæ viguit cum
19 dicto Bernardo primo, ita vt maxima, eaq; melior pars bonorum ab eis quatuor prouenisse magis dicenda sit, quàm ab vno Francisco; & cum etiam validior præsumptio militet pro libertate, quàm pro onere fideicommissi.

Porrò ex substantia aui congruenter, & decenter dotandæ sunt hæ puellæ; & qui-

quidem in pecuniâ numerata, vel in bonis, deducta tertia parte veri pretii, vt benè probat *Innocentius de success. municip. q. vlt. nu. 5. & seq.* quia semper fuerunt in potestate aui, & sic vel legitimā, vel dotem habere debent, ex persona
20 sua: etiam si pater (quod exempli gratia dictum volumus) exheredatus fuisset; nam cum præmortuus sit; ideo eius filiæ nihilominus succedunt auo, vt in puncto docet *Barry. de success. lib. 18. tit. 1. num. 4. vers. quid si filius*, vbi ita iudicatum fuisse refert.

Et in hac quidem dote nunc declaranda, ponderandum erit dicta bona hereditaria, in ea regione sita esse, in qua
21 magnos reddunt prouentus, & magno pretio distrahi solent.

Tantò magis ad euitandas lites, quæ si expectetur tempus matrimonij nasci posset super articulo, an hypotheca,
22 quæ pro legato dotis competit puellis, sit conditionalis, & collata in tempus incertum matrimonij, ità vt non oriatur in bonis aui, nisi tempore, quo nuptiæ sequuntur, vt sustinere conatur *D. Dondeus consult. 24.* licèt contraria opinio æquior & certior meo iuditio sit; nam alioquin liceret interim heredi bona subijcere hypothecæ, & sic dotationem eludere; si nemo sit, qui pro puellis inuigilet.

Potest enim, imò debet hæc dos ex nunc liquidari, vt benè probat idem *Innocentius de successione municipali quæst.*
23 *41. nu. 7. & duob. seq. pag. 149.* vbi etiam docet teneri masculum cauere per fideiussionem, vel per pignus: quamuis verò idem auctor id neget respectu bonorum immobilium; tamen affirmans opinio certè præualet (quam tuentur *Castil. &*
24 *Censalius* locis à dicto auctore citatis) in hoc Mediolani Dominio, quia hic viget beneficium cridarum, quarum virtute tollitur etiam hypotheca, quæ pro dote, & pro legato competeret; & eò magis si competeret sola actio reuocatoria contra tertios possessores, vt voluit idem *Innocentius quæst. 38.*

Præsertim dum interim pereunt probationes substantiæ, & quantitatis dictæ
25 hereditatis, & dum Statutum nostrum 278. vol. 1. quod decimum octauum annum designat loquitur ab intestato; nos autem sumus in dote congrua per testamentum legata; & sic nil obstat, quin hæc congruitas debeat nunc declarari quanta sit: addita maximè plurium Doctorum authoritate, qui voluerunt statim dotem peti posse, cum sit loco legitimè, vt à *Gabriel. in suis commun. tit. de legit. concl. 1. nu. 26.* Quæ sanè sententia
26 libentiùs recipienda est in hoc casu, in quo verba testatoris sonant expresè in legitimam: ait enim *voglio, che restino dotate in quella parte di legitima gli può spettare de iure, e non più*; & sic nec moram, nec conditionem admittunt; & legatum dotis purum remanet.

Cum autem quantitas hæc legitimæ, quæ loco dotis ab auo legata fuit, dispungenda sit sub tempus mortis ipsius aui (siue velimus legitimam esse quotam bonorū, siue hereditatis) propterea nunc constitui, & declarari debet.

Ista autem dos, seù legitima dari debet, etiamsi dictæ puellæ habituræ sint, vti patris heredes portionē hereditatis, seù dotis Annę de Quinqueuijs auiæ pa-
27 ternæ; & hereditatem simul, ac dotem Aloysiæ Pusterlæ (de qua infra latiùs dicam) vt docet idem *Innocent. q. 35. pag. 121.*: addita quoq; ratione, ne alioquin in hereditate aui, stirpes meliores fiant, & inæquales penitus, si alij D. Bernardi filij portiones suas haberēt hereditarias; filiæ verò Io. Baptistæ, qui primogenitus fuit dicti Bernardi, nullas habeant. id quot vetat Statutum nostrum 305. vol. 1.

Fateor tamen me non percipere cur D. Claudius se huic dotationi opponat: enim verò vbi per modum argumenti supponeremus hereditatem D. Bernardi tenuem esse, & ære alieno grauatā (quod falsum est) tunc hæ puellæ dotandæ forent ex pingui fideicommisso ascendentis Bernardini de Quinqueuijs, quod in dictam D. Annam de Quinqueuijs matrem D. Claudij, & auiam puellarum peruenit; cum ad istud pariter vocatæ sint dictæ puellæ.

ARTIC. SECVNDVS.

De dote D. Annæ de Quinqueuijs.

28 PEtunt secundo loco puellæ, tanquam heredes Io. Baptistæ patris sui, sibi restitui tres partes ex septem dotis dictæ Annæ auiæ paternæ, & quidem maiorem partem in moneta cambiorum, scilicet in tot Coronatis Mediolani, & tertiam partem donationis propter nuptias, vt ex instrumento dotis fol. 26. in quas portiones successit dictus Io. Baptista pater suus.

Dos porrò ista consistit partim in libris 25V625. monetæ cambiorum, partim in Domo à nobili æstimata tunc Coronatis quinque mille: partim in alijs libris sex mille promissis per Io. Baptistam de Quinqueuijs, & partim in alijs libris 3025. monetæ cambialis solutis per dictum Io. Baptistam; & demum in augumento dotis facto per eundem D. Bernardum Coronatorum 3V.

In qua quidem petitione duo subordinatè discutiendi sunt articuli principales; Alter an in successione portionum dictæ dotis, & donationis, quæ adquisitæ fuerunt alijs filijs masculis, qui dictæ Annæ matri superuixerunt, sed mortui sunt ante Bernardum patrem, & ante dictum Io. Baptistam fratrem; admittendus sit in caput ipse Bernardus pater simul cum dictis alijs fratribus dictorum prædefunctorum, vt traditur in *auth. de hered. ab intestato, sine Nouella Constit. 118. c. 2. §. si verò, & in auth. de-*
29 *functo C. ad S. C. Tertyll.* An verò in eas portiones successerint in totum alij fratres superstites ex eodem matrimonio, excluso D. Bernardo patre, eò quia is iam contraxisset secundas nuptias cum dicta D. Liuia Bossia; atque ideo sublatę non sint pænæ illæ secundò nubentibus
30 indictæ, quæ respiciunt commodum, & fauorem filiorum primi matrimonij, vt apud *Caneer. var. p. 1. cap. 24. num. 6. Gabriel. in suis commun. tit. de secund. nupt. concl. 6.*

In quo quidem articulo, melior schola docet, patrum binubum perdere pro-
31 prietatem dictarum portionum dotis, & de proprietario, fieri vsufructuarium; ita *Bottilier. de success. ab intestato cap. 2. Theorem. 51. nu. 10.* vbi pro hac sententia recenset Theologos *Sanchez, Molinam, Bossium, Rebellium, Azorium*, locis per eum citatis.

Crass. in §. successio ab intestato quæst. 25. num. 1. vers. sed quæstio. vbi plures affert, & receptam sententiam esse dicit.

Barry. de success. lib. 18. tit. 2. quorum parentes succedant liberis nu. 8.

Gabriel. commun. conclus. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 3. nu. 3. vbi vltra glossam allegat viginti septem Doctores pro communi sententia.

Gayl. obser. 98. nu. 3. & 4. lib. 2.

Tusch. concl. 163. litt. N. in prin. & n. 7. 9. & 13.

Barbosa in collect. ad c. fin. de secundis nupt. nu. 3.

Socin. Sen. cons. 34. nu. 10. vol. 3.

Franch. decis. 573. num. 2. vbi veram conclusionem appellat.

Martha, qui de communi opinione testatur, *de success. legali p. 2. q. 2. art. 1. in princip.*

Nauigant ergo aduerso flumine *Fachineus contr. 64. lib. 3. et D. Merenda controu. 9. nu. 6. & 7. lib. 23.* nam in patre non solùm concurrit identitas rationis, sed ratio eò maior, quò maiore iuditio, & pru-
32 dentia vir præstat mulieri, quæ fragilis est consilij, *vt in l. fin. C. qui potior. ibi ad fragilitatem muliebrem respicientes*, & cupiditatum æstu facilius abripitur; adeout etiam si textus *in l. fæmina §. illud, C. de secund. nuptijs*, loquatur de matre; attamen ex vi compræhẽsiua patrem includat, quia scire leges, non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem, ait *Celsus in l. 17. ff. de legibus*: quæ sanè vis ex mente legislatoris deducitur, & ex fine, quem lex intendit *l. 5. C de legibus l. 6. ff. de verb. signif.* & pulchrè explicauit
33 Paulus I.C. *in l. ad exhibendum 19. ff. ad exhibendum*, ibi, *respondit non oportere, ius ciuile calumniari, neque verba captari, sed qua mente, quid diceretur animaduertere conuenire.*

Et sanè textus *in auth. de non eligendo*

secundò nubentes mulieres cap. 2. §. quia verò, quo nititur dicta communis sententia, rationem exprimit generalem, dum inquit, *quia verò contra binubos pœna communes, & viri sunt, & mulieris:*
34 licèt ergo Imperator consequentiam ibi postea restringat ad lucra nuptialia, & donationis propter nuptias: tamen per rationem decidendi generalem antecedentem, non excluditur priuatio quoq; lucrorum, quæ ex successione filiorum primi matrimonij, pater consequutus fuerat; nec à consequentia, sed ab antecedenti generali argumentari debuit
35 *Fachineus*.

Quod clariùs probatur *ex auth. de nuptys, siuè nouella Constit. 22. cap. si verò* 23. vbi textus loquitur de hereditate, legato, donatione, & fideicommisso, nec his contentus subdit, *et generaliter dicendum est, quòd omnis eam deserit proprietatis modus*; mox addit, *& hæc communis mulieris, & viri mulcta sit posita*: & quamuis postea textus exemplificet in dote; tamen exempla sequentia non restringunt præcedentem regulam generalem; & dos etiam, in quam per mortem filiorum succedit pater, originaliter proficiscitur ab vxore.

Quanto enim odio lex prosequatur binubos, monstrat etiam *Nouella Constitutio Leonis* 90. cuius verba non tran-
36 scribo, quamuis pulcherrima sint.

Hinc Sapientes aliqui apud Stobæum, domestici dissidij auctorem appellauerunt eum, qui liberis nouercam superinduxerit; Sapuitq; Charondas, qui legem
37 Sybaritis tulit, vt binubi arcerentur Senatu: neque enim credebat saluberrima patriæ consilio expectare nos ab ijs debere, qui nuptiis iteratis, tam malè liberis, familiæq; suæ consuluissent. *Diodorus Siculus lib. 12. Annaus Robertus rer. iudicat. lib. 1. cap. 8.*

Nec ab hac recepta sententia nos retrahit *Sacrum Concilium Tridentinum session. 24. de reformat. matrim.* nec dispo-
38 sitio iuris Canonici, quibus cauetur, vt nec directè, nec per indirectum retrahatur, quis à nuptijs contrahendis, sed hæ liberæ sint *c. locum c. requisiuit c. gemma de sponsal. c. Abbas de his, quæ vi metusue caussa fiunt c. sufficere 27. quæst. 2. cap. 1. de sponsal. impub. l. cum tale §. si arbitratu ff. de condit. & demonstrat.* quem latissimè illustrat *Emanuel. Costa Lusitanus, praesertim ampliat. vlt. nu.* 43.

Siquidem duabus potissimùm rationibus submouetur obex: vna est, quia reuocatio dictæ successionis, quam vi duo alioquin patri lex ciuilis detulit, non est propriè pœna (cum in ære pro-
39 prio pater non multetur) sed quasi repetitio, lucri quod lex ei detulerat, vbi matrimonium secundum non contraheret, & sic quasi datum sub vna conditione, adimitur sub contraria; id autem nullo iure fieri prohibetur *Bardellon. cons. 20. num. 6.* & benè explicat *Cardin. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 18. nu. 3.* & ratio rationis assignatur, quia timor pœnæ, quæ per indirectum libertatem matrimonii restringit, locum habet tantummodò in pœna damni, quę verè pœna est, non au-
40 tem in priuatione lucri, vt docuit etiam *Bartolus in l. Titio centum* 71. §. 1. *ff. de cōdit. & demonstr.* vbi sic format summarium; *matrimonia debent esse libera à pœna damni, non à pœna amissionis lucri.*

Quam doctrinam approbat *Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 33. per tot.* & clarè etiam *lib. 4. disput. 25. nu. 1.* vers. *tertio, & in fine*, & rursus *lib. 7. disput. 88. num. 44.*
41 in hæc verba; *secus de ea pœna, quæ potius consistit in lucro non adquirendo, vel sub ea conditione adquisito perdendo*: & sequitur *Martha de success. legali par. 4. casu 70.*

Alia ratio est, quia matrimonium, non simpliciter, vt Sacramentum consideratur, sed etiam vti contractus; Porrò vti talis, adstringi potest legibus positiuis,
42 vt docuit *S. Thomas 4. contra gentes 87. & 4. distinct. 34. q. vnica art. 1. ad 4.* in iis scilicet, quæ spiritualia non tangunt, nec afficiunt essentiam matrimonii, sed temporalia tantùm, & extrinseca, vtpotè accidentalia, & dependentia; circa quæ nisi leges ciuiles, & municipales prouidere possent; nimis vtique turbaretur, quies publica, & priuatarum familiarum & scandala, & inimicitiæ passim orirentur.

Hinc de dote leges ciuiles iudicant,

eamq; tollunt, vel minuunt, licèt matrimonio cohæreat *l.3.ff.de iure dot.* nuptias clandestinas puniunt, licèt validæ sint de iure Pontificio: legata, & fideicommissa conditionalia sustinent, si mulier nupserit, vel non, certo homini.

Sed quoniam D. meus I. C. P. Paulus Prandonus Aduocatus contrarius (mihi alioquin amicissimus) adducebat, dictam conclusionem procedere vbi filiis inuitis secundas nuptias pater contrahat; secus verò vbi tacitus filiorum consensus concurrat, tunc enim patrem lu-
43 crum non perdere aiebat ex *Baldo in auth. ex testamento num. 8. C. de secundis nuptijs Alex. cons. 63. in dubit. præmissa num.2. vol.5. Decio cons. 206. quæritur an diuisio à num. 4. ad 8. Martha de success. legali p.3. qu.2. artic.1. num.6. & 7.* & ex *Castillo*, qui vnus instar omnium erit, *de vsufructu cap. 2. num. 93. & 94.*

Ideo retinendum erit in facto, quod attinet ad Ioannem Baptistam filium primigenitum, & patrem puellarum, quæ nunc agunt, non esse locum disceptationi: vsque enim adeo reuocauit ad animum secundas has nuptias patris, vt statim, ac ex ephebis excesit seorsim habitauerit in loco *Gradi*: nouercam ipsam nunquam sit alloquutus: deinde verò, & lites agitauerit cum patre, & ali-
44 menta seorsim receperit, vt patet ex ipsis Senatus sententijs; & Vicomercati manciparus fuerit carceri, instante patre; à quo etiam exheredatus fuit in primo testamento (quæ omnia plusquam notoria sunt, nec ab ipsis DD. Aduersarijs negabuntur.

Quod verò spectat ad alios fratres, retinendum etiam erit eos omnes præter D. Claudium Aduersantem decessisse in ætate minori.

His positis dico ex sola taciturnitate filiorum non posse desumi tacitum consensum, seù remissionem (quidquid di-
45 xerint *Baldus*, & alij,) quia dicta sententia principijs moralibus, & validis rationibus repugnat.

Nam dum consensus ex voluntate nascitur: voluntas verò regulariter non fertur nisi in obiectum cognitum ab intellectu, qui plurimùm non ratiocinatur nisi de his, quæ prius fuerunt in sensu: Quid, rogo, sciebant hi filij, qui iuri semper educati fuerunt, & commorati
46 sunt de hac dispositione legis Fæminæ, & de hac remissione? quod si nihil sciuerunt, & non sciuisse præsumuntur, quia ignorantia connaturalis est nobis hominibus; contra verò scientia, non nisi magno labore adquiritur: quomodo ex simplici taciturnitate remissionem lucri colligemus? credemus ne voluisse eos se, & descendentes suos, quos probabiliter se habituros esse sperabant (quia natura ne dum hominibus, sed omnibus animantibus dedit appetere quale ipsum est, tale relinquere alterum, vt docet
47 *Arnisæus in doctrina politica cap. 2. pag. mihi 48.*) pauperiores reddere, vt patrem eiusq; ex alio matrimonio filios locupletiores efficerent?

Præterea dum filij tacent, quia matrimonium impedire nequeunt, & quia tenentur obsequium, & reuerentiam præstare patri; non video, qui consensus ex
48 taciturnitate hac elici possit, nisi velimus pœnas secundò nubentibus indictas restringi ad eum casum, quo filij contra bonos mores contradicant patri nubenti (quod est absurdum) cum tamen *erubescat lex castigatores filios genitoribus statuere.*

Rationibus hisce addo à fortiori authoritatem *Hodierna ad l. hac edictali q. 21. à num. 44. C. de secundis nuptijs*, vbi
49 strenuè sustinet, neque per consensum expressum in secundas nuptias filios renuntiare *d. l. fæmina*: ea efficaci ratione, quia etiam si condonent iniuriam, non tamen remittunt actionem ad interesse, quæ ex illa proficiscitur.

Siquidem dispositio *d. l. fæmina* non fundatur simpliciter in iniuria, (vt supponere videtur D. meus Aduocatus cōtrarius) quam per patrem binubum non inferri filijs sustinet *Gallerat. de renunt.*
50 *cent.2. cap.98. n.10.* sed quidem in æquitate, vt bona, quæ ex priore connubio processerunt, remaneant inter filios eiusdem matrimonij, *l. quod scitis C. de bon. qua liber.*

Cæterū consensū ex sola taciturnitate desumptum non sufficere, vt filij dicātur

renuntiasse *l. faeminae* strenuè defendunt. *Gallerat. d. cap. 98. num. 12.* & admittit etiam *Castillo de vsufructu cap. 2. sub*
51 *num. 100.*

Thesaur. iun. q. 30. num. 5. lib. 1. qui ait contrariam opinionem sibi nunquam placuisse, & Rotam Romanam iudicasse in fauorem filiorum.

Fontanella, qui rem iudicatam affert *de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. p. 11. nu. 36.*

Hodierna d. q. 21. num. 46. & seq.

Qui loquuntur etiam in casu, quo filij cum patre cohabitauerant.

52 *Sarmient. Selectar. interpret. lib. 1. cap. 4. à nu. 1. ad 4.*

Molin. in addit. ad d. cons. Decij 206. quaeritur &c. vbi dicit Decium malè respondisse.

Praedictam verò conclusionem sibi locum vindicare sentio, etiam in ea portione dotis maternae, quam filij morientes praelucrati fuerant ex successione alterius fratris praedefuncti (quidquid contra sentiant *Barbosa in l. post dotem §.*
53 *41. num. 71. ff. sol. matrim. Graff. de success. ab intestato q. 25. num. 4. Castill. d. cap. 2. à num. 6.* & ab eo citati, ac *Martha, & Sanchez*) quia textus non excludit absolutè parentem binubum ab hereditate filij; sed in ijs tantùm, quae ex coniuge mortua prouenerunt; vtitur enim particula *ex*, quae fontem designat ex quo bona corriuantur: patet igitur id non induci propter personam filij, cui pater succedit, sed propter bonorum originem (nem-
54 pè maternam) & propterea in subiecta materia non attendi personam filij de cuius hereditate agitur (id quod est fundamentum, quo nituntur contrariae sententiae sectatores) sed inspici principium ex quo bona descendunt ad hoc vt transeant affecta hac qualitate, quae venit ab ipsa radice, vt nempe in odium patris binubi cōseruari debeant in filijs ex primo matrimonio: neq; enim videtur ratio formalis diuersitatis, assignari posse, cur origo bonorum, quę operatur mediatè contra patrem in hereditate filij, & in fauorē aliorum filiorum, non debeat etiam operari in ea portione, quam filius habuerat per mortem fratris, cum in vtroque casu id fiat mediatè; licèt in hac secunda specie vnus sit gradus remotior: & cum illa bona non ita efficiantur hereditas filij, & cum ea confundantur, quin eo mortuo discerni, & separari possint ad fauorem eius fratrum superstitum eiusdem matrimonij.

De portione Francisci confiscati ob Vxoricidium.

ARTIC. TERTIVS.

SVblata proprietate patri binubo, & praededucta ad fauorem D. Claudij septima parte dictae dotis debita Io. Petro, qui ad eam post patrem vocauit D.
55 Claudium, vbi tamen probetur prius dictum D. Io. Petrum solemnem emisisse professionem intra tempus praefixum in dispensatione concessa per Eminentiss. Cardinalem Archiepiscopum Montium: quaerimus nunc de portione Francisci, qui viuentibus dicto Bernardo patre, &
56 dictis Io. Baptista; Paulo Maria, & Claudio fratribus, damnatus fuit in paenam capitis cum bonorum confiscatione.

Certi autem iuris est, dictam portionem confiscari non potuisse, quia pater viuebat, & vsufructu gaudebat, vt latè tradit *Massinus de confiscat. bonorum q. 27. nu. 6. & seq.* vbi rationem adducit, *& nu. 17.* vbi loquitur in praecisis terminis do-
57 tis matris praemortuae superstite patre: *Guaz. de confisc. concl. 13. limit. 28.* doctè *Boerius decis. 7. à nu. 10. ad finem*, qui rationes recenset.

Adeo vt mortuo, deinde patre, & extincto vsufructu, confiscationi tamen non sit locus, quidquid dixerint *Paris. cons. 157. num. 37. lib. 4. & Ripa in l. saepe num. 76. ff. de restit. spoliat.* nam contra eos stat communis, & receptissima opinio solidissimis rationibus nixa, vt videre est apud *Sanchez. ad praecepta Decalogi lib. 2. cap. 15. q. 2. & seq. Michalor. de fratrib. p.*
58 *1. cap. 3. num. 16. & 17. Clar. §. fin. q. 78. nu. 12. & 13. & q. 86. nu. 3. Farinac. q. 24. n. 5. cum seq. Giurba cons. crim. 56. à num. 4. ad 12.* & bonus est *textus in l. 3. C. de bon. proscriptorum*, vbi *Salycet. Baldus, Alberic. & DD. Fachineus controuers. iur. lib.*

19.

19.*cap.*47.48.*& 49.* videndus *Couarrun. var.cap.*8.*lib.*2.*nu.*7.

Sed illud discutiendum est, an hæc proprietas, quæ erat filij, ita quæratur patri binubo, vt tamen eam diuidere deinde debeat cum alijs confiscati fratribus tunc viuentibus, vel eam saltem
59 reseruare post mortem dictis filiis primi matrimonii.

Videtur autem quod sic: nam cum bannum capitale cum bonorum confiscatione ita priuet bannitum omnibus bonis suis *Alba conf.*17.*nu.*18. vt efficia-
60 tur quasi mortuus *Seraphin. Maffin. de confiscat.quæst.*36.*num.*24.*Altograd.conf.*98.*nu.*92.*lib.*1.*Ciarlin.contr.*161.*lib.*2. & ideo non sit capax successionis *Graff. in §. instituto quæst.* 5. *Barry. de success. lib.*1.*tit.*8. *de incapacibus num.*2.*&* 8. in illis maximè, quæ proueniunt ex dispositione Statutorum nostrorum; & propterea hic Franciscus succedere non potuerit Paulo Mariæ fratri deinde mor-
61 tuo, sed tota huius portio simul cum aliis portionibus adquisitis per anteriorem obitum aliorum fratrum, diuidenda erit inter Io. Baptistam patrem harum puellarum, & dictum D. Claudium.

Porrò hæc quasi mors ciuilis inducitur etiam ex dispositione Statuti nostri 18. *lib.*1. mandantis vt banniti ex maleficio non admittantur ad petitionem sui iuris; & ex dispositione *N.C.in §.Collegijs tit. de pœnis* prohibentium quoscunque forenses succedere; nam per hanc sanctionem redduntur banniti penitus incapaces cuiuscumque successionis; etiam
62 ipsis debitæ de iure communi, vt in puncto determinat *Iason.in conf.*165.*et* 166. *Carpan.ad dictum Statutum num.* 18. *ex Alciato, & Bossio*, & post alios *Altograd. in dicto conf.*98.*à nu.*38.*ad* 62. quæ sanè iura nostra municipalia declinauit *D. Dondeus in Consultatione* 100.& diuersificant terminos, in quibus scripsit *Brunorus à Sole q.*16.*per tot.*

Et quia D. Aduocatus contrarius contendebat capitaliter bannitos nostri temporis non reputari pro mortuis, sed habere ius successionis de iure communi; vel quia æquiparentur relegatis; non deportatis, vel quia tertiam speciem cō-stituant, *ex Claro §.fin. q.*71.*nu.*12. Ideo respondeo primùm *Clarum* non ponderasse ex professo dictum Statutum 18. nec dispositionem *d.§. Collegijs*, vt ponderauit *Redenascus conf.*39.*nu.*22.*vers. Attamen excepto casu, & num.* 23.*&* 29. sed generaliter quæstionem proposuisse, & relatis hinc inde discrepantibus inter se Doctorum opinionibus in nullà pedem fixisse, sed quæstionem ferè indecisam relinquere. Respondeo deinde fateri Clarum *in vers. alij etiam aliter distinguunt*, posito Statuto, quod bannitus impunè offendi posit (vt apud nos) communem esse sententiam ex *Corneo*, vt æquipararetur deportatis: Dico tertio *Bossium*, & *Alciatum* (magna profectò nomina apud nos) absolutè sustinere sententiam, vt æquipararetur deportatis, vt agnoscit idem *Clarus vers. & licèt Bossius in tit.de bon public.num.*69.*& clariùs Alciat.conf.*58 *nu.*9. quorum sententia eò magis recipienda erit, quò magis Reipublicæ expedit subiectos à delictis, & maleficiis admittendis deterreri per hanc omnimodam incapacitatem successionis, cum finis omnium legum sit efficere subditum bonum; adeo vt (quēadmodum Tullius aiebat pro Sexto Roscio Amerino) *quos natura ipsa continere in offitio non potest; ij magnitudine pœna; maleficio submoueantur*. Dico demum bannum capitale (in hoc casu vxoricidii proditorii,) & confiscationem decretam immutasse sic condemnato statum, & iura Ciuitatis abstulisse, vt passus sit capitis diminutionem, atque ideo quasi deportatus, incapax factus fuerit, *tam eorum, quæ sunt iuris ciuilis*, (vti sunt successiones) *quàm eorum, quæ sunt iuris gentium*, vt bene docet, & distinguit *Bellonus* (omnino videndus) *de iure accrescendi cap.*7.*q.*46.*num.*6.*& seq. pag.* 412.*et* 413.*et q.*52.*num.*29.*et* 52.*et plur. seq.pag.*438. vbi latissimè.

Post hæc autem scripta vidi plenam *decisionem* 38. D. Equitis *Ludouici Baitelli*, in qua ex professo examinatis diligenter Doctoribus, qui de hac quæstione scripserunt, & distinctis casibus, concludit, capitaliter bannitum eum bonorum confiscatione; ita vt impunè occidi pos-

posit, perdere non tàm iura municipalia, quàm etiam iuris communis beneficia quælibet, & tum rationibus, rum authoritate hanc conclusionem firmat, precipuè *à num. 4. ad 14. et à nu. 30. ad 50.* & in puncto iuris municipalis vetatis bannitum admitti ad petitionem sui iuris, & prohibentis forčsem succedere (vti prohibent N.C.) *nu. 34. 40. 43. verſ. Clarus, et nu. 49. verſ. Craſſus, et verſ. Carpanus.*

Nec prædictam conclusionem turbat exceptio illa, quæ legitur in Statuto Mediolani 284. vol. 1. vbi postquam regula constituta fuit, *quòd illa persona, quæ de iure communi pro mortua ciuiliter reputatur, in successione non admittatur ad partem, nec faciat partem, et quoad successionem tam eius, quam alterius in omnibus, et per omnia habeatur, et reputetur, vt mortua, ac si naturaliter, ac verè esset mortua, antequam reputari possit pro mortua, vt supra*, additur sequens limitatio, *et prædicta non habeant locum in illa persona, quæ ciuiliter habetur pro mortua propter aliquod delictum, vel occasione alicuius delicti*, ex qua colligi videtur bannitum non haberi pro naturaliter mortuo, quod ad effectum succedendi, neque in iis, quæ ex benefitio Statutorum deferuntur, cum exceptio de regula sit, vt in successione dotis vxoris præmortuæ scripsit *Bimius conſ. 44.*

Primo siquidem loco respondet, ibi *Bimius nu. 15.* antinomiam hanc, quæ adesse videtur inter Statutum 18. & Statutum 284. conciliari posse, si illud intelligatur loqui de bannito, cum bonorum confiscatione; istud verò de bannito, quidem ex delicto, sed sine confiscatione bonorum.

Secundo loco respondet *sub num. 16. verſ. præterea, et num. 17.* Statutum 18. procedere vbi Bannitus agere velit, & petere (vt litera dicit) secus si bannitus excipiat, & retineat.

Sed iuditio meo neutra responsio satisfacit: non prima quia, vt benè dicebat D. meus Michael Angelus Sacchettus in responso edito pro D. meo Marchione Camillo Castello, cui ego multis nominibus obstrictus sum propter singularem eius humanitatem, Statutum 284. loquitur, vt litera docet de persona, quæ de iure ciuili habetur pro ciuiliter mortua; at bannitus simpliciter sine bonorum confiscatione, non habetur pro ciuiliter mortuo, quia relegato æquiparatur; de hoc igitur non loquitur dictum Statutum.

Minor propositio probatur *ex l. actione 65.* & ibi notatis *§. publicatione 12. ff. pro socio*, ibi *nam cum in eius locum alius succedat pro mortuo habetur*, & distinguit *gloſ. in §. relegati in verbo retinent. verſ. sed bannitos iuncta gloſ. anteced. in verbo mortuo Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſolu. ex Bimio d. conſ. 44. nu. 14. et Dondeo conſult. vlt. verſ. non ex banno p. 723.*

Non secunda, quia vix credi potest Statuentes, qui capitaliter bannitis (vitam etiam ipsam auferri permiserunt) voluisse ab eis tollere solum exercitium actionis ad bona; ius autem retentionis ipsorum bonorum, defensionem, dominiumq; in eis, vti quasi in heredibus capacibus continuatum relinquere: cum tamen sint hostes Patriæ, & vti tales occidi possint impunè *Bartolus in quæſtione Ciuitatis Lucanæ Statuto nu. 19. & 20. et in l. 1. nu. 3. C. de hered. inſtit. Michalor. de fratrib. p. 3. cap. 11. nu. 185.* & alii passim.

Respondeo igitur tertio loco in Statuto 284. duo contineri: alterum nempè quod mortuus ciuiliter non admittatur ad successionem, nec ad partem, & in hoc concordat cum dicto Statuto 18. alterum quod *in omnibus, et per omnia habeatur, et reputetur vt mortuus, ac si naturaliter, ac verè esset mortuus*: quia verò hæc fictio moralis, & legalis similem operatur effectum ei, quem operaretur mors physica, & naturalis, atq; ideo successio sic delata fuisset aliis proximioribus, non secus, ac si verè homo ille diem suum clausisset *Gloſ. in dicto §. relegati Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſolu. Cotta in memor. incip. teſtamentum in quo Andreol. contr. 59. nu. 19. l. actione §. publicatione*, ibi, *nam cum in eius locum alter succedat pro mortuo habetur, ff. pro soc.* benè *Hodierna ad l. hac edictali q. 14. nu. 47. et ſeq. Altograd. conſ. 98. num. 24. 26. et num. 31. et ſeq.* nec enim vita, qua fruitur censetur esse vita de iure, sed de facto,

quæ

quæ non consideratur, quod ad effectum iuris, vt egregiè tradit ibi Hodierna sub *num.50. et 51.*

Et consequenter non potuisset deinde Princeps (loquor de potestate ordinaria, quæ legibus dirigatur) bannitum restituere etiam, quod ad bona; quod alioqui facere potest; tum quia à totali priuatione ad habitum non dabatur regressus nisi per Diuinam Omnipotentiam: tùm quia tolli non potuisset ius successionis aliis proximioribus iam irreuocabiliter adquisitum, nec gratia per rescriptum retrotrahi in præiuditium tertii, in quem vti heredem continuata fuit possessio *Costa de retrotract. cap.8. cas.17. nu.3. et cap.9. cas.10. 16. 17. Oddus de restitut. in integ. q.99. art.1.* propterea conditores Statuti exceptionem regulæ prudenter adiunxerunt, ne dicta fictio locum haberet in ciuiliter mortuis ob delictum; non quidem ad hoc, vt hi capaces fierent successionis, & vt derogaretur Statuto 18. sed ne tollerent sibi facultatem bannitum ita in gratiam admittendi, si vellent, vt etiam ad bona, & ad ius successionis ei prius ablatum restitueretur. Id quod consideratur *in l. intercidit 59. ff. de condit. et demonstrat.* ibi, *quia restitui in ciuitate potest, et in l. Statius §. Cornelio ff. de iure Fisci.*

Quarto loco respondeo benefitio successionis tributo tàm à iure municipali, quàm à iure communi priuari bannitos capitaliter cum bonorum confiscatione ex dispositione N. C. Mediolani vetantium forenses succedere; atq; ideo, non esse simpliciter agitandā hanc quæstionem in terminis dictorum Statutorum, quia vbi considerari posset aliqua contrarietas, attendendæ sunt N. C. vt disponitur in earum proæmio, & benè tetigerunt *Baitellus* loco supra laudato, & alii supra citati.

Quæ omnia validiora sunt, quia verè melior sententia docet bannitos capitaliter ex delicto cum bonorum confiscatione æquiparari olim deportatis *Surdus cons.171. num.10. Gigas cons.104. Osasch. decis.105. num.9. Farinac. cons.25. num.4. Guidopap. decis.423. nu.5. Grammat. vot. 19. nu.11. Cephal. cons.79. num.17. amplè Bertazol. cons.82. n.36. & cons.83. nu.53. & seq. vol. 1. in crimin.* quos allegabat D. meus Sacchettus.

Quemadmodum igitur dicto Francisco, si naturaliter mortuus fuisset, successissent alij fratres simul cum patre (qui tamen binubus non foret) vt cauetur *in*
63 *auth. de hered. ab intestato cap.2. et in authentica defuncto C. ad S. C. Tertyll.* ita dici potest idem ius sibi locum vindicare in hac morte Ciuili.

Simul enim stare possunt, vt patria potestas confiscationem tollat; & tamen proprietas cum fratribus defuncti diuidatur; quia plenitudo illa patriæ potestatis, quæ antiquitùs dominium aduentitiorum omnium, imò & ipsam filiorum
64 vitam patribus addicebat, imminuta fuit per ius nouissimum; ita vt dominium filijs remaneat, & hi quoque aliorum fratrum coheredes sint simul cum patre; qui portionem sibi debitam perdit vbi secundas contrahat nuptias.

Et in omnem casum vbi integra ista portio Francisci adquisita fuisset patri binubo vigore patriæ potestatis; adhuc reseruari deinde deberet solis filijs ex primo matrimonio; vtpote quæ retineat adhuc qualitatem maternam; etiam si
65 illam pater ex successione filij præmortui adquisiuisset, vt colligitur ex generalitate verborum quibus vtuntur *l. generaliter, et l. fæmina C. de secundis nuptijs, & auth. de nuptijs, siue nouella 22. capite si verò 23. et capite sed quod sancitum est 24. & capite hinc nos 46.* vbi agitur de successione in hereditatem filij *auth. de non eligendo secundò nubentes mulieres §. quia vero*; (vt latè ego supra probaui *artic.2.*)

Ita vt hæ puellæ vti patris heredes possint hanc congruam portionem repetere: quia heredibus filiorum, & suc-
66 cessoribus dat actionem *Imperator. in d. capite, sed quod sancitum 24. auth. de nuptys,* ibi *vindicabunt enim ea omnino filij heredesque eorum, & successores ab heredibus illorum, et successoribus.*

Stat igitur firma propositio, vt prædeducta fauore D. Claudij septima parte totius dotis, & augumenti ex persona Fratris Dominicani, reliquæ sex partes diui-

diuidendæ sint inter D. Io. Baptistam, seù
67 filias eius heredes, & dictum D. Claudium: licèt per errorem D. earum Caussidicus petierit in libello solam tertiam partem totius dotis, & augumenti: solet enim, & debet Senatus Excellentiss. supplere ea, quæ sunt iuris in fauorem maximè pupillarum; quæ hìc ità declarari petunt.

ARTIC. IV.

De portione dotis promissæ, quam exigere neglexit D. Bernardus maritus.

EX instrumento dotis in actis fol. 30. & 31. liquet pro obligatione suscipienda per D. Ludouicam de Augustis matrem D. Annæ Sponsæ obligasse se D. Io. Baptistam de Quinqueuijs negotiatorem diuitem, & patruum eiusdem sponsæ in solidum pro libris sex mille; quæ erant pars dotis *Ducatonorum scilicet* 10V500. *cunei Mediolani* promissæ in chyrographo matrimoniali, cuius quidem obligationis in solidum, quæ constituit D. Io. Baptistam Correum debendi, nullam fecit mentionem D. Aduocatus contrarius.

Cum autem nunquam egerit D. Bernardus maritus contra dictum Io. Baptistam, ad hoc vt impleret promissa: nec
68 vnquam obolum exegerit, & mortuis dicta D. Ludouica, & dicto Io. Baptista siluerit pluribus annis vsq; ad mortem suam, ita vt nec heredes promissoris nũc inueniantur; dico Patris heredes teneri.
69 *Textus* afferri solet *in l. si extraneus* 34. *ff. de iure dot, vbi DD. et in l. si is, qui Stychum* 56. ibi *neq; maritus agendo moram fecisset ff. eod.* quas leges illustrat *Faber. in C. lib. 5. tit. 7. defin. 1. et 15. et eodem lib. tit. 10. de dote cauta defin. 8. Olea de cess. iur. tit. 5. q. 12. à nu. 14.* vbi latè,

Ea tamen distinctio, communi DD. suffragio comprobatur inter extraneum promittentem, & patrem ipsum sponsæ; ad effectum vt primo casu periculum sit mariti, si non exegit tempore debito; secundo verò casu sit mulieris; intelligendo pro extraneo quemcunque hominem, præter patrem, & auum; vt latè apud *Redenascum cons. 94. num. 5. qui à num. 2. ad 11.* collectis omnium ferè Doctorum responsis, dictam distinctionem luculenter exornat; adeo vt nolim ego manum ponere absolutissimę tabulæ huius Apellis.

Non enim resistit id, quód D. Aduocatus contrarius opponebat: nimirum in casu super quo respondit ibi Redenascus iudicatum fuisse contrarium à Senatu, vt legitur in fine dicti responsi, vbi heredes mariti absoluti fuerũt à petitione dotis non exactæ: nam ibi agebatur de patre sponsæ, siue de socero, contra quem, vt dixi, maritus agere non tenetur, cum filiam sponsam habeat in potestate, & cum patre viuente nondum lapsa forent tempora solutioni præfixa, vt dicitur in vers. *censeo igitur* pag. 758. cum tamen teneatur contra alios quoslibet etiam contra *Socrum Hierony. Laurent decis. Auenion. 148. ante nu. 3.* Quæ conclusio fortior erit cum D. Bernardus, nec matrem interpellauerit, nec matris defunctæ heredes, contra quos non militat ratio reuerentiæ, vt in puncto latè probat *Redenascus loc. cit. post nu.* 8. tum quia in casu *Redenaschi* alii fideiussores defecerant, & decoxerant, vt in vers. *aduertendum pariter*: & demum quia non habet hìc locum præceptum Decalogi *honora matrem tuam*, cum lex onus agendi imponat genero.

Dictus autem Io. Baptista de Quinqueuiis ditissimus erat (vt notum est huic
70 Ciuitati) & propterea non possunt heredes mariti solutionem effugere: satis namque erit si culpæ vxoris verti non possit, quod maritus non exegerit, *Ranchin. in addit. ad Guidopap. decis.* 274. & ibi *Ferrerius*, qui contrariis rationibus
71 respondet: *Faber. in C. lib. 5. tit. 7. de iure dot. defin. 16. et tit. 10. de dote cauta non numerata defin.* 8. vbi *num.* 4. doctè distinguit materiam, & casus. *Milanens. decis. 9. num. 98. et 99. lib. 2. Sola ad Constit. Suband. tit. de feud. decret. Blanc. p. 1. glos. vnica nu. 18.*

Nec ab hac receptissima sententia recedendum erit; eò quia maritus promiserit ibi fol. 32. *restituere dictas libr. 6V.*
72 *vbi tunc temporis erunt exacta: sin minus*

retra-

retrocedere ius illas exigendi contra dictam Ludouicam, vel eius heredes.

Quoniam vt in terminis respondet *Redenascus d. cons.94. nu.17. vers. veriùs in fine pag.765. col.1. et* vers. *verùm, vt demus pag. 766.* dicta clausula intelligitur cum conditione à iure inducta, nisi scilicet
73 cet maritus negligens fuerit, vel non petierit: semper enim id habetur pro facto in quo per alium mora fit ne fiat *Redenasch. num.9. et* 10. vbi concludit in præiuditium mariti dotem haberi pro soluta; & pulchrè *Oñat. de contract. tract. 4. disput.13. sect.2. num.86.* vers. *atque*; quia id inducitur in pœnam moræ, & negligentiæ, vt explicat ibi *Redenascus num. 16.* vers. *præterea*.

Rationem verò validissimam assero, quia alioquin silentium, & mora mariti, nimis vxoris, filiisq; noceret; qui omnes durante matrimonio agere non possunt,
74 cum actio dotis, & dominium sint penes maritum onera matrimonii sustinentem, qui tacendo deteriorem conditionem eorum facere non potest: in hoc maximè casu vbi tacuit annos quadraginta. *l. Attilicinus Proculo 17. ff. de pact. dotal.* & dum mora sua moroso cuiq; debet nocere, non aliis. *l. mora 32. ff. de vsur. l. in condemnatione 137. §. vndecunq; vbi Dec. et DD. ff. de R.I. c. mora de R.I. in 6.* rationi namque morali repugnaret, vt constante matrimonio non daretur actio vxori, nec filiis, eoque soluto pater vti legitimus administrator omnia gubernaret, neque tamen agere teneretur.

Tantò magis quia, aut heredes dicti de Quinqueuiis promissoris, soluendo nunc sunt, aut non; si soluendo sunt; faciliùs possunt heredes mariti nunc sol-
75 uere, & repetere; si autem soluendo non sunt; iustiùs est vt heredes vxoris præseruentur immunes: potissimùm quia hisce puellis nunc retrocedi non possunt actiones, quæ efficaces sint ad agendum, cum interim debitorum opes, & bona transierint ad tertios possessores, qui fortasse præscripserunt bona fide.

Solidiora fiunt hæc fundamenta iuris, quia dum dos naturam suam recipit immutabilem, imò, & hypothecam à die promissionis, vt benè probant textus *in*
76 *l. vnica §. sed vt pleniùs C. de rei vxor. act. in l.1. ff. qui pot. in pign. Bossius de dote cap. 2. num. 112. fol.55. col.1. Oñat. de contract. disput.37. sect.9. nu.196. Salgad. in Labyrintho cap.21. n.5.6. & 19.* & alii passim; Ideo non debuit, nec potuit D. Bernardus maritus, postquam in chyrographo, siue capitulis matrimonialibus) quod legitur insertum, & ratificatum in instrumento dotis fol.) promissa sibi fuisset præsentialiter ex tunc solutio dictorum aureorum mille, ibi, *altre lire sei mille, gli darà di presente la Sig. Ludouica de' danari suoi proprij hereditarij*, vt in actis pag. 27. non debuit inquam, nec potuit loco numerationis præsentaneæ, recipere obligationem de futuro à dicto Io. Baptista de Quinqueuijs *d. l. Attilicinus*: quam sanè, & circonstantiā purę, & præsentaneæ promissionis in chyrographo reticuit D. Aduocatus contrarius, vel non aduertit; maximè accedente negligentia adeo supina D. Bernardi, qui neque semel dictum de Quinqueuiis interpellauit, licèt iste aliquot annis superuixerit.

An portio dictæ dotis, & augumenti debita puellis actricibus soluenda sit in pecunia.

ARTIC. V.

Affirmamus quia verba promissionis sunt hæc, vt in actis pag. *ita quod eueniente casu dictæ dotis restituenda, seu repetenda (quem Deus auertat) quod reddet dicta Anna, vel suis dictas libras viginti quinque mille sexcentum viginti quinque in moneta cambio-*
77 *rum; in alia parte dictas libras tres mille viginti quinque Imperiales moneta vt supra, et etiam retrocedet, seu retrouendet dictum sedimen vt supra in datum pretio vt supra conuento,* (ducatonorum scilicet quinque mille) *ac etiam dictas alias libras sex mille Imperiales vt supra soluere promissas, vbi tunc temporis erunt exacta, sin minus retrocedet ius eas exigendi etc. vna cum alijs Ducatonis tribus mille, quos dictus Bossius auxit, et auget dicta doti etiam ad formam declarationis vt supra*

facta per dictum D.Comitem Biliam.

Dum igitur quantitas in promissione,
& obligatione est; imò, & ipsa species
78 monetarum, scilicet *Ducatoni dello stam-
po di Milano*, vt legitur in capitulis ma-
trimonialibus pag.

Dumq; D. Claudius mariti purus he-
res, nullum habet in hoc Dominio bene-
fitium inuentarij; diuesq; est; nec sumus
79 in iuditio graduationis, nec in concursu
creditorum; proptèrea non possunt of-
ferri bona in solutum pro dote *Caphal.* in
puncto *cons.195. nu.11.* sed firma manet
regula, vt aliud pro alio inuito creditori
non soluatur.

Etiam si bona dari vellent cum præ-
deductione tertiæ partis veris valoris;
quę regulariter in restitutione dotis prę-
deducenda foret; quamuis creditores
80 alij concurrerent, vt apud *D. Merendam
contr.16.lib.24.* & quamuis heres gaude-
ret benefitio Inuentarij, vt notauit *Gar.
ad tit.N.C.de bon.in solut.dandis.*

Quamquam hæc quæstio non habet
locum in hoc casu, in quo heres, & here-
ditas soluendo sunt. *Thesaur. Inn. in ad-
dit. ad decis. patris* 158. ibi, *et hereditas*
81 *non est soluendo, et ad decis.153. ad nu.5.*
vers. *tandem.*

De donatione ob nuptias.

ARTIC. VI.

IDem ius in hac donatione ducatono-
rum ter mille statuendum est, ac de
ipsa dote; quidquid enim inter aliquos
DD. disputatum sit, an solutio matrimo-
nio adquiratur marito superstiti; recep-
ta tamen nunc est Mediolani sententia,
donationem banc deberi filijs; & ita no-
uissimè declarauit Senatus; semel nempe
in caussa Bustia, siue Curtia, me præsente
vti Secretario die 18. Augusti 1660. re-
ferente Magnifico olim Senatore Don
Ioanne Ramos, doctissimi Francisci filio
in qua caussa emanauit *Consultatio D.
Dondei 69.* quæ impressa legitur in eius
libro pag. 560. à nu. 6. ad num. 16. & ite-
rum die 3. Decembris 1668. in caussa D.
Comitissæ Rubeæ Tabernæ, in qua do-
natio erat scutorum decem mille, &

82 stipulatio habebat verba consimilia no-
stris *reddet ei, vel suis* referente Mag. D.
meo Senatore Herba.

In hoc autem casu nostro, res clarior est; tum quia maritus restituere, & reddere promisit augumentum, tàm in casu dotis *restituenda*, quod verbum designat vxorem viuentem; *quàm repetenda*, quod verbum conuenit filijs vxore mortua: tum quia pater binubus est.

Cæterùm non bene (vti monet Don-
deus) argumentantur contrariæ senten-
tiæ sectatores *ex l. si liberis 18. & ex l.
pater C. de donat. ante nupt.* vnde colli-
gunt pacto restituendi donationē prop-
ter nuptias, inesse conditionem, si vir
præmoriatur: nam illæ leges loquuntur
de donationibus ob nuptias, quæ fiebant
antiquitùs in summa pari ipsis dotibus
(vt latè explicauit D.Dondeus) & prop-
83 ter maiorem cautionem ipsarum mulie-
rum, quibus nondum lex prouiderat de
tacita hypotheca in bonis mariti, quam
deinde induxit; de quibus sanè dona-
tionibus antiquis loquuntur *tit. ff. & C.
de donat.propt.nupt.*

Aliud igitur dicendum erit de nostra-
te, quod vocant augumento dotis, vt
84 scripserunt *Alciatus cons.49.num.3.lib.9.
Honded.cons.48.num.9.vol.1. Prosper Pe-
tra in Scholio ad decis.Capyc.65. Faber. in
C.tit.de donat.ante nupt.defin.6.n.1. Cas-
trens.ad l. mulier 22. §. cum proponeretur
ff.ad Trebell.*

Cum itaque donatio, quæ nobis in
vsu est, non fiat correllatiuè ad summam
dotis, nec ad cautionem mulieris, quia
iam hypotheca inducta fuit ad fauorem
dotis ex *l.1.C.de rei vxor.act.* sed fiat Vir-
ginibus etiam in pręmium deflorationis:
viduis verò in præmium pudicitiæ; *Fa-
ber.in C.lib.5.tit.7.defin.1.Redenasc.cons.
94. nu.16. vers. insuper* (viduis enim la-
boriosam esse magis, quàm virginibus
85 legi *ex Saluiano, & D.Cypriano apud An-
naum Robertum rer.iudic. lib.2. cap.7.*) &
patet ex textu *in l.res vxoris* 24. ibi *quia
pudicitia pramio cessit C. de donat. inter
vir. & vxorem*: & si mauis propter fæ-
dus etiam matrimonij *l.cum quis* 2. in
86 fine *vers.quia matrimonij caussa illud lu-
cratus est ff. de dote praleg.* propterea ces-

sat

sat opposita ratio paritatis.

Præsertim dum dicta verba stipulationis *reddet ei, vel suis*, ostendunt iam ab initio translatum fuisse dominium in vxorem, quod continuatur in filijs; & sic res clara manet: etiam quia, meliùs sit intelligere clausulam, *vel suis* ampliatiuè, & ita vt otiosa non sit, sed aliquid
87 ex se operetur, quàm vt simpliciter exprimat, seu repetat id, quod erat in priori clausula *reddet dictæ Annæ*, (vti Aduersarij dicebant) volentes conditionem eam subintelligi, vt non aliter filijs heredibus quæratur ius, quàm ex persona matris, & vbi per prius, adquisitum fuerit matri ius, vtpote quæ superuixerit marito, sed restitutionem donationis nondum petierit.

Hoc enim in effectu est dicere dictam clausulam, *vel suis*, nil vt plurimùm operari: quia si mulier superstes remanet
88 marito, procul dubio actio per ipsam adquisita transit in heredes; & hæc aduersariorum interpretatio, bis vt dixi, me præsente reiecta fuit à Senatu; Sileat ideo Mediolani imposterum hæc disputatio, de qua agitur apud *Thesaur. lun. q.9.n.19.lib.2.& Fontanell.de pact. clauf. 7.glos.1.nu.64.*

Excluso itaque patre binubo à successione filiorum, quod ad dictas portiones; sequitur dotem, & donationem
89 æqualiter pertinuisse ad filios ex eodem matrimonio; & sic quod tres partes ex septem debeantur dictis puellis patris heredibus.

Vnum verò notabile in subiecta materia non omitto, quod D. Aduocatus contrarius dissimulauit; in casu nempe in quo pater, non obstantibus secundis nuptijs, retinere posset dictam portionem dotis primæ vxoris, in quam simul cum alijs filijs suis defunctorum fratribus successisset; tunc eum nullo gaudere vsufructu aliarum portionum in quibus
90 alij filij coheredes sunt; atque ideo procul dubio teneri heredes patris, portionem eam dotis, & donationis propter nuptias, quæ ex aliorum fratrum præmortuorum successione peruènit in dictum Io. Baptistam patrem restituere puellis huius filijs, & heredibus simul cum omnibus fructibus, vt ad literam disponit *textus in auth. item hereditas C. de bon. qua liberis, vbi Gothofredus litt. H.* sic ait, *quoties pater consortium proprietatis cum filio familias habet; toties vsufructum in filij portione non habet*, & hãc authenticam explicat *Emanuel Mendez ad eundem tit. p.2.nu.80.*

Et clariùs id tradit *Imper. in d. auth. de heredibus ab intestato, siue nouella 118. cap. 2. §. si verò*, in illis verbis *nullum vsum ex filiorum, aut filiarum portione in hoc casu, valente patre sibi penitus vindicare; quoniam pro hac vsus portione, hereditatis ius, & secundum proprietatem per præsentem dedimus legem: differentia nulla seruanda inter personas istas, siue fæminæ, siue masculi fuerint, qui ad hereditatem vocantur, & siue per masculi, siue per fæmina personam copulantur:* ineundi igitur essent calculi interesse, seu fructuum portionum omnium à die quo obuenerunt Io. Baptistæ patri puellarum nostrarum per mortem singulorum fratrum eiusdem: sed hæc ex abundanti dicta sint, quia vel pater binubus non concurrit eum filijs; vel si concurreret, teneretur eisdem proprietatem omnem, etiam ex successione habitam, reseruare.

ARTIC. VII.

De dote, & hereditate olim D. Aloysia Pusterla.

HÆC D. Aloysia proauia consenuit in domo Bossia, & obijt anno 1629. sibiq; heredem instituit Io. Baptistam pronepotem suum, (qui pater est harum puellarum) *& eius filios masculos legitimos, et naturales, et filiorum masculorum filios masculos vsque in infinitum; ita tamen vt semper succedat primogeni-*
92 *tus de linea in lineam; & deficiente linea masculina dicti heredis; succedat linea eius fæminina; ita tamen, quod ex dicta linea fæminina pariter succedat primogenitus masculus vt supra:* dicto autem primo heredi decedenti sine filijs, vel filiabus legitimis, & naturalibus vt supra eidem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum *dictum Ber-*

nardum dicti heredis patrem, & ablaticum testatricis.

Et hæc cum scientia, & patientia dicti D. Bernardi nepotis, qui hereditatem administrauit nomine dicti heredis tunc infantis filij sui, & legata persoluit egregiæ summæ; vt apparet ex testamento, & instrumento productis fol. 38. & seq. & fol. 44. & seq.

Petunt igitur puellæ hanc hereditatem, & dotem, & augumentum dotis, iuxta consuetudinem sibi relaxari, vti post patrem suum primum heredem vocatæ: vel redintegrari vna cum fructibus à die mortis eiusdem D. Bernardi, cum neque per heredes D. Bernardi indicentur bona, & res hereditariæ, & ideo alienata vindicari non possint, si quæ sunt.

Qui sanè articulus accurata discussione indiget, quia heredes D. Bernardi nihil ab initio se scire finxerunt de dicta dote, & hereditate, imò totam substantiam negauerunt.

Porrò in ipso limine, tria remouenda sunt dubia.

Primum an hæ puellæ agere possint, vti vocatæ est testamento Aloysiæ, quæ
93 Bernardum nepotem suum ex filio, non instituit sibi primum heredem; sed instituit sibi pronepotem, nempe Io. Baptistam patrem harum puellarum; & ei decedenti sine filijs substituit eundem D. Bernardum.

Secundum an liqueat de aditione hereditatis à dicto primo herede facta, dum in dicto instrumento solutionis legato-
94 rum fol. 50. tergo D. Bernardus eius pater dixit nolle sibi, nec filio heredi instituto præiudicare; ita vt, nec ipse, nec filius censerentur per dictam solutionem legati hereditatem adire.

Tertium, quod videatur D. Aloysia, dum sibi pronepotem instituit, eiusque filios, & filias substituit, meliores quodammodò fecisse stirpes venturas; quia
95 nempe post mortem eiusdem D. Aloysiæ, dictus Bernardus Bossius heredis instituti pater, alios suscepit filios, scilicet D. Claudium, & Petrum reos nunc conuentos, aliosq; deinde defunctos.

Quod attinet ad primum dubium; videtur de iure nouissimo, scilicet ex dispositione *nouella Constitutionis* 115. *c.* 3. auia paterna præmortuo sibi filio Io. Petro, debuisse regulariter primo loco in-
96 stituere sibi Bernardum nepotem; ne alioquin ei querela competeret inofficiosi testamenti.

Dixi *de iure nouissimo*, quia de iure Codicis, & Institutionum, cum fæminæ ascendentes, non habeant nepotes, & pronepotes in potestate, cessat ideo sui-
97 tas, & dominij continuatio; & sic cessat in his necessitas cernendi hereditatem defunctæ, seu in ea se immiscendi; & consequenter nulla est obligatio correlatiua eos nominatim heredes instituendi, vt bene explicat *Harpreclus ad Clarum in* §. *testamentum quæst.* 47. & nouissimè *Gaspar Manzius in suo tractatu de testam. tit.* 8. *ex capite præteritionis liberorum qu.* 2. *nu.* 42. *& seq. pagina mihi* 248. ita vt, nec ciuili, nec Prætorio iure vllum detur ijs remedium dicendi testamentum nullum, vel possessionem pe-
98 tendi contra tabulas, quod nunc dari videtur ex dicta postrema Iustiniani constitutione, dum hæc antiqua remedia ibi non sustulit, vt explicant *Harpreclus nu.* 6. *& Manzius n.* 54. *& seq.* qui alios DD. & alias rationes *adducunt*.

Verùm omnis quæstio silet in hoc casu, quia, siue ipso iure testamentum nullum dicere velimus, siue subsistere quousq; per querelam inofficiosi propositam rescindatur (quod moraliter cer-
99 tiùs videtur) vt controuertunt inter se Scholastici, & disputat *Manzius à nu.* 58. *ad* 63. & tandem fatetur vtramq; opinionem sustineri posse.

In hoc, quod sufficit ad victoriam, conueniunt omnes, vt, si is, qui primum successionis gradum tenet, postquam dictæ Institutionis scientiam habuit, querelam non mouit, sed diu tacuit (quamquam quinquennium sufficere scripserunt *Manzius nu.* 59. *ex Hunnio, & Merli-*
100 *nus de legitima lib.* 1 *tit.* 2. *quæst.* 13. *n.* 34. *Baldus cons.* 392. *versi. sed posito lib.* 2. & alij passim firmantes querelam inofficiosi non dari vltra quinquennium) tunc ex æquo sustineatur institutio, seu reconualescat testamentum vireſq; habeat, & ef-

& effectum; vt in terminis docent per
me viſi..

Boerius deciſ.96.nu.5.& 6.

Antonius Perezius ad tit.C.de lib. præter.num.9.& 10.

Fichard.in addit: ad Villalob.commun. opin.lit.F.num.137.

101 *Menzius de teſtam. d.tit.8. limit.16.n.*
469.pag:202.

*VVeſembec. in paratitlis ad tit.ff.de liber.& poſthum.nu.5.*verſ.*& ad 30.annos.*

Alex.conſ.125.n.5. verſ.*modo ſic lib.6.*

Guidopapa deciſ.597. vbi *Ranchinus, & deciſ.426.an lex filio num.3.*

*Signorol.conſ.153.nu.2.*verſ. *circa ſecundum.*

Gomez doctè ac plenè var.tom.1.cap.11. num.16.circa fin.

Couarruuias ad c.Raynutius 18.§.2.n.2.

Soarez commun. opin.litt.P.n.255. paria ſiquidem ſunt excludi tempore vel repudiatione *l. 2. in princip.* verſ. *expectandi ff.de bon.poſseſſ.ſecundum tabulas.*

Enim verò nihil prohibuit Bernardũ
nepotem (qui nedum quinquennio, ſed
102 triginta ſex annos integros tacuit à die
mortis, quo auia mortua eſt; & annos
35.à die quo legata perſoluit vti pater
heredis inſtituti)fauori ſuo tacitè renun-
tiare *l.penult. C. de pact.* tantò magis ad
commodum filij ſui,cui magis,quàm ſibi
parentes theſaurizant; hæc enim cir-
cumſtantia inſtitutionis, nempè filij ex
103 eo patre, qui primum occupat gradum,
probatur *Baldo in conſ. 489. num.2.*verſ.
licèt antiqui lib.5. & in l.2.C.de bon. poſ-
ſeſſ.contra tab.

Et demum quia quidquid de ſubtili-
tate iuris quæri poſſit; ſatis eſt, quod de
benignitate Prætoria teſtamentum hoc
ſuſtineatur, vt ſcripſit *Clar. in d. §. teſta-*
mentum q.43. nu. 3. & probatur per *tex-*
tus expreſſos in l. filio præterito 17.ff. de
104 *iniuſto, rupto &c.* in illis verbis *licèt ſub-*
tilitas iuris refragari videatur; attamen
voluntas teſtatoris ex bono, & æquo tuebi-
tur,& in l.non putauit 8.§.ſi quis ſua ma-
nu 6.ff. de bon. poſſeſſ.contra tab. vbi con-
ſenſus filij, filium priuat hereditate; &
comprobatur diſtinctio hæc ex *l. poſt-*
humus 12. in princip. ff. de iniuſto rupto
*&c.*ibi *licèt iuris ſcrupuloſitate &c.*

Eò magis quia D. Bernardus vltra
ſcientiam, & ſilentium annorum ſupra
105 tringita,ſoluit etiam legata nomine filij,
& vti pater, & facta mentione dictæ in-
ſtitutionis ſe legitimum adminiſtrato-
rem vocauit in inſtrumento fol.50. imò,
& expreſsè profeſſus eſt ibi, ſe nolle he-
reditate adire.

Quibus in terminis, ac facilius ſuſti-
netur teſtamentum in fauorem heredis
ſcripti per textum expreſſum *in d. l. filio*
106 *præterito 17.ff. de iniuſto rupto &c.* ibi,
quod ſi à bonis patris ſe abſtinuit, & ad-
uertit *Cuiaccius ad librum 5. reſponſorum*
Papiniani, & ad rem facit *Oldrad. conſ.*
171. in princip. verſ. *ad ſecundum.*

Quando enim poſt declarationem ex-
preſſam à natu maiore factam *non inten-*
do adire lapſi ſunt tres menſes, tunc in-
ducitur repudiatio,vt probatur à fortio-
107 ri per doctrinam *Bartoli, Caſtrenſis, &*
Decij apud Manticam videndum de coniec-
tur. lib.12. tit.14. num.20. in hac potiſſi-
mùm ſpecie noſtra, vbi de ſolo Bernar-
di præiuditio agebatur, vt docent in
puncto *Gomez. var.tom.1. cap.11. num.6.*
& Antonius Perezius ad tit.C.de liber.præ-
ter. & exhered. num.10. verſ.*at cum dico*,
& vbi agitur de teſtamento proauiæ,non
de paterno aſcendente *Perezius ibid.n.7.*

Fortiùs verò recipitur hæc doctrina,
quia D. Bernardus ſubſtitutus fuit à teſ-
tatrice dicto filio ſuo primo heredi inſ-
tituto vbi is moreretur ſine vllis filijs; &
ſic non præteritus, nec abſolutè exhere-
datus fuit.

Quod attinet ad ſecundum dubium,
remouetur primo loco,quia cum Io.Bap-
108 tiſtam primus heres inſtitutus vixerit,
& ipſe annos vltra triginta poſt dictum
legatum ſolutum à parte vt ſupra: neu-
terque ipſorum hereditatem dimiſerit
agnatis dictæ Aloyſiæ, ſeù eius filiabus
quibus in caſu abſtenſionis; ſeù repu-
diationis debebatur hereditas; Ideo
præſumitur aditio, ſeù immixtio primi
heredis inſtituti; vt per optimas ratio-
nes concludit in terminis ferè noſtris
Fachineus omninò videndus *controu. lib.*
6.cap. 51. verſ. *mibi tamen diligentèr:*
imò ex hac ſolemni proteſtatione D.Ber-
nardi, quod non intendebat hereditati

auiæ

auiæ se immiscere, hinc arguitur noluisse
se auiæ voluntati opponere.

Deinde quia dum (attenta, tùm ex-
pressa in dicto instrumento solutionis le-
gati, tùm tacita ex cursu temporis indu-
109 icta repudiatione D. Bernardi) primum
ideò locum successionis obtinebat pro-
nepos ex dispositione dictæ *nouella*
115. *cap*. 3. qui propterea quasi suus he-
res dicebatur, & remanebat, quamuis
in potestate testatricis non esset, nec es-
se posset, vt apud *Noal. de transmiss. cas.*
8. *num*. 42. *& tetigit Grass. in* §. *Suitas*
quæst. 5. *num*. 3. ideò hæc quasi ficta, &
impropria suitas (præsertim vbi sumus
in hereditate mulieris lucrosa, & extra
omnem aliam debiti, vel periculi posita,
110 & vbi agitur de commodo, & fauore
heredis instituti, qui in quocunque casu
remedio etiam restitutionis in integrum
vti poterat) satis superque operatur, &
præsumere facit immixtionem, & trans-
missionem: videantur *Gratian. discept.*
732. *num*. 53. *&* 53. qui plures citat *Sur-*
dus cons. 458. *num*. 4. *&* 13. *& cons*. 541.
111 *num*. 19. *Menoch. præsumpt*. 99. *nu*. 5. *lib*. 4.
(& multò magis ad fauorem filiarum,
quæ sunt substitutæ primo heredi) vi-
deantur *Decius cons*. 330. *& textus ad-*
ducti per Gomez. var. resol. tom. 1. *cap*. 9. *de*
transmissione hered. num. 7. *post med. & nu.*
15. *&* 17. *& scripta per Medic. exam*. 50.
& decis. 79. *& Paschal. de patr. potest p*. 4.
cap. 1. *num*. 18. quamquam etiam ad ex-
traneos suitas ista transmissionem here-
ditatis induceret *Noal. cas*. 8. *nu*. 16. *& seq.*

Tùm quia(seclusa etiam ista quasi sua-
uitate) adhùc certi iuris est, descenden-
tes eos, qui non erant in potestate huius
ascendentis, scilicet Aloysiæ testatricis,
112 (quales erant D. Io. Baptista primus heres
institutus, & pater harum puellarum)
hereditatem ascendentium, quamuis non
agnitam, transmittere iure sanguinis ad
descendentes suos ex benefitio *Theodo-*
siana sanctionis in l. vnica C. de his, qui
ante apertas tabul. &c. vbi *Gothofredus lit.*
113 *C.* & tradit *Noal. d. cas*. 8. *num*. 82. & etiam
ad nondum tunc natos, nec conceptos
idem num. 92. *&* 93. quod clariùs expli-
cat Imperator *in l. vnica* §. *in nouissimo*
v. C. de caduc. tollend. ibi *hereditatem ete-*
nim nisi fuerit adita transmitti nec Ve-
teres concedebant, nec nos patimur; excep-
tis videlicet liberorum personis, de quibus
Theodosiana lex super huiusmodi casibus
introducta loquitur id, quod repitit infrà
in §. *cum autem* 13. & facit *l*. 1. §. *ibidem*
8. *vers. quod si ff. de collat. bonorum*.

Demum quia dum dicto primo here-
di, & masculis ex eo nascituris deficien-
tibus; substitutæ fuerunt expressè per
Aloysiam testatricem filiæ nunc actri-
ces, vt in actis legitur *fol*. 42. *&* 43. ideò
silet omnis quæstio, nec quærendum
erit de hereditatis immixtione in primo
herede, quia illo etiam abstinente, pos-
sunt filiæ substitutæ, ex propria persona
nunc hereditatem agnoscere, cum testa-
114 mentum à substitutione vires sumere
possit *Merlin. de legitima libro* 5. *tit*. 2. *q.*
16. & cum *Bartolo, Acosta Gomez*, & aliis
docet *Grass. in* §. *substitutio qu*. 8. *in fine*
num. 12. *Fusar. de substitut. quæst*. 10. *&*
quæst. 23. & conferunt scripta per *Pere-*
grin. de fideic. lib. 3. *tit*. 18. *num*. 100. *& per*
Thesaur. decis. 127. *nu*. 10. vers. *hinc inde,*
& nu. 11. *&* 12. & apertus est textus in
l. secunda §. *defertur* 4. *ff. de bonor. posses-*
sione secundùm tabulas, ibi *defertur bo-*
norum possessio secundùm tabulas primo
gradu scriptis heredibus; mox illis non
petentibus, sequentibus, non solùm substi-
tutis, verùm substituti quoque substitutis;
et per seriem substitutos admittimus, et in
d. l. vnica §. *cum autem* 13. *C. de caduc. toll.*
ibi *necesse est, si quis solidam hereditatem*
non adierit, hanc, siquidem habeat substi-
tutum ad eum, si potuerit, & potuerit per-
uenire.

Quod attinet ad tertium dubium, res-
pondeo D. Aloysiam instituendo D. Io.
Baptistam vnicum ex vnico Bernardo
115 nepote (adhuc viuente) pronepotem,
nullo modo dici posse meliores reddidis-
se stirpes descendentium; nec resistere
Statutum nostrũ 305. *vol*. 1. *de aqualitate*
stirpium, qua nõ alia aderat stirps, quàm
D. Bernardus, qui erat in primo gradu, &
in quo solo procedebat Statutum; adeo
vt non resistant, quæ opponuntur ex *Sta-*
tuto 309. & ex *Alciato cons*. 8. *num*. 7. *lib*.
2. & ex *Carpano ad dictum Statut*. 305. *n*.
45. qui meminit de quadam specie facti,

& de

& de sententia Senatus, diuersa tamen
à casu nostro, vt infra dicam.

Siquidem Statutum (vt dixi) intelli-
gitur in solis immediatis stirpibus ipsius
hominis, qui testamentum condit, & de
cuius dispositione quæritur, & de solo
primo gradu descendentium: cum igi-
116 tur D. Aloysia, tẽpore mortis suæ, vnam
tantùm haberet stirpem, scilicet D. Ber-
nardum nepotem, qui primum gradum,
& primam caussam successionis habebat,
& qui nondum alios susceperat filios
præter solum Io. Baptistam; ideo ad se-
cundos gradus, & ad stirpes, & minus ad
eas, quæ post mortem D. Aloysiæ testa-
tricis ortæ sunt, nõ extenditur Statutum.

Dum enim vetat descendentium
stirpes meliores fieri ab ascendentibus in
vltima voluntate; per necesse præsuppo-
nit præexistentiam, & concursum ac-
tualem plurium descendentium eodem
tempore, quo testamentum vires sumit;
ista siquidem potentia plus conferendi
vni, quàm alteri, quemadmodum remo-
uetur ab actu vltimæ voluntatis præsen-
ti, ita dirigitur ad fauorem descenden-
tium præsentium; nec respicit stirpes
stirpium, minusque futurum contingens,
scilicet possibilitèr nascituros, cum tes-
tator non debeat esse Propheta; & cum
verbum illud *meliorare*, quod est compa-
ratiuum, præsupponat positiuum iam in
117 esse constitutum, vt benè per plures alias
rationes in puncto arguit *D. Redenascus*
omninò videndus *cons. 90. à num. 52. ad
num. 117.* qui omnia, quæ allegari pos-
sunt collegit in vnum: retento maximè
quod dum tempore mortis D. Aloysiæ
viuebat D. Bernardus nepos; ideò nulla
debebatur successio, nullumque ius le-
gitimæ competebat Io. Baptistæ pro ne-
poti, qui tãquam extraneus habebatur,
vt apud eundem *Redenascum num. 67. &
68. & num.* 100. vbi Statutum intelligit
de primo gradu successionis: qui sanè
intellectus confirmatur ex Statuto 306.
ponderãdo verbum *non reliquerit*, quod
refertur ad tempus mortis, & ad eos so-
los descendentes, qui tunc primum gra-
dum successionis obtinebant de iure
communi.

Item ex Statuto 307. vbi nepotes ex
filio mortuo ante ascendentem, non alia
ratione veniunt, quàm quia patre suo
præmortuo obtinent primum gradum
tempore quo moritur ascendens.

Item ex Statuto 308. vbi ideo filij na-
ti post diuisionem auocant partem, quia
tempore mortis ascendentis habent, &
ipsi primum gradum successionis.

118 Et ità per Senatum Excellentissimum
declaratum fuisse in caussa primogenitu-
ræ cõstitutæ in fauorem descendentium
Marchionissæ Melegnani; & ità Medio-
lani vsu receptum post Præstantissimo-
rum Aduocatorum Mediolanẽsium elu-
cubrationes tradit *Redenascus d. cons. 90.
num.* 103. & confirmat *Carena resolut.
158. num. 13.*

119 Insuper cum Statutum id vnum inten-
dat, & decernat, vt æqualitas seruetur
inter eos, qui de iure communi instituen-
di sunt: iccircò quemadmodum Aloysia
proauia non tenebatur instituere prone-
potes nascituros, qui sibi nullo iure ad-
nascituri erant, ità neque inter eos ęqua-
litatem seruare.

Accedit, quod Aloysia non disposuit
inæqualiter, sed nascituros non nomina-
uit: non sumus igitur in casu Statuti; nisi
dicere velimus de nullitate testamenti
ex capite præteritionis nondum nato-
rum, quod absurdum esset.

Nec valet Aduersarij responsio ad di-
ctum *cons. Redenaschi, siue Sertorij*: quia
replicatur, quod etiam si pronepotes ha-
120 berent ex voluntate Testatoris primam
caussam in successione, non tamen habe-
bant de iure ius succedendi inuito ascen-
dente, & viuente D. Bernardo eorum
respectiuè patre, & nepote testatricis; id
quod consideratur in descendentibus
primi gradus, qui hoc ius habent, etiam
inuito ascendente, & inter quos Statu-
tum iubet æqualitatem seruari.

Senatus contra hic à me scripta à nu. 115. ad 124. iudicauit die 4. Septemb. 1671. vt apud Egr. Secretarium Gradignanũ, & censuit seruandam esse dispositionẽ Statuti Mediol. *Ascẽdens*; ideòq; inter fratres Io. Baptistæ seruandam esse æqualitatẽ in successione hereditatis, & dotis Aloysię Pusterlæ;

121 Decisio verò relata per *Carpanum ad
d. Statutum* 305. *nu.* 45. bona cum venia
D. Aduocati contrarij, non facit ad ca-
sum: nam ibi filij, nati quidem fuerant
post testamentum, in quo vxor reliquе-
rat libras 10V. filio filij; sed nati fuerant
dum adhuc pater viueret.

Deinde, quia dictus pater, & auus le-
gatarij, fraudare sic volebat Statutũ per
orga-

organum,seu medium vxoris morientis, & testantis : ait enim Carpanus *super testamento Io. Petri Bimio, qui medio vxoris sua reliquerat filio fily*, & sic in effectu pater viuens nepoti dabat, non mater moriens, quæ fortè tantum non habebat in bonis.

Quod igitur sufficiat, tempore mortis dictæ Aloysiæ testatricis nullam inæqualitatem, nec meliorationem actu adfuisse inter stirpes primi gradus, (quidquid deinde ea mortua euenturum sit,) docet etiam *D.Bimius conf.54.lib.1.num.*
122 14.*& seq.* Quibus omnibus suffragantur etiam illa verba ipsius Statuti 305.*& hoc siue in potestate constituti sint, siue non*, quibus euidenter ostenditur Statutum loqui de solis descēdentibus tunc viuentibus non de nascituris post mortem ascendentis.

Longè autem dispar ratio est in Statuto 309. ibi enim agitur de auo, qui viuens fecit diuisionem inter nepotes,non autem de testante, & moriente instituto solo pronepote,qui tunc viuebat,qui est casus noster.

Deinde quia dictum Statutum 309. loquitur continuatiuè, dum ait *idem seruetur*, & sic retinet, & repetit eosdem terminos, & eas qualitates cum quibus supra in Statuto 307. scilicet vbi nati quidem sint filij, vel nepotes post assignationem, vel diuisionem factam à patre, vel àuo, sed viuente adhuc patre, vel auo, vt patet ex illis verbis dicti Statuti 307.*& deinde filium habuerit ex communi matre*.

Id quod manifestum redditur, dum Statutum loquitur expressè de *patre*, &
123 de filio post diuisionem nato; nam nisi præsupponeret natum fuisse viuente patre: profectò vix opus fuisset conditione ex Statuto, vel actione reuocatoria, quia posthumus, vel testamentum rupisset, vel ab intestato simul cum aliis fratribus successisset æqualiter, nec in aliis terminis intelligi debet *Alciatus*, qui in-
124 cidenter, & per transennam loquitur in *d.cons.8.duo videnda sunt nu.7.et 8. tom. 1. lib. 2.* imò pro nobis sensit *infra num. 19.*vers.*tertio,et nu.20.et* 21.

Sublatis igitur oppositionibus confero, me ad substantiam hereditatis, & ad dotem dictæ Aloysiæ; per D. Bernardum administratam.

Scio autem Iustinianum liberas habenas laxasse patri gaudendi vsufructu sine onere rationis reddendæ; plenamque ei administrationem potentia, & actu permisisse, vt legitur in *l.cum oportet 6.§.non autem C.de bon.qua liber*.

Sed scio etiam ibi vetitum fuisse patrem hypothecæ subijcere dicta bona, minusque alienare; *& in l.quacunque 4. C.eodem* in illis verbis *easdem res quocunque modo alienandi, vel pignoris, seu hypotheca iure obligandi, facultate et penitus interdicta*; quod repetitur infrà vers.*parentibus verò*: Edixisse quoque Iustinia-
125 num in dicta *l.6.§.1.& §.3.in fine*, vt in reliquis eadem iura seruarentur, quæ supra *titulo* præcedente de *maternis bonis* scripserat; atqui ibi in *l.1.*sic dixerat.

Parentes autem, penes quos vtendi, fruendique tantùm potestas est, omnem debent tuenda rei diligentiam adhibere, & quod iure filijs debetur in examine per se, vel per Procuratorem poscere, litem inferentibus resistere, & infra, *atque ita omnia agere, tanquàm soli dum, perfectumque dominium eis acquisitum fuisset, & in l. 2.* ibi *pater filio, filiaue integra illibataue custodiat*.

Et rursus hanc prohibitionem ne parentes possent bona aduentitia alienare, nec hypothecæ subijcere, renouauit Iustinianus in *auth. de nupt. siue nouella 22. cap.sed quod sanctum* 24. ibi, *vt neque alienationem vllam permittat parentibus in talibus, neque hypothecam; vel si quid egerint parentes, mox eorum obligat eis substantiam* (quæ postrema verba hypothecam inducunt in bonis parentum fauore filiorum.)

Quomodo ergo integra, & illibata bona custodiuit bonus iste Pater, qui nouercam liberis induxerat,ex qua filios plures suscepit, vt supra diximus, & qui, vt eos omnes faceret facultatibus pares; totam istam hereditatem fideicommissariam, simul cum documentis, & scripturis omnibus ad eam pertinentibus ità abscondit,vt nihil scire possint Puellæ ad eam vocatæ? sanè durus nimis est iste

fer-

126 sermo, vt dùm nunc eam sibi relaxari, vel indicari petunt, sibi responderi audiant, inane nomen istud esse dictæ hereditatis, cuius tamen substantiam subesse, constat ex qualitate nobili testatoris; ex dicto testamento, pluribusque gradibus substitutionum, & ex dicta solutione legati librarum bis mille facta per D. Bernardum, quas vtique non soluisset, si nihil fuisset in bonis. Soluit enim etiam vti pater, & legitimus administrator bonorum relictorum filio, vt habetur pag. 45.

Nullo autem negotio omnia potuit occultare, quia filius primus heres institutus à D. Aloysia, tunc erat annorum circiter duorum, & quoad vixit res suas omnes prorsus neglexit, donec se de fenestra præcipitem dedit, & mortuus est; relictis hisce puellis nunc actricibus.

Ego sanè existimarem, salua meliore sententia (cum casum in terminis non reperuerim) iurari posse, vel in litem contra dictos heredes; tum ex omissione Inuentarii; tùm ex lata culpa, doloue dicti Bernardi defuncti, imò, & heredum, vt infrà; vel saltem in supplementum probationis, respectu quantitatis, cum de substantia hereditatis ex dicto testamento, aliisq; iuribus,& dicta solutione satis constet,vt infra latiùs dicã.

Nàm etsi communior sententia sit, non teneri patrem conficere inuẽtarium de bonis aduentitiis filii,& ita iudicatum fuisse referat *Mynsinger. obser. 93. cent. 2.*

127 quia confici debere videatur ab iis administrationibus solis,qui rationem reddere tenentur, vt post antiquiores docet *Pinell. ad l. primam C. de bonis matern. part. 2. nu. 21.*

Quamuis admittant DD. compelli patrem debere ad ea describenda, si malè administret, vel secundas nuptias contrahat, vt apud *Castill. quotid. controu.*

128 *siue de vsufructu tom. 1. cap. 3. nu. 96. & Boer. decis. 61. n. 14.* vbi ad rem nostram ait: *tùm præcipuè tenetur pater descriptionem bonorum pati: si est suspectus de alienando, aut dissipando bona, vel ad secunda conuolando vota, & hoc si ratione secundæ vxoris, & eius liberorum aliter transfugat bona,*

In hoc tamen casu, in quo filius ignorans, & infans patrem compellere non potuit, recipienda potius esset opinio *Speculatoris in tit. de instrum. edit. §. viso n. 14.* vt scilicet teneretur pater conficere inuentarium, vel saltem descriptionem aliquam, & sic quod ex eius persona nunc obligentur, & benè conueniantur heredes.

Moueor non solùm, quia hic pater binubus, nullam fecit descriptionem, imò omnes scripturas cælauit.

Sed etiam quia, ratio cur inuentarium faciendum sit, non ea simplex est (quemadmodum *Mynsingerius*, & cæteri DD. dicunt, qui contrariam tuentur opinionem) vt ratio reddi possit; sed

129 principalis illa est, tum vt releuetur filius, siuè Dominus ab onere probandi, quid, & quantum fuerit in hereditate, tùm nè hereditas tota occultetur, vt in hoc casu contingit: hanc rationem expressit bene *Raphael Cumanus cons. 88. num. 3.*

Et ità, aduertunt *Boerius d. decis. 61. n. 7.* ibi, *vt adueniente casu mortis patris, vel Aui, facilior sit probatio, & Plot. de in lit. iur. num. 237.* vers. *ità quod minores, & alij omnes, quorum negotia administrata*

130 *fuerunt, releuentur ab onere probandi bona, & iura sua, et eorum quantitates, & qualitates*; & ita post *Caldas* testatur etiam *Emanuel Mendez ad dictum tit. C. de bon. quæ liberis p. 2. effectu 1. num. 121.* vbi sic loquitur *fuit autem iustissima causa* (obligandi scilicet expressè patrem ad Inuentarium in ea Prouincia,) *quia potest contingere, vt patre sine inuentario postea mortuo, relictis minoribus, eorum bona occultarentur, & ab extraneis heredibus possiderentur*. Quæ verba, vtinam minus vera forent in hac specie facti; cui adstipulatur alia ratio, vt scilicet inuentarium fieri debeat, quotiescumq; restituenda sunt bona, vt ex *Guido, Vitali, & Castrensi*, confirmat *Pinellus ad dictam l. 1. p. 2. num. 22.* & nè fraudi detur occasio, cui lex semper occurrit.

Imo absolutè teneri patrem cauere, seu satisdare pro securitate filiorum primi matrimonii, antequam secundas nuptias contrahat, & saltem postquam contra-

traxit, attēta præsumptione damni, quod pati possunt dicti filii, latè docet *Io. de Garonibus in tractatu de secundis nuptijs*
131 *pæna 13.num.31.& seq.pag.mihi 505.*

Considero insuper ad hunc effectum Iustinianum nostrum induxisse hypothecam in bonis patris ad fauorem filii pro restitutione bonorum finito vsufructu, vt *in d. l. cum oportet §.fin. C. de bon.*
132 *qua liber.* ibi *cæterisq; donationibus*, & tradit *Pinell. vbi supra num.* 33. & bona *glossa in l. si quis prioris* 8. *C. de secundis nuptijs* in verbo *in illo*, quæ sic dicit, *sicut omnia bona matris, ità omnia bona patris tacitè sunt obligata filijs pro his, quæ pater lucratus est ex primo matrimonio; & pro alijs rebus, qua ad filios pertinent*, & clarè hæc hypotheca inducitur in bonis patris ex dicto *auth. de nuptijs siue nouella 22. cap. 24.*

Si ergo obligata sunt bona patris pro restitutione facienda, & in hoc casu nulla bona restituuntur ab heredibus, imò negantur adesse, vt in auras euanescat hereditas, de cuius tamen substantia liquet, vt dixi ex testamento, ex substitutionibus, qualitate, & nobilitate testatoris, quæ saltem dotem non exiguam habebat, & ex solutione legati librarum bis mille, & ex repetitis enunciatiuis dotis, tùm in testamento mariti; tùm in testamento filii, & ex expressione quantitatis contentæ in inuentario facto per D. Barbaram vt infra dicam: Quid quæso operabitur hæc hypotheca, nisi cogantur relaxare; vel iuramentum pati super quantitate liquidanda, vt infrà, vel pati appræhensionem bonorum defuncti in vim pignoris, donec hereditas inueniatur? hic enim esse debet effectus hypothecariæ, quam lex filio concedit, donec restitutionem obtineat: alioquin inanis erit hæc lex.

Et teneri patrem in conscientia, descriptionem facere de bonis filij, vt post
133 eius mortem constet, quæ sint bona filij, & illi tradi possint; post *Molinam de Iustitia, & iure tract. 2. disput. 219. ante finem* confirmat *Castil. controu. lib. 1. cap. 3. num. 91.*

Præterquam quod, vehemens vrget præsumptio, quod à dictis heredibus, & alterius eorum matre, & tutrice, & respectiuè Nouerca patris harum puellarum, occultatæ fuerint scripturæ pertinentes ad hereditatem, vt nempè filij sui magis ditescant; cum nè lineam quidem habere dixerint, & tamen incredibile sit moralitèr, vt nec testamentum Io. Baptistæ Aui; nec illud Io. Petri patris, nec Inuentarium suę hæreditatis confectum à Matre, & alia documenta pater non habuerit, & reliquerit, quæ tandem Deo fauente, & magnis expensis ego reperui, & exhibui vt infra: Non enim heredi creditur, quod non inuenerit, vt clarè definit *Paulus in l. heredes 8. ff. de fideiussor. & nominat. tutorum*, ibi *hoc eò pertinet, vt non excusetur heres, si dicat se instrumenta tutelaria non inuenisse*: Si ergò
134 præsumitur heres inuenisse scripturas: ergò debet reddere *l. 1. vers. quod penes ff. eod.* alioquin iuramentum pati, vt *in l. 4. C. ad exhibendum*, cuius verba infra referam.

Quo in casu, quamuis regula sit, vt lite non contestata çum defuncto, iurari non possit in litem contra heredes *l. is, qui 2. l. alio iure 4. & l. fi. C. de in lit. iur.* li-
135 mitatur tamen si heres reperta in hereditate dolo malo non exhibeat ait *Gordianus in d. l. 4.*

Et vbi adhuc de isto dolo dubitaret Senatus (quod non credo) cum satis superquè vrgeatur Pàter indiciis ferè indubitatis, qui Nouercam induxit; filios ex ea plures habuit adhuc viuentes; adeout locum sibi vindicent verba illa *Gaij.* contra patres binubos *in l. 4. ff. de inoffic. testam.* ibi, *quod plerunque faciunt, malignè circa sanguinem suum inferentes iuditium, nouercalibus delenimentis, instigationibusue corrupti*. Ampliùs graues semper lites agitauit cum filio primi matrimonii, cui alimenta denegauit, dùm
136 Vxorem duxisset, & has Puellas suscepisset: Scripturas summo studio occultauit; Adeò vt repugnante Patre, Senatus decreuerit alimenta, referente Mag. olim Patellano, & vnum ex Magnif. Senatoribus ad executionem delegauerit; cum nunquàm ferè sine præceptis exe-
137 quutiuis Pater soluere voluerit; imò, & filio mortuo vetuerit Senatus, ne Auus

has

has puellas ablaticas penes se retineret, vt ex sententia liquet pag.60.

Vrgetque etiam contra heredes, & signanter contra D. Claudium natu maiorem (& qui filios habet) Regula Cassiana *cui bono*; quia occultata hac hereditate fideicommissaria, pinguior fit ad eorum fauorem illa Patris, à qua istæ Puellæ non nisi dotem, vel legitimam
138 habere possunt. Hæc verò Cassiana præsumptio magni fit à doctissimis viris, vt legimus apud *Ciceronem pro sexto Roscio Amerino, & in Miloniana*, vbi ex hac docere conatur Clodium occidendi Milonis animum habuisse, & à *Quintiliano in declamat.* 387. quo etiam respexit *Seneca in Medea actu tertio*, cum ait.

cui prodest scelus,
is fecit.

Ex quibus omnibus, præsumptiuè probata satis remanet, vel existentia scripturarum apud heredes patris, vel occultatio, & sic procedere videtur *textus in l.non ignorabit 4.C.ad exhibendum* cuius litera ita dicit.

Non ignorabit Iudex, si instrumenta tui iuris, quæ penes diuersam partem fuisse probaueris, ab eisdem non exhibeantur, iusiurandi in litem facultatem deferri tibi oportere.

Amplius vbi apparet de dolo here-
139 dum; iuratur in litem, etiam contra ipsos, vt ex *Monterio decis.* 11.

Dolus autem D. Claudii non modo præsumptus, sed realis probatur; quia in illa descriptione creditorum hereditatis paternæ, quàm artificiosè fecit (vt in actis fol. 164.) omisit scienter credita, quæ postea clanculum exegit, & de quibus contraxit; & signanter creditum li-
140 brarum nouem mille contra D. Marchionem Melegnani, quod cessit D. Fagnano pretio libr.6560. vt ex instrumento, quod exhibetur fol.

Quis ergo de malitia dubitet? Profectò in omnem casum semper consuli debet indemnitati harum puellarum iuxtà textum *in l. licet vltima C. de in lit. iur.* vbi *Diocletianus, & Maximilianus*, sic iubent, *licèt aduersus heredes ob non factum inuentarium iusiurandum in actione tutelæ prætermitti placuerit: Iudicem ta-*
141 *men datum velut ex dolo tutorum, alijs inditijs instructum aduersus eos ferre sententiam conuenit.*

Nam arbitrarium semper Iudici est (multò magis Senatui, qui vti Deus iudicat) iuramentum deferre, vel non, vt tradit ad litteram *textus in l.videamus 4. §.iurare autem* in illis verbis, *& quidem in arbitrio Iudicis deferre iusiurandum, nec ne, constat ff. de in lit. iurando.*

Substantia porrò hereditatis dictæ Aloysiæ non solùm in genere probata manet; sed etiam in speice.

Primo scilicet loco ex testamento Io. Baptistę Bossii eius mariti condito anno 1592. quod datur in actis fol.96. in quo
142 instituto sibi herede Io. Petro filio suo, eidem vxori suæ legat vsum domus paternæ, & vsumfructum Clausi, & Horti in loco Castri Azzati, vt fol.98.tergo.

Item ei legat ad vti fruendum *vniuersam possessionem, & bona appellata la Preina, quæ de præsenti tenetur, & laboratur per massarios appellatos li Cambariti.*

Item omnia bona, & iura in locis, & Territorio Vedani Plebis Castri Seprij.

Item possessionem, & bona immobilia vt supra sita in loco, & Territorio Malnatè Plebis Varisij, quæ de præsenti laborantur per appellatos li Cantoni.

Mox subdit testator fol.99. *ita intelligendo, vt præter dictum vsumfructum etiam gaudeat sua dote per me recepta, & ei constituta* (quæ sanè verba vtpote indefinita cōplectuntur totam dotem, non autem solas libras 5921. receptas antequam sponsa, mariti lares intraret) *& sic ipse vsusfructus intelligatur ei relictus*
143 *vltra dictam eius dotem in argumentum suæ optimæ socialis seruitutis fideliter per eam mihi præstitæ.*

Pariter volo, quod eadem vxor mea habeat omnia eius caussa parata, absque alia distinctione, quocunque Statuto, vel lege non obstantibus.

Dictus autem Io. Petrus filius, & heres dicti Io. Baptistæ mortuus est anno 1610. vt ex inuentario in actis fol.62. &
144 ex testamento fol. 90. ita vt finita cohabitatione cum filio per eius mortem, dicto toto vsufructu legato gauisa fit Aloysia separatim viuens, vsque ad an-

num 1629. quo mortua est, vt ex eius testamento fol. 38.

Secundo loco probatur ex dicto testamento Io. Petri filii, in quo legat eidem Aloysiæ matri suæ, & Barbaræ vxori alimenta, vt folio 91. *& vsumfructum omnium bonorum immobilium per ipsum testatorem adquisitorum post mortem patris sui à quibuscumque persona, & per-*
145 *sonis, et ab hodie retro tantùm, et quæ hic pro solemniter descriptis habeantur, vt descripta sunt in instrumentis ipsarum adquisitionum*, vbi cum filiis heredibus habitare non posset.

Quæ verba ideo refero, vt confirmem magis, ac magis scripta per me supra articulo primo nu. 16. & demonstrem post mortem Francisci, qui fideicommissum
146 transuersale constituit, maiorem partem bonorum, quæ nunc rei conuenti possident adquisitam fuisse, & sic dictum fideicommissum restringi ad ipsa bona, quæ indiuidualiter probabunt aduersarii fuisse in bonis Francisci; non autem esse locum præsumptionibus.

Addit deinde testator *intelligendo etiam, vt prater dictum vsumfructum gaudeant earum dotibus, et sic ipse vsuf-*
147 *fructus intelligatur eis relictus vltra dictas dotes suas; pariterq; volo, quod ipsæ mulieres habeant omnia earum caussa parata:* vbi noto verba illa indefinita *gaudeant earum dotibus.*

Tertio loco ex inuentario hereditatis, & bonorum dicti Io. Petri confecto etiã per Barbaram Pusterlam eius vxorem in quo inter debita hereditaria recensetur dos Aloysiæ in summa librarum vndecim mille, vt legitur in actis folio 66. & enuntiatur ipsum instrumentum dotis
148 receptum per Io. Albertum Bosium, quod non reperui in eius abbreuiaturis.

Senatus die 4. Septemb. 1671. iudicauit secundùm hic à me scripta à nu. 142. ad 153. vt apud Eg. Secretarium Gradignanum; scil. dotem Aloysiæ censeri integrè solutam in summa libr. 11V. non obstantibus deductis per fratres Bossios.

Hanc enim assertionem non permisisset, vtique fieri dicta Barbara in damnum Bernardi filii sui, nec iurasset ve-
149 ram esse pro iurauit; nisi vera fuisset.

Quarto loco ex instrumento solutionis librarum 5921. ad computum dictæ dotis Aloysiæ, vt legitur in actis fol. 195.
150 anno vsque 1573. ita vt, attenta maximè idoneitate debitoris, & diligentia mariti creditoris, & iunctis adminiculis vt supra deductis, assertione scilicet mariti, & filii in ipsorum respectiuis testamẽtis, constet plusquam legitimè, & expressè
151 de solutione dictæ totius dotis, iuncta etiam antiquitate temporis.

Circa quod instrumentum, duo aduertenda sunt; primum scilicet, quod dictæ libræ 5921. solutæ fuerunt antequam sponsa traduceretur ad domum mariti; vnde colligitur huius diligentia in exigendo; & sic respondetur argumento, quod debitores pecunias mutuò acceperint: nam cum solutæ fuerint antequam sponsa domo paterna exiret, nihil mirum fuit si mille aureos non habebant ad manus, quamuis à facultatibus bene parati forent; insuper nihil probat hoc argumentum, pecunias anno 1573. non habebant; igitur dotem non soluerunt ab eo anno, vsq; ad alios annos supra triginta.

Secundum, quod pro restitutione huius parcellæ dotalis se in solidum obligauit ibi Franciscus Bossius, qui fideicommissum (de quo supra egi) constituit; ita vt bona etiam fideicommissaria obligata sint puellis.

Quinto loco, quia dum Aduersarii contendunt non satis expressè apparere de solutione restantis dotis, non possunt effugere hoc dilema: aut enim admittere debent totam dotem solutam præsumi (maximè cum versemur in antiquis, & agatur de fauore pupillarum, ad quarum manus nullæ peruenerunt scripturæ, quia omnes in domo DD. Aduersantium remanserunt) & tunc eam reddere debent: aut adhuc negant: & tunc cum Io. Baptista maritus, qui vixit ad annum vsq; 1592. vt ex eius testamento, teneretur exigere à cognatis promissoribus, ideo eius heredes, qui sunt DD. Aduersarii tenentur totam dotem reddere, & militant omnia, quæ supra scripsi *articulo 4. à nu. 68. ad seq.*

Regula igitur nobis suffragatur à fortiori, vt verba quamuis enuntiatiua (quantò magis filii; mariti; & nurus?) probent in fauorem dotis. *Genua de ver-*
152 *bis enuntiatiuis lib. 2. q. 32. Gratian. latè discept. 739.* videndus: concurrentibus maximè coniecturis, *idem Grattan. decis.*

Mar-

Marchia 103.*num*.7.*in addit*. *&* *diſcept*.
362.*num*.7.*Cyriac*. *plures allegans contr*.
29.*num*. 20. & in omnem demum caſum
iuramentum competeret tutrici puella-
rum *Gratian.d.diſcept*.739.*num*.8. *&* 15.
& *per totam*.

Cum igitur ex dictis alimentorum, &
aliis legatis, & ex dicta dote, & aliis eius
cauſſa paratis, quibus omnibus gauiſa
fuit D. Aloyſia ab anno 1592. quo ma-
153 ritus deceſſit ad annum vſque 1629. quo
mortua eſt; & ex hereditatibus fratrum
mortuorum ſine deſcendentibus, quæ
omnes in obſcuro ſunt ex culpa dicto D.
Bernardi, procul dubio conflare potue-
rit ſubſtantiam ſatis pinguem certè, du-
bitare non poſſumus, quin legata facta
per ipſam Aloyſiam ſoluta fuerint de
pecunia, & rebus in eiuſdem hereditate
repertis abſque diminutione eius dotis.

Nec alioquin tàm fatuus fuiſſet D.
Bernardus, vt dum legatum librarum bis
mille nomine filij heredis ſoluit, vt in ac-
154 tis ſol. omiſerit id exprimere.

Cum itaque ex dictis teſtamentis, in-
ſtrumento, & circumſtantijs relatis ſu-
pra, probata remaneat in genere ſub-
ſtantia hereditatis; conſequitur recep-
tiſſima DD. ſententia, vt quantitas, ſeù
valor iuramẽto creditoris liquidari poſ-
ſit in ſupplementum ad *textum*, & ibi
tradita per omnes *DD. in l. admonendi*
155 31.*ff. de iure iurando* (vbi *Gothofredus*
lit.L.) *Muñoz.de ratiocin.c*.22.*nu*.7. *&* 8.
Magon. deciſ. Lucenſ. 20. *in addit. litt. B.*
Rotam Genuæ *deciſ*. 208.*nu*. 2. *Boerium*
deciſ.243.*in fine* *Oſaſch. deciſ*.96. *num*.3.
& alios, qui occurrunt apud *Seraphin.* *&*
Mancinum, qui de iuramento agunt.

Hoc autem iuramentum cum Puellis
deferri non poſſit, deferrendum erit D.
Tutrici, quæ iurare parata erit ad *tex-*
tum in d. l. videamus, verſ. *ſi tamen tan-*
tam affectionem; prætaxata ſi videbitur
per Senatum quantitate, vt in *d.l.§.iura-*
re. Quia cum iuramentum, & in omni-
bus cauſſis, & de omnibus rebus deferri
poſſit *l. iuſiurandum* 34.*ff. de iure iuran-*
do; poteſt Iudex ex animi ſui ſententia
156 arbitrari quantitatem bonorum fidei-
commiſſo ſuppoſitorum, vt in puncto de
mobilibus benè probauit *Peregr.de fidei-*
com.art.35.*nu*.28. & iuramentum poſtea
deferre: Sufficere autem in hoc caſu
præſumptiones, & coniecturas, docet ibi
Peregrinus, & teſtes de credulitate; *ex*
Soc.Sen.conſ.249.*num*.28.verſ.*verùm*; &
vbi ſimus in hereditate antiqua (qualis
etiam videtur aliquo modo eſſe iſta cum
iam 40. anni effluxerint) dicit ad pro-
bandum valorem hereditatis ſufficere
teſtes deponentes de publica voce, & fa-
ma; item de auditu: Et fortiùs probari
poterit quantitas iuramento, quia rei
conuenti totam ſubſtantiam crediti, ab
initio negarunt, vt diſtinguit *Andreas*
Cenſalius deciſ.Lucenſ.13.

Formam autem iurandi tradit *Gotho-*
fredus in notis ad *dictam l.videamus litt.*
*B.*ſcilicet, vel pupillam tali ſumma care-
re non debere, vt *Accurſius* voluit: vel
tutricem ſi eſſet loco pupillæ, ſe tanti
æſtimaturam hanc hereditatem, vt vo-
luit *Bartolus*; vel hereditatem tantum
157 prodeſſe poſſe pupillæ; idque tutricem
certò æſtimare, cum facultates notas ha-
beat, vt voluit *Zaſius*.

Quam praxim approbauit Senatus
in cauſſa Maraſca anno 1654. referente
Ampliſſimo Patellano; dùm iuramento
præſtito à D. I. C. Maraſco, etiam vti tu-
tore D. Cæſaris Nepotis tunc minoris,
cenſuit non eſſe manum apponendam;
dum ego Aduocati munere fungerer in
dicta cauſſa: qui quidem caſus maio-
rem pati videbatur difficultatem, quia
iurauit Maraſcus ſuper negotio geſto vſ-
vſque anno 1611. dùm infans eſſet, &
ſimul pro nepote ſuo iurauit, qui ex per-
ſona patris ſui defuncti, & tanquàm he-
res cauſſam proſequebatur; quia ſcilicet
158 vbi pupillaris ætas generaliter obſtaret
iuramento; tunc ſemper ferè deſtrueret
vniuerſam molem iuramenti in litem
contra tutores à lege dati, vt aiunt *Be-*
rous conſ.124.*lib*.3. *&* *Tomat. de tut. pag.*
97.*nu*.56.

Dixi legitimè, & expreſsè apparere
de dote, vtendo verbis Statuti 455.vol.
1. quia vbi præſumptiones aſſertiones,
& adminicula ſupra dicta concurrunt,
res dicitur expreſſa *Menoch. conſ*.5. *n*.10.
12. *&* 30. *&* 31. & à fortiori *Cyriac. con-*
trouerſ. 207. *num*.11. *cum ſeq*. & faciunt

ſcripta

scripta per *Gayl. obser. 30. lib. 2.* vers. *quo pertinet.*

Enim verò expressum dicitur in iure, non solum id, quod oculis subiicitur, sed etiam, quod ex coniecturis præsumptionibus, interpretatione, mente, ratione colligitur *l. Prator 20.* §. 1. vbi *glossa in verbo expressum, & DD. ff. de noui operis nuntiat. l. licèt Imperator 74. ff. de leg. 1. Petra de fideicom. q. 15. nu. 155. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 1. nu. 8. & de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 9. nu. 9.* latè *Barz. decis. 121. à*
159 *num. 5. ad nu. 14.* tàm etsi expressio pro forma facienda esset, & materia stricta foret, & ageretur de præiuditio tertii, benè *Surd. decis. 254. nu. 38. & seq. Costa de rat. rata q. 106. nu. 2. Grat. discept. 586. num. 43. & 44.*

Vbi maximè additur qualitas, tùm dictæ Aloysiæ Pusterlæ fœminæ nobilis, quæ de familia sua diuite venit in domum Bosiam; tùm ipsius mariti diuitis, & nobilis, & qui sustinuit onera matrimonii tot annos, & quidem honorificè *Peregrin. decis. Patauin. 34. sub nu. 6.* vers. *tertio quia maritus*; *Cyriac. contron. 29. num. 26. & 33.* iuncta ea præsumptione,
160 quod regulariter sine congrua dote non fiunt matrimonia, de qua *Ludouis. decis. 62. num. 4.*

Et quoniam Aduersarius dicebat legatum vsusfructus prædictorum bono-
161 rum à marito factum dictæ D. Aloysiæ resolui in alimenta ex dispositione *Statuti 315. vol. 1.* ita vt alius solus vsusfructus debeatur legatorum à Io. Petro filio.

Respondeo dictum Statutum, vt potè correctorium iuris, & odiosum strictè intelligendum, vt annotauit ibi *Carpanus num. 49. ex Baldo*; atq; ideo non procedere in legato particulari vsusfructus certorum bonorum, vt dixit in puncto *Borgnin. de vsufruct. nu. 47. & 48. et idem Carpanus num. 60. ex Alciato conf. 512. num. 2. & per tot. et ex Gabriel. commun. conclus. lib. 5. tit. de vsufructu conclus. 2. nu. 30. Addo Menoch. præsumpt. 139. n. 17. et 18. lib. 4.* Respondeo etiam obiectum prædictum non procedere vbi ad certum tempus legatum fuit; videlicet quo-
162 usque tantùm vidua steterit, vt in casu nostro *Carp. ibidem num. 61. et Gabr. loco citato nu. 33.*

Et clarum est, quod oppositum Statutum 315. vol. 1. intelligitur de vsufructu vniuersali bonorum mariti; non autem de particulari certorum bono-
163 rum; nam aliud Statutum 295. vol. 1. permittit cuilibet marito relinquere vxori suæ vsque ad quartam bonorum suorum: & sic multò magis vsumfructum certorum bonorum.

Ex his credo plusquam satis apparere de substantia hereditatis dictæ Aloysiæ; atque ideo, ne dum dotem eius in dictis documentis enunciatam restitui debere
164 puellæ heredi, sed pro reliqua etiam substantia hereditatis deferendum esse iuramentum.

Interim verò, auctis iam annis dictarum puellarum, & auctis expensis, augenda etiam sunt alimenta, octo ab hinc annis decreta, vt in actis iamdiu petitum
165 fuit, & latissimè à fortiori firmat *Salgado in Labyrinth. p. 1. c. 25. à nu. 37. ad 44. & à num. 50. ad 56.* vbi refert pulchram *decis. Rota* videndam; iam prouisionales in hanc vsque diem concessæ, absumptæ ferè fuerunt expensis litis, ac instruendo processu, perquirendisque scripturis, & documentis.

Hæc tamen, quibus temporis, & laboris multum impendi, censuræ subiicio &c.

Causa pendet coram Senatu.

Responsum XXXI.

Agitur de assertione receptæ dotis in testamento mariti; & quando hæc sustineatur in vim probationis.

SVMMARIVM.

Veritas in antro Platonis, & in Democriti puteo collocata; & breuitas quando laudata nu. 1.

Confessio recepta dotis in testamento facta regulariter non probat plenè 2. & 3.

Sustinetur tamen in vim legati nu. 4. sed deficit

ficis deficiente conditione nu.5.
Primus maritus odio habere præsumitur secundas vxoris nuptias .6.
Filij prioris matrimonij quasi exhonorantur per secundas matris nuptias 7.
Confessio mariti in testamento plenè probat, si alia concurrant adminicula 8.
Maritus administrator præsumitur sibi dotem soluisse 9.
Tutor prohibetur pupillam ducere in vxorem 10.
Matrimonia de consuetudine non contrahuntur sine dote 11.
Ab alimentorum præstatione infertur ad receptionem dotis 12.
Reciprocum suum *dominium denotat 13.*
Tutor non adhibens consensus à testatore præscriptos ad implicationem dicitur dolosus 14.
Nouerca ethymologia 15.
Pœna tutoris nubentis pupilla 16. 17. & 18.
Vigent etiam nunc nu.19.& seq.
Præceptum testatoris ne filia nubat illi, vel illi, vel non in illo loco valet 22.
Valet pœna indicta vbi filius nubat sine consensu patris 23.& 24.
Assertio mariti in testamento circa dotem, sustinetur in vim probationis 25.
Et quando hæc assertio sustineatur, reiecta qualitate apposita 26.
Conditio quando non sit suspensiua 26.
Nec afficiat substantiam dispositionis 27.& 28.
Dotis solutio coniecturis probatur 29.
Expressè de dote constare quando dicatur 30.
Sententia Senatus nu.31.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Tudebo veritatem
non solùm quærere
(qui omnium Ad-
uocatorum finis es-
1 se debet) sed etiam
inuenire, si per im-
becillitatem ingenij
tantùm licebit; nam eam in antro Plato-
nis, & in Democriti puteo à veteribus
olim collocatam fuisse non ignoro.

Quod si breuitate non vtar, dabunt
mihi veniam PP. Amplissimi; *tunc enim
laudanda breuitas est, cum moras rumpens
intempestiuas nihil subtrahit cognitioni
iustorum* inquit *Ammian. Marcellin. lib.
15. in princip.*

Et in hanc rem pulcherrima verba
sunt *Plinij Iunioris epist.2.lib.6. cum pri-
mùm religioni suæ Iudex patientiam debe-
at quæ pars magna Iustitiæ est. At quæ-
dam superuacua dicuntur? etiam; sed sa-
tius est, & hæc dici quàm non dici necessa-
ria: Præterea an sint superuacua nisi cum
audieris scire non possis.*

Et si igitur D. Aduocatus qui partes
tuetur Domini Io. Baptistæ de Curte
rei conuenti, vtpote in puluere forensi
diù versatus regulam afferat, vt con-
fessio dotis receptæ in testamento facta
plenè non probet ex *celebri glosa in l.as-*
2 *siduis* 12. in verbo *data C. qui pot. in pig.
hab.* & ex congestis per *Manent. decis.*40.
Mascard. conclus. 362. *Hodiern. ad Surd.
decis. 55. nu.8. Sanchez de matrimon. lib.
6. de donat. inter vir. & vxor. disput. 9. n.*
6. & notabiliter per *Baldum cons.* 14. *lib.*
2. maximè cum confessio non sit iurata
3 nec fuerit agnita per vxorem, & cum
augeant suspicionem donationis illa
verba, *quali si leuino dalle mie facoltà.*

Quodque si dispositionem testatoris
4 sustinere velimus in vim legati, iuxta
responsum secundum *Alexandri Impera-
toris in l.3. C. de falsa causa adiecta lega-
to, vel fideicom.* & tradita per *Hodiern. ad
dictam Surdi decis. 55. num. 13. & in l.
Aurelius 28. §. fin. ff. de liber. leg.* tunc ob-
stat quod legatum fuit conditionale, sci-
licet, *in caso che la volesse maritarsi*; ideo-
que cum hæc conditio defecerit, quia D.
Ioanna in viduitate permansit, defecit
quoque legatum iuxta decisionem *Im-
peratoris in l. sancimus 24. C. de nuptijs, &*
5 *Papiniani in l. Titio centum 71. §. Titio
genero* vers. *ante nuptias verò ff. de condit.
& demon. lib.35. tit.1.* cum ibi notatis per
Bartolum, & Castrensem, & traditis per
*Galganet. de condit. & demonstrat. p.2. cap.
6. q.1. n.7. per Cyriac. controu. 251. n.1. cum
seqq. & contr. 35. nu.13. & seq.* & fortiùs
attenta dispositione *Statuti Mediol.* 455.
vol.1. vt nimirum *non sit necesse intelliga-
tur dos nec bona in dotem data, nisi ex-
pressè cōstiterit vel appareat, & legitimè.*

His tamen non obstantibus in hypo-
thesi

thesi nostra ingenuè sentio dotem deberi Reu. de Nigris actori in dicta summa libr. 20V. per testatorem expressa; vnà cum interesse, & moueor tribus rationibus, meo quidem iudicio validissimis.

Prima est quia cum testator de secundis nuptijs cogitauerit, dixit enim *lascio alli miei heredi, che in caso la detta mia consorte la volesse maritarsi gli diano la sua dote, quali sono lire venti mille*; quis sibi persuadeat dotem non fuisse receptam, sed ex mera liberalitate legatam ad hoc vt spe tanti lucri vxor deformis, & annum agens quadragesimum secundū inuitaretur ad secundas nuptias à qui-
6 bus testatores ferè omnes abhorrent *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 19. sub num. 18.* ? certè fuisset hæc

Rara auis in terris alboque simillima coruo.

Altiùs verò se in intellectum penetrat ista ratio, quia si quis contra sentiat, fateatur necesse est testatorem non solùm proposito præmio voluisse suadere vxori vt nouos thalamos quæreret, vtq; viro, defuncto filioq; quem superstitem relinquebat iniuriam inferret (filios si-
7 quidem *ex hoc exoneratos* appellat Imperator in *auth. de nuptijs siue nouell. constit. 22. §. si verò. 23. in princip.* postquam supra in §. *deinceps 20. vers. soluto igitur* contristari dixisset) sed etiam substantias profundere grauando filios ad solutionem librarum viginti mille. Videatur in terminis *Borell. cons. 56. n. 4. 5. & 6.* cuius verba non transcribo, ne longior sim.

Secunda ratio est, quia cum ex testamento Vghi de Putheo patris dictæ mulieris; ex inuentarijs per eundem de Curte factis, licèt imperfectè, & informiter; ex summa legatorum; ex eius qualitate qui in Hispanijs, & apud Indos negotiabatur, & ex alijs pluribus documentis, probationibus, & præsumptionibus exactè recensitis in tota serie facti, liqueat in genere de substantia, & de patrimonio dictæ tunc pupillæ, posteaque vxoris; propterea non possumus de veritate, & sic de probatione dictorum verborum, *quali sono la sua dote* dubitare, minusq; de donatione, aut legato conditionali iustè præsumere.

Siquidem receptum est apud omnes DD. mariti assertionem huiusmodi fac-
8 tam in testamento plenum robur probationis habere, si concurrant adminicula. *Mancin. in tractatu de confessione cap. 8. nu. 11. & 14.* vbi refert decisionem *Rota coram Pania Mascard.* videndus *de probation. concl. 362. nu. 14. Decius* pariter videndus *cons. 536. in causa nu. 10. per tot. Fontanell. de pact. nuptial. claus. vlt. glos. vnica p. 2. nu. 50. Cyriac. contr. 251. Franc. à Ponte cons. 64. nu. 46. lib. 2. Maluas. cons. 98. nu. 12. Bald. in l. vnica sub num. 6. vers. vnde quæritur C. de priuileg. dot. Giouagnon. cons. 26. nu. 17. lib. 2.*

In hoc autem casu tot vndiq; concurrunt adminicula, vt omnis intellectus tranquillè conquiescat.

Primum scilicet, quod constat, vt dixi, de substantia patrimonij dictæ mulieris, saltem in genere, scilicet de mobilibus, mercibus, gemmis, pecunijs, & creditis; ideoq; maritus, qui ante fuit administrator præsumitur sibi constituisse, & solu is-
9 se dictam dotem. *Menoch. præsumpt. 135. num. 12. & 13. lib. 3. Mascard. concl. 1391. num. 18. & 19. Intriglol. decis. 5. num. 37. Costa Sicul. cons. 61. nu. 39. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4. tit. 5. quæst. 178. n. 18.*

Secundum, quod agitur de marito tutore; quali verò tutore Bone Deus? nempe de eo, qui solemne inuentarium non confecit; qui librum rationis non scripsit; qui pupillares pecunias, iuxta defuncti præceptum, non collocauit; qui rationes non reddidit; qui pupillam olim suam, præmortuo eius fratre pupillo, & sorore religionem ingressa, heredem patris vniuersalem effectam duxit in vxorem, sine dispensatione Senatus, sine liquidatione patrimonij, solemnique vlla constitutione dotis, vt vxor in perpetua patrimonij sui ignoratione versaretur,
10 frustra reclamante *l. tutor 15. ff. de sponsal. lib. 23. tit. 1. & l. Senatus consulto 59. ff. de ritu nuptiar. eod. lib. tit. 2.*

Tertium quod vt dixi non præsumitur testator voluisse filijs sui ex duobus matrimonijs damnum afferre.

Quarum ex consuetudine id genus hominum, nempe Mercatorum, non contrahendi matrimonia siue dotibus; quam

quam coniecturam magi faciant *Fontanell.de pact.d. clauf. vlt. glof. vnica p.2.n.*
11 *50.& seq. Menoch. præsumpt.6.n.80 lib.3. Surd. conf. 94. sub num. 29.* adeò vt per hanc donationis presumptio excludatur *Gait. de cred. p.4. quæsito 11. num. 1743. & 1746.*

Eò magis cum Ioanna nulla corporis pulcritudine floreret, quæ tutorem alliceret ad amorem.

Quintum ex diuturna præstatione alimentorum, scilicet per annos 27. *Alex. Trentacinq. conf. 53. num.7. lib.1.* quibus adduntur rheda ad eius vsum parata,
12 vestimenta, famuli ad eius obsequium conducti, quæ omnia iussit etiam post mortem continuari *Peregrin. Patauin. decis. 24. sub nu. 6. vers. tertiò quia maritus Cyriac. controuers. 29. num. 33.*

Sextum ex instrumentis tribus recensitis in facto num. 26. & num. 27. vbi bonorum pupillæ liberationem stipulatus est dictus testator, & renuntiationem deinde hereditatis ad fauorem pupillæ; bona igitur aderant quæ bonus tutor sibi addixit.

Septimum ex instrumento dotis solutæ sorori dictæ pupillæ die 3. Augusti 1621. quod in actis est signatum G. vbi folio 6. annuam præstationem librarum 50. ante à se constitutam auxit ad libras vsque 72. & hinc ergo colligitur adfuisse patrimonium dictarum pupillarum.

Septimum ex æquiparatione dotium restituendarũ; dotis scilicet primæ vxoris, & matris rei nunc conuenti, & dotis dictæ Ioannæ, vt in facto præmisi nu. 35.

Octauum ex forma loquendi qua vsus est testator dum verba ad heredes direxit non ad vxorem, dum inquir *item lascio alli miei heredi che in caso & li diano la sua dote*; ex qua sanè colligimus eum ad exonerationem potius conscientiæ respexisse, quàm ad vxoris conditionem meliorem efficiẽdam; potissimùm si pon-
13 deremus reciprocum illud *la sua*, quod non legatum sed restitutionem importat, & denotat dominum vxoris *l. quintus 27 §. argento ff. de aur. & arg. lib. 34. tit. 2.* ibi *non videtur suum esse quod vindicari non possit*, *Io. Geddaus in commentar. ad l. 239. nu. 9. ff. de verb. significatione lib. 50. tit. 16.*

Nonum ex descriptione librorum mercantilium patris dictæ Ioannæ facta per eundem de Curtis tutorem in instrumento die 25. Februarij 1600.

Decimum ex non facta collocatione pecuniarum, quam testator fieri mandauerat, vt in facto *nu. 6.* ex hac enim omissione dicitur tutor esse in dolo vero, vt à fortiori de tutore qui sine certis consensibus implicationes à testatore præ-
14 scriptas fecerat, probat *Carena resol. 186. num. 3. & seq.*

Vndecimum ex ipso testamento D. Ioannę signato M. in quo vltra onus Missarum sex mille, & librarum mille soluendarum Ecclesiæ S. Bartholomæi, alijs insuper legatis tàm expressis quàm secretis grauauit heredem, vtique enim arguenda esset stultitiæ, si vbi nullam dotem nullumque patrimonium habuisset, summas adeo egregias legasset.

Hic verò silentio præterire non possum quàm iniusta sit querela D. rei conuenti qui Reuer. de Nigris obliquè sugillat tanquam heredi petam, & captatorem huius vltimæ voluntatis, quid enim faceret mulier, quæ agnatis cognatisque carens, vel extraneum sibi confidentem, vel priuignum instituere cogebatur heredem? fuisset isthæc profectò

Prodigiosa fides, & Tuscis digna libellis,

15 vt canit Satyricus, si priuignum heredem nouerca fecisset, cuius ethymologia ab *Herecisco* deducta (teste magno *Scaligero de causis lingua latina cap. 33.*) diuisionem, discordiam, non amorem significat: optimè igitur conscientiæ suæ consuluit dum parochum, *de quo* (vt ipsa in testamento loquitur) *plenè confidebat* sibi scripsit heredem: quamquam ratio quærenda non sit in vltimis voluntatibus, in quibus stat pro iusta ratione ipsa voluntas.

Tertia ratio est quia cum agatur de dispositione mariti olim tutoris, & qui pupillam duxit in vxorem sine dispensatione, & sine redditione rationis, sequitur quod ista vxor possit summam expressam capere ex testamento mariti

omni prorſus ceſſante ſuſpicione,ſiue regula prohibitæ donationis inter coniuges quæ in hoc caſu limitatur.

Sic docuit Marcianus *in l.fin.ff.de leg. 1.lib.30.* cuius verba ſunt. *Si tutor pupillam ſuam contra S.C.vxorem duxit,illa*
16 *quidem ex teſtamento eius capere poteſt; ipſe autem non, poteſt, & meritò; delinquunt enim hi qui prohibitas nuptias contrahunt,& meritò puniēdi ſunt, quod imputari non poteſt mulieri quæ à tutore decepta eſt*;id quod docuit etiam *in l.2.§.per contrarium ff. de his quæ vt indignis lib. 34.tit.9.*

Et Papinianus in l. Præfectus 63.ff. de ritu nuptiar. lib.23.tit.2. ibi *exemplo tamen pupilla nupta tutori, quod relictum eſt poteſt mulier conſequi.*

Silent enim quæ ab *Imola in d.l.ſi tutor*, & ab alijs DD. afferuntur diſtinctiones intet vxorem ſcientem,& participem prohibitionis, ac ignorantem; cum tempore nuptiarum dicta Ioanna vix decimum quintum annum attingeret, & ſciētia huiuſmodi in adoleſcentula non præ-
17 ſumatur; quod eleganter expreſſit *Angelus in d.l.fin.*ibi *non peccauit pupilla &c.*

Prout etiam ſilet obiectum, quod hoc modo melior eſſe videatur conditio mulieris nubentis tutori, quàm nubentis alij viro; quia hoc à legislatoribus introductum fuit non tam ob delictum,& dolum per tutorem admiſſum, quàm in ſolatium mulieris ſic deceptæ; enim verò indignus eſt tutor benefitio legis prohibentis donationem inter coniuges, qui peccauit in legem, matrimonium contrahens cum pupilla ex congeſtis per *Barboſ.Iun.axiom.136.num.21.*

Et per hanc rationem, & per aliam quoque magni momenti quam aſſignat *Calliſtratus in l.libertum 64.§.1.ff.de rit. nupt.*in illis verbis *cum ideo* (S. C.) *pro-*
18 *hibuerit huiuſmodi nuptias* (cum tutore) *ne pupillæ in re familiari circumſcribantur ab his qui rationes eis geſtæ tutelæ reddere compelluntur:* Quam ſane prohibitionem ſaluberrimam vocant *Seuerus,& Antoninus Imperatores in l.p. C. de interdicto matrim. inter pupillam, & tutorem.*

Per has inquam rationes tollitur ſcrupulus an ſcilicet derogare cenſeantur *dicta l.fin.ff.de leg.1.*& alijs concordantibus ius Pontificium, Sacrumq; Concilium Tridentinum tanquam indirectè deterrentibus tutores à libertare matrimonij, & ſic an ſublatæ ſint ſanctiones quæ in conſequentiam veniunt.

Primùm quia leges prædictæ Sanctiſſimæ ſunt quæ dolis, & fraudibus tutorum occurrunt, & pupillarum patrimonia conſeruant (quod intereſt Reipublicæ) adeo vt ipſarum abrogatio illecebram quaſi delinquendi quoadmmodò
19 præberet; ideoq;abrogatæ dici non poſſunt vt tenuit *Cyn.in l.fin.* verſ. *ſed poteſt quæri C.de inter d.matrim. inter pupill. & tutor.& ibi Caſtrenſ.& Baldus Cynum ſequens in l.& ſi contra 6.C.de nuptijs nu.7.*

Deinde quia inter canones nullibi reperiuntur correctæ leges huiuſmodi;ſtare igitur non prohibenter *Barboſ. Iun. axiom.60. num.6. & axiom.136. num.5. & ſeqq.*

Tertio loco quia cum matrimonium ſit, & Sacramentum, & contractus, tam
20 naturalis,quàm ciuilis;licèt de illo,prout Sacramentum eſt, nihil poſſit lex ſecularis ſtatuere; tamen, vt dicebat D. meus I. C. Michael Angelus Sacchettus ex *S. Thoma 4.contra gentes c.87.& 4.diſtinct. 34.q.vnic.art.1.ad 4.*in quantum eſt contractus ciuilis in offitium communitatis inſtitutus, ſubiacere poteſt legis ciuilis ordinationi, nec in quantum eſt Sacramentum reſiſtit laicali poteſtati, cum eius materia ſit etiam contractus ciuilis quàdere, qui plura capit adeat reſponſum duodecimum ſupra in hoc libro impreſſum.

Quartò quia ſententia diſtinguens, recipienda videtur inter pœnam nullitatis matrimonij, & inter benefitia à lege ciuili denegata tutori, & ſignanter *à d.l.*
21 *fin.ff. de leg. 1.* vt nimirum quod attinet ad nullitatem matrimonij, leges ciuiles correctæ cenſeantur per ius canonicum; quod attinet ad dicta beneficia denegata, firmæ remaneant, cum hæc non tangant ſubſtantiam matrimonij, ſed accidentalia tantùm, & dependentia, iuxta theoricam *Bartoli in l.edicimus 7.num.2.* verſ. *reſpondeo Statutum C. de murilegulis lib.11.vbi Alex.litt.E. Bald.in rubric.*

de

de constit. in fin. Paris. cons. 29. *num.*42. *lib.*3.

Quintò quia si validum est præceptum testatoris negatiuum ne filia nubat certo homini, vel certo generi personarum, vel in certo loco sub pœna si con-
22 trafecerit *l.cum ita legatum 63.ff.de condit.& demonstrat.lib.*35 *tit.*1 *Surd.decis.* 30.*num.*29.*&* 30.*Cancer.var.resol. lib.*3. *cap.*7.*num.*284.*Sanchez de matrimon. lib.* 1.*disput.*34.*à num.*35.*ad* 41.*Pone.de matrim. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 17. & alij plures quos omittimus causa breuitatis; cur legi vel Principi non licebit in commune commodum pupillarum, temporalia commoda tutoribus denegare?

Postremò quia in casibus fortioribus, validas esse pœnas filijs nubentibus sine consensu patris statutas *per N.C.Mediolani in tit. de pœn.* §. *matrimonia clandestina*, nec per eas impediri matrimonij libertatem magis communiter tradidere DD.vt leggere est apud *Paschal.videndū*
23 *de viribus pat.potest.p.*2.*cap.*5.*num.*17. *& plur.seq.Thesaur.Iun. qu.for.*70.*lib.*1.*sub nu.*14. *& in fine quæstionis*, & apud *Merlinum Pignatel.controu.forens.cap.*38. *nu.* 12.*&* 13.*cent.*2.*& Calumnum de æquitate lib.*2.*cap.*169.*à num.*64.*vsque ad fin.* vbi plura refert exempla, & condemnationes latas à Senatu nostro Excellentiss.

Dixi in casibus fortioribus, quia in casu nostro non agitur verè de pœna positiuè inflicta tutori; sed agitur de beneficio cessante in odium tutoris, & mariti, & in fauorem, & solatium pupillæ deceptæ; scilicet de cessante effectu legis inualidantis donationem per maritum vxori factam, eaque capace reddenda in hoc casu capiendi ex testamento mariti, qui spontè volensque non coactus, vxori donet, vel leget, & hæc ratio meo iudicio omne dubium remouet, cum nihil prorsus pœnæ positiuè contineat nec tangat, neque per indirectum libertatem matrimonij, quæ est ratio fundamentalis vnica *Concilij Tridentini sess.*24.*de reformat.matrim. cap.*9.*& cap. gemma de sponsal.* cur enim ius ciuile
24 non possit beneficium hoc indulgere pupillæ, quam tutor duxit in vxorem, vt capere possit ex testamento mariti; licèt aliæ vxores non possint?

Ex his igitur tribus rationibus principalibus à me hactenus explicatis, existimo manifestè patere verba illa testatoris, *gli diano la sua dote, quali sono lire venti mille*, tantam vtique vim probationis habere, vt siuè illa in vim confessionis accipiantur, siuè in vim legati, debeat heres in limine cogi ad solutionem huius quantitatis, quam defunctus indebitum liquidum sibi admisit.

Neque enim obstant rationes, & authoritates, quas initio præmisi, allatæ à D.Aduocato rei conuenti; nam illæ procedunt in solo casu, in quo nulla adsunt adminicula iuuantia testatoris assertionem; & insuper non vindicant sibi locum, vt dixi, in marito tutore, & administratore, qui pupillam vxorem duxit, qui est casus noster.

Patet veritas ex ipsa quæ nobis opponitur *decisione Manent.*40.*num.*17.*&* 18. ibi, *quia de dote non constat aliter quàm per confessionem viri*; *ex Marescot.var.lib.* 1.*cap.*48.*nu.*7.*in fine*, ibi *nisi aliter confirmetur, instrumento, testibus vel alia simili probatione*, & pulchrè ex ipso *Baldo* opposito *cons.*14.*vol.*2. vbi per vndecim rationes sententiam eorum confirmat,
qui volunt ex hac testatoris dispositione efficacem oriri probationem debiti, itaut ad eius solutionem efficaciter heres etiā conueniri possit, vt nos contendimus: quamuis enim deinde Baldus dictas rationes studeat euitare; ideò tamen mouetur quia illo in casu nulla aderant adminicula; & nihilominus in fine sic concludit, *suadeo tamen dicto heredi si haberet aliquam scientiam dictæ dotis quod agnoscat bonam fidem, & conscientialiter soluat se ipsum*. Quid igitur Baldus dixisset in in casu nostro? 25

Prout nec obstant verba *quali* (scilicet libræ 20V.(*si leuino dalle mie facoltà*: Siuè quia hæc respiciunt solum modum solutionis dotis, non autem obsunt antecedendi puræ confessioni receptionis ipsius per se stanti, & perfectæ: verè enim duæ sunt ibi dispositiones formaliter inter se distinctæ: scilicet quantitas confessata quæ mandatur solui, & demonstratio modi solutionis, qui propte-

rea non afficit primam dispositionem; Hanc autem demonstrationem ideo testator adiecit quia omnes substantias vxoris cum suis confusas semper habuisse sciebat, nec ad vllam vnquam solemnem dotis declarationem aut segregationem se deuenisse.

Siue quia cum ex supradictis omnibus manu tangatur, hanc qualitatem, *quali si leuino dalle mie facoltà* (vbi ipsam de dote potius à viro constituta, quam de recepta intelligere velit Aduersarius) habere contra se plures, atque plures tùm iuris præsumptiones, tùm facti validissimas à me supra propositas in toto præsenti articulo, ex quibus tutorem verè ex bonis vxoris dictam quantitatem habuisse constat, propterea scinditur in ea parte confessio, & sustinetur,
26 reiecta prorsus superaddita qualitate *Galganet. de condit. & demonst. p. 2. cap. 1. quæst. 73. nu. 11. Cyriac. controu. 35. n. 23. Surd. decis. 258. nu. 6.* vbi *Hodierna nu. 3. & 4.* alios citat.

Nec facessunt negotium, neque conditionem vllam suspensiuam substantiæ dispositionis ponunt illa verba *in caso che la volesse maritarsi*; nam si bene ponderentur, sonant potius in admonitionem quàm in conditionem dum verba diriguntur ad filios *lascio alli detti duoi miei figliuoli, che in caso la volesse maritarsi li diano la sua dote*; & sic adijciuntur exequutioni non dispositioni puræ *Menoch. cons. 251. num. 53.* & ante eum *Socin. Sen. cons. 92. col. 7. vol. 1. Crauetta* videndus *cons. 101. ferè per tot. Grat. discept. 275. num. 23. Laderch. cons. 25. nu. 4. vers. sexta est*, bi, *vt si dies nuptiarum exequutioni non substantiæ legati additus sit.*

Testator siquidem purè professus est debitum dum dixit *li diano la sua dote, quali sono lire 20V.* sed cogitauit casum solutionis euenturum non esse nisi vxor nuberet, cum probabiliter crederet illam permansuram esse in domo vna cum filio quem matri superstitem fore credebat, licèt is ordine mortalitatis turbato prædecesserit matri; hæc verò R. Actorem instituerit sibi heredem.

Et cum hac distinctione respondetur ad *l. sancimus 24. C. de nuptijs, & ad l. Titio 71. §. Titio genero* vers. *ante nuptias verò ff. de condit. & demonstrat. lib. 35. tit.*
27 *1.* nam in his locis conditio nuptiarum afficiebat substantiam legati; in casu autem nostro qualitas hæc designat solum tempus solutionis, & afficit solam exequutionem, & sic legatum transmissibile reddit vt docet *Baldus cons. 286. lib. 3. Gargiar. iun. cons. 29. à num. 3. ad num. 9.*

Eò magis cum illa verba (*quali sono lire venti mille*) ex se perfecta sint, & reganter à proprio verbo *sono*, & sic dispositionem perfectã efficiant formaliter distinctã ab alia, *lascio alli miei figliuoli, che in caso la volesse maritarsi li diano la sua dote*, ly siquidem *in caso* regulatur à verbo *lascio*, vnde non dicitur onus nec conditio respectu substantiæ dotis, cuius
28 oratio verè est separatè perfecta *Sanfelic. decis. 203. nu. 18. Franch. decis. 721. sub num. 1.*

Addimusque vt scrupulum omnem tollamus, quod cum illa verba *quali sono lire venti milla* iunctis adminiculis vndecim (quæ supra in secunda ratione recensuimus) accipienda sint, non simpliciter in vim confessionis vel legati, sed etiam in vim probationis debiti, ideo sumus extra casum dictarum legum, nec est de conditione agendum (& hoc punctum) quia si ex simplicibus coniecturis,
29 & verbis enunciatiuis solutio dotis probatur vt de veriori sententia testatur *Gratian. discept. 362. n. 7. & decis. Marth. 103.* quanto fortiùs in hoc casu vbi tot adminicula concurrunt, quæ dotem verè receptam euincunt?

Silet pariter obiectum desumptum *ex statuto Mediolani 455. vol. 1.* Quia cum agatur de assertione mariti tutoris, & concurrant vndecim adminicula, quæ
30 supra retulimus, satis *expressè*, & legitimè dicitur constare de dote *Carpan. ibidem nu. 76. Menoch. cons. 5. n. 10. 12. 30. & 31.* & à fortiori conferunt scripta per *Cyriac. controuers. 207. num. 11. cum seq.* etiam quia hoc Statutum est ad fauorem viri; cum ergo vir hic confiteatur dotem in summa libr. 20V. cessat obiectum, & probatio manifesta dicitur, quæ per coniecturas euidentes inducitur: *Gayl. obseruat: 30. num. 3. lib. 2.*

Sena-

31 *Senatus referente D. Senatore Carolo Patellano iudicauit dotem petitam deberi cum interesse Reu. de Nigris heredi instituto.*

Responsum XXXII.

Habens facultatem nominandi vnum ex familia, qui in fideicommissum succedat: an & quæ grauamina possit simpliciter imponere nominato: & quid iuris sit si oneret nominatum sub conditione, & dato substituto in casu inadempementi? adornatum *l. vnum ex familia ff. de leg. 2.*

Scribebat vir acutissimi ingenij D. I. C. Franciscus Gemellus.

SVMMARIVM.

Facti species à num. 1 ad 9.
Distinguitur inter conditionem suspensiuam, & resolutiuam num. 10. & 11.
Modus quando inducatur num. 12. & 13.
Nominatum posse grauari, qui negent num. 14.
Qui affirment num. 15.
Qui distinguant num. 16. & 17. & 18.
Nominans tenetur seruare voluntatem eius, qui dedit hanc facultatem nominãdi, cum sit exequutor num. 19. & 21. distinguunt alij num. 20.
Peralta distinctio num. 22.
Reprobatur à Molina num. 23.
Alia distinctio num. 24. & seq.
Explicatur textus in l. vtrum 7. §. cum quidam ff. de reb. dub. *num. 27. & seq. vsque ad num. 36.*
Fideicommissum non debet pendere à voluntate heredis 29.
Necessitas relinquendi quando inducatur manente solo libero arbitrio persona nominanda à num. 35. ad 40.
Necessitas alia præcisa; alia caussatiua nu. 40.
Grauamina contra mentem testatoris imposita per nominantem, & destruentia fideicommissum nunquam sustinentur nu. 19. 43. & 44. & 52. & 62. & seq. 67. & seq.
Substitutio, siue secunda nominatio non tenet, si reiectis grauaminibus prima decurre subsistat num. 45. & seq.
Grauamen à nominante impositum heredi, cur regulariter non subsistat à num. 49. ad 54.
Ratio dubitandi cur saltem onus imponi possit obliquè, & in vim conditionis nu. 55. & seq.
Explicatur l. vnum ex familia *num. 58.*
Reicitur grauamen etiam in conditione resolutiua num. 59. & seq.
Conditio à lege reprobata reicitur, firma manente institutione 64. et seq.
Nominare, instituere, et legare præmij sponsione præcedente prohibemur 67. 68.
Remouetur grauamen à nominato etiam in conditione suspensiua 71. et seq.
Exitus causa num. 72.

RESPONSVM IVRIS.



OBILIS D. Octauianus Franciscus Caccia in suo testamento die 30. Maij 1666. sic disposuit inter cætera.

*Et quia n. qu. D. Capitaneus Franciscus
Caccia à Mandello in donatione facta fa-
uore qu. D. Io. Baptista Caccia à Mandello,
olim dicti D. Testatoris aui paterni reser-
uauit sibi nonnullos effectus, et bona de
quibus disposuisse dicitur in eius præce-
denti Testamento fauore eiusdem D. testa-
toris, & eius filiorum, & descendentium
masculorum; data facultate tàm dicto Io.
1 Baptista, quàm eius filijs, & descendenti-
bus in infinitum masculis tam legitimis,
quàm bastardis, disponendi de tota eius
hereditate in vltima voluntate, modò dic-
tam hereditatem, seu nominationem ex
testamento conferat in vnicam personam
nobilem masculum de parentela, & famï-
lia de Caccijs de Nouaria, & eius distric-
tu, & non aliter.*

*Ideo vbi ex dicto ventre prægnante
2 non nascatur masculus* (nullus porrò
natus

natus est) *& filia fæmina dicti D. Testatoris possent dici incapaces reseruatorum in dicto instrumento donationis facta à dicto D. Capitaneo Francisco, ac dispositorum in dicto eius testamento, vt supra (quod non creditur;) tunc, & eo casu, & non aliter, nec alio modo, dictus D. Testator vtendo facultate sibi à dicto D. Capitaneo concessa, in casu incapacitatis tantùm dictarum eius filia-*
3 *rum, seu dict. Aurelia Maria* (hæc est vnica filia heres, & rea conuentia in hoc iuditio) *succedendi in bonis reseruatis (quod non creditur, & non aliter cum aliter &c.) nominauit, & nominat Egreg. D. I. C. Collegiatum Nouariæ Comitem, & Eqitem D. Iosephũ Mariam Caccıam à Sicciano f. q. nobilis D. Hieronymi, qui in casu tantùm incapacitatis filiarum seu heredum ipsius D. Testatoris: & non nascente masculo ex dicto ventre pragnante vt su-*
4 *pra, succedere habeat in solis bonis, & iuribus per dictum Capitaneum reseruatis, & in iuribus feudalibus dicti D. Capitanei, vbi non nascatur masculus ex dicta D. Anna, & filia dicti testatoris, dictorum iurium feudalium sint incapaces, et non aliter, cum aliter; cum hac conditione, sine qua non, quod dictus I. C. D. Ioseph Maria, nec eius filÿ, ac descendentes in infinitum, non possint nec debeant vllo vnquam futuro tempore, quouis prætextu, iure vel causa impugnare contractus, seu permutationes, ac cambia, nec distractum quorundam*
5 *bonorum, et aliorum iurium, quouis modo factos de bonis dicti D. Capitanei per antecessores præfati D. Testatoris; sed omnibus per eos gestis acquiescere debeat.*

Et vbi dictus I. C. D. Caccia heres vt supra nominatus, vel eius filÿ, heredes, et successores voluerint impugnare dictos quoscunque contractus, et molestare heredes dicti D. Testatoris directè, vel indirectè, mediatè, vel immediatè, vel alias personas, et bona, pro quorum euictione aliqua molestia dictis heredibus inferri possit; tunc, et eo casu, ex nunc prout ex tunc, dictus D. testator reuocauit, et reuocat dictam nominationem dicti I. C. D. Iosephi Mariæ Caccia vt supra factam; et illius seù eius filiorum loco nominauit, et nominat
9 *nobilem D. Aloysium Cacciam Platum filium nob. D. Petri Francisci, quem ore proprio nominauit, et nominat in heredem dicti q. Capitanei Francisci in bonis reseruatis tantùm, vt supra, et in feudalibus, in casibus tamen, de quibus supra, et*
7 *cum repetitis, et expressis conditionibus de quibus supra, quæ hic pro repetitis etc.*

Quamobrem, cum per antenatos dicti D. Testatoris distracta fuerint multa ex bonis subiectis dicto fideicommisso trãsuersali; & insuper redintegrandum sit ipsum fideicommissum de ingenti quantitate mobilium, immobilium, iurium, & pecuniarum, vigore etiam expressæ hypothecæ constitutæ per primum here-
8 dem in fauorem dicti Capitanei fideicommittentis, & ad hæc omnia dictus D. I. C. Caccia heres nominatus agere posse intendat.

Opponunt defensores dictæ D. Aureliæ Mariæ, D. Actorem cecidisse à commodo nominationis, quia de iure implendas esse non credit sibi appositas conditiones à nominante; & petierunt in exceptionibus suis propositis ad libel-
9 lum actoris, *vt prius super hoc puncto præiuditiali cognoscatur*; vndè quæritur an hisce conditionibus, & substitutione in casu inadimplementi grauari potuerit nominatus, & an ijs reiectis, teneat nominatio.

Resolutio quæstionis pendet à duobus.

Et primò, an in his terminis nominans grauare potuerit nominatum, & præcipuè memorato onere.

Secundò verò, an supposito, quod non potuerit grauare simpliciter, sustineatur grauamen per viam conditionis, itaut nominatio, & conditio constituant actum indiuiduum voluntatis, qui in partes scindi non possit.

In proposito autem casu, præmitto, nos nõ versari in conditione suspensiua,
10 cum testator purè nominauerit, deindè prohibuerit, & in casu contrauentionis reuocauerit nominationem, declarando, eam haberi pro non facta; vndè cum ex natura dispositionis priùs nominatus habiturus sit emolumentum, deindè è latere nominati exegerit testator implementum; ideo dispositio est modalis, siuè con-

11 conditionalis conditione reſolutiua. *Ad*
textum in l.quibus diebus 40.§.*Termilius*
*ff.de cond.& demon.*vbi notant *DD. Care-*
*na reſol.*93.*nu.*1.

Et cum conditio non reſpiciat perfe-
ctionem actus, ſed illius reſolutionem,
propterea ſine dubio dicitur reſolutiua,
& non ſuſpenſiua, & interim actus nomi-
nationis dicitur purus ſub conditione
reſoluendus. *Riminaldus iun. conſ.* 244.
*num.*19.*lib.*3.*Gratian.diſcept.*540.*nu.*16.
12 *Clemens Merlin. deciſ.*392.*num.*27. cum
modus, & conditio reſolutiua idem ſint
in effectu, cum vtrumq; ſupponat actum
à principio perfectum in aliquem euen-
tum reſoluendum *Cyriac.contr.*239.*n.*3.
quia modus, & conditio in egreſſu pari-
ficantur.

Niſi autem in hac ſpecie conditio fuiſ-
ſet reſolutiua, cum verſemur in condi-
tione negatiua perpetua, tàm in perſona
nominati, quam illius deſcendentium;
vtique diſpoſitio perpetuò maneret in
ſuſpenſo, donec per mortem omnium re-
duceretur ad impoſſibile impugnatio
13 alienationum, cuius contrarium poſitum
fuerat in conditione nominationis *iux-*
ta textum in l.ita ſtipulatus 115.§.*ſed,&*
ſi ita ſtipulatus fuero.ff.de verb.oblig.Cy-
*riac.contr.*239.*nu.*99.

Potuiſſet autem in effectu teſtator,
hanc conditionem concipere ſuſpenſiuè
quemadmodum faciendo nominationẽ,
vbi per actum expreſſum nominatus
priùs memoraras alienationes approbaſ-
ſet, qui tamen caſus, licèt prima fronte
videretur magis dubitabilis; nihilomi-
nus remaneret ex infra dicendis reſolu-
tus.

Porrò in ea quæſtione, an nominans
poſſit in nominatione addere noua gra-
uamina perſonæ nominatæ vltra appo-
ſita in teſtamento, cuius vigore fit actus
nominationis, non eſt vna omnium ſen-
tentia.

Exiſtimant enim indiſtinctè nonnulli,
nominatum capere ex perſona fideicõ-
mittentis, non autem nominantis; itaut
onera ab hoc apposita nullius prorsùs
ſint momenti *Bardellon. conſ.*101.*nu.*63.
14 *Menoch.conſ.*158.*num.*50.*cum alijs latiſ-*
*ſimè cumulatis per Cyriac.contr.*207.*à nu.*
35.*& contr.*57.*à num.*55.*et contr.*548.*à*
*num.*60.*Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*5.
*gloſ.*8.*p.*5.*nn.*22. videndus *Carpio de exe-*
*cutor. et commiſſar. teſtamentorum lib.*2.
*cap.*19.*nu.*20. vbi alij.

Alij è conuerſo ſentiunt, nominatum
poſſe indiſtinctè grauari; cum durum
15 videatur negare, quin nominans eligen-
do eum, quem poterat non eligere, di-
catur eum honorare, vt latè, & eleganter
*Molina de primogen. lib.*2.*cap.*4.*à nu.*11.
itaut etiam poſſe dicatur in conſequen-
tiam grauare, quia licèt reſtitutio fidei-
commiſſi ſit neceſſaria; non tamen dici-
tur neceſſaria electio nominati, quæ om-
ninò ex nominantis arbitrio pependit.
*Socin. iun. in l. cum quidam num.*10.*ff.de*
*reb.dub.Cam.Medices in conſ.*38.*num.*20.
et ſeq.

Diſtingunt alij inter eum cui graua-
men adiectum fuit ab illo, qui de pro-
prio nil reliquit heredi; & eum, qui ha-
buit à nominante aliquid æquiualens
16 grauamini appoſito in nominatione; ita-
ut in tantum grauare poſſit in fideicom-
miſſo, ſub quo cadit nominatio; in quan-
tum nominato de ſuo relinquit, quæ de-
ciſio fundatur *in L.Vnum ex familia* §.
ſed ſi fundum, ibi *dixi, ita demum peti*
poſſe, ſi præterea tantum ei relictum ſit,
quod fundi pretium efficiat ff. de leg. 2.
Gamma deciſ. 70. *nu.*2. vbi ita iudicatum
*Caldaſ. de Emphiteuſi lib.*3. *cap.*17. *nn.*6.
*Sanleger.reſ.Ciuil.*50.*num.*37. *et trib. ſe-*
*quen. Molina de iuſtit. et Iur. diſp.*592.
*num.*5.

Quæ tamen opinio patitur declara-
tionem, vt ſcilicet æqualitas inter gra-
16 uamen, & relictum de ſuo à nominante
tunc tantùm ſit attendenda, quando
vtrumque recipit functionem in eodem
genere, non autem ſi grauamen fuerit de
reſtituenda ſpecie; relictum verò pecu-
niarium, quia tunc toleratur inæquali-
tas, dum heres videtur tanti rem, in qua
grauatus eſt, æſtimare. *L. Sed ſi non ſer-*
uus, ibi, *Et nihilominus cogetur manumit-*
tere, quia tanti videbitur aſtimaſſe ſer-
uum ſuum ff.ad L.Falcid. l. Imperator §.*ſi*
centum ff.de leg. 2. cum alijs in propoſito
ponderatis per *Caldaſ.d.cap.*17. *num.*21.
vbi latè proſequitur.

Sunt

Sunt autem alij, qui distingunt inter personas, quarum fauore impositum fuit grauamen; quia vbi grauamen impositum sit inter eos, super quibus cadebat electio; dicunt sustineri; quia sicuti fideicommissum poterat directè distribui inter ipsos subiectos nominationi;
18 ita potuit nominans indirectè distribuere, vel in tempore, vel alio modo sibi bene viso *Cancer. var. resol. p. 3. cap. 7. nu. 119. & seq. Fusar. quæst. 511. de substit. num. vlt.* vbi alios allegat *Fontanel. decis. 467. à nu. 12 Sanleger. res. 50. num. 35. & seq. Addens ad Molinam de primog. cap. 4. lib. 2. nu. 10. vers. Hac præsens conclusio.*

Intelligendo tamen vbicunque non repugnat voluntas testatoris, quam nominans, tanquam eius executor, seruare
19 tenetur *Fontanel. vbi supra num. 9. & 10.* vndè distingunt DD. aut voluit testator simpliciter bona in familia conseruari; & tunc licèt plures nominare, etiamsi testator de pluribus non meminerit, siuè totum vni relinquere; aut testator voluit, bona in vnico residere debere, seu distribui inter plures; & tunc omninò illius voluntati parendum esse, itaut arbitrium nominantis restringatur ad casum, quo non constat de voluntate testatoris implicitè, siue explicitè. Ita eleganter *Molina de primogen. lib. 2. cap. 4. à num. 55.*
20 *Fusar. quæst. 308. à num. 8. Castill. contr. lib. 6. cap. 121. num. 55. Addens ad Molinam vbi supra sub num. 55. Fontanell. vbi supra num. 10. & 11.* vbi ita meminit iudicatum *Petrus de Luna in cons. diuers. Siculorum cons. 35. num. 25.* ita vt ad effectum excludendi arbitrium heredis, bona inter plures distribuendi, sufficiat, siuè testatorem imposuisse nominando onus assumendi illius insignia *Fusar. d. quæst. 308. num. 13.* siuè prohibuisse detractiones *idem ibidem nu. 16.* siue aliter tacitè apparere posse de illius voluntate per coniecturas.

Ex quibus perspicuum fit, quando agitur de grauamine, semper supponi, vt illud sit cum dispositione testatoris compatibile, quia non licet nominanti in
21 executionem facultatis à testatore attributæ, certam illius voluntatem violare argumento *l. ab executione C. quorum appell. non recip. l. ab executore ff. de appell.* & quia fines mandati diligenter custodiendi sunt, quia quidquid excedit fines mandati, est extra terminos validitatis. *L. 1. ff. mandati.*

Rursus distinguit *Peralta in d. l. vnum ex familia §. sed si fundum sub n. 9. & 10.* inter commodum pecuniarium, & honorificum; negans primum iniungi posse nominato, qui commodum hereditatis sentit à testatore, & non à nominante; admittens autem secundum, dum testa-
22 tor maximam confert prærogatiuam, & honorem nominato, eum cæteris præeligendo; proinde illi imponere posse testatorem grauamen honorificum, puta assumendi illius insignia, vt ità beneficij ad beneficium, & honoris ad honorem detur apta retributio.

Sed hanc distinctionem latissimè reprobat *Molina de primogen. lib. 2. cap. 4. à num. 19.* quia nominatio de actus natura, fieri debet gratis; ideoque grauamen non subsistit, siuè sit pecuniarum, siuè
23 honorificum, & siuè sit æstimabile, siuè inæstimabile. *Castill. tom. 5. cap. 161. n. 6. Salcedo de repræsentatione lib. 3. cap. 19. num. 63. Sesse decis. 55. nu. 13.* cum alijs, quos sequitur *Gilman. della Motta in addit. ad Molinam,* vbi supra *à nu. 10. ad 22.* vbi quod hæc sententia est verior, & communiter in iudicando recepta. *Molina de Iust. & Iur. disp. 562. nu. 5.* vers. *quia verò. Carpio de Executorib. lib. 2. cap. 19. à nu. 22.* vbi de veriori.

Cæterùm, & postremò alij pressiùs ad rem nostram distinguunt inter eam nominationem, vel electionem, quæ fit ab
24 eo, qui iussus est eligere certum de incertis ad hereditatem testatoris, & eam nominationem, quæ fit ab habente facultatem, sed non necessitatem nominandi; vt scilicet primo casu grauamen apponi nequeat, cum eligens aliud de proprio non contribuat, quam simplicem declarationem personæ, & in his terminis procedat, *Textus in d. L. vnum ex familia;* ex cuius verbis apparet, heredem grauatum fuisse, vnum ex familia ad successionem eligere; Secundo verò casu; quando scilicet agitur de habente facul-
25 tatem, sed non necessitatem nominandi;

tunc

tunc grauamen imponi possit, cum pendeat ab eius arbitrio nominationem facere, vel non facere; itaut fideicommissum respectu nominati, videatur quasi substantiam recipere à voluntate nominantis; qui propterea sicuti plenissimam liberalitatem exercet, ita potest omne, & quodcumq; grauamen adijcere, plenè *Fusar. de subst. q.511. num.1. & 2.* vbi alios cumulat; egregiè *Peregrin. decis. 106. num.* 3. quasi in his terminis nominatus dicatur capere magis ex voluntate testatoris permissiua, quàm dispositiua. *Fusar. vbi supra num.*3. post *Peregrin. d.*
26 *num.*3. vbi eleganter *Sanleger d. resol.*50. *num.*41. & tribus sequentibus, vbi quod ita fuit iudicatum, *Surd. cons.* 29. *nu.*18. exquisitè *Redenasc. cons.*33. *à nu.*1. *ad* 5.

Quæ distinctio, quod ad secundum membrum facere videtur contra nominatum, & probatur ex textu *in L. Vtrum 7. §. cum quidam. ff. de reb. dubijs,* vbi respondet *I. C. cum quidam pluribus heredibus institutis, vni fideicommisisset, vt cum moreretur, vni ex coheredibus, cui ipse*
27 *vellet, restitueret illam partem hereditatis, quæ ad eum peruenisset; verissimum est vtile fuisse fideicommissum; nec enim in arbitrio eius, qui rogatus est, positum est, an omninò velit restituere, sed cui potius restituat; plurimùm enim interest, an in potestate eius, quem testator obligare cogitat, faciat, si velit dare,* an post necessitatem dandi *solius* distribuendi *liberum arbitrium concedat.*

Ex quo quidem egregiè probatur, quod quando arbitrium respectu nominati, nedum residet in nominante respectu personæ nominandæ, sed etiam respectu substantiæ nominationis, quam de
28 necessitate facere non tenetur, tunc nominatus dicitur habere fideicommissum pleno iure à nominante, & dispositiuè, non autem permissiuè, aut approbatiuè, itaut teneatur etiam onus ab eo impositum subire.

Verùm dispositio dicti textus non refragatur speciei nostræ; ibi enim ideò
29 dubitabatur de fideicommisso tanquam captatorio, quia videbatur positum in voluntate heredis, an ipse vellet restituere, nec ne; itaut fideicommissum con-
29 tra regulas iuris penderet ab illius voluntate (quod non permittitur *L. fideicommissa 11. §. quamquam 7. ff. de leg.* 3. *L. Senatus 43. §. legatum 2. ff. de leg.* 1.) vnde I. C. respondet, aliud esse grauare aliquem onere restituendi, si voluerit, aliud autem cui voluerit ex certis, ideoq; cum testator posuisset in arbitrio grauati personam, cui fieret restitutio, sed non substantiam restitutionis, fideicommissum valere; ex quo illud tantùm infertur, quod vbi in arbitrium heredis positum fuisset restituere, vel non restituere; tunc
30 deficeret fideicommissum, & consequenter quidquid peruenisset in coheredem ex successiua electione, id totum ex voluntate nominantis peruenisse videretur, qui propterea tanquam in re sua potuisset grauamen adijcere.

Attentè igitur aduertendum erit, loqui Textum, vbi facultas restituendi data est heredi minimè grauato præcedenti fideicommisso, qui sicuti abstinendo à
31 nominatione, posset in se bona retinere; ita nominando, & per nominationem ea transferendo, plenissimam liberalitatem exercet (vt in materia emphyteusis hos terminos optimè distinguit, materiam declarando, *Molina Theologus disp.* 480. *col.* 6. *per tot.*) & tanquam disponens de re propria, potest ad eius libitum grauamina adijcere; ita vt tunc tantùm intret dispositio illius textus, quando bona, non facta nominatione, fuissent apud nominantem pleno iure remansura, vt be-
32 ne suo more explicat *Hieronymus Palma in cons.*62. *num.*16. *& infrà*; & in his terminis procedunt doctrinæ ex aduerso allegatæ, quæ diligenter ponderandæ sunt, & præsertim decisio *Peregrini*, quæ
33 similis admodum videtur speciei nostræ, dum ibi heredi decedenti intestato substituta fuerat Religio, itaut prima facie videretur agi de bonis, quæ omninò restituenda fuissent, etiam nominatione non facta: verùm considerat doctè Peregrinus, quod licèt in casu intestati heres esset grauatus restituere Religioni, tamen in casu testati non erat iussus facere electionem, aut erga alios fideicommisso grauatus; ita vt cum posset testator, condendo testamentum excludere

vtrumque, & de bonis ad libitum dispo-
nere, proindè nominando transferebat
34 bona in nominatum, non quidem volun-
tate dispositiua defuncti, sed permissiua,
& relictum recipiebat substantiam ex
nominatione.

Licèt verò hæc traditio non videatur
omninò tuta ex traditis in oppositum
per *Ripam in L. Ex facto nu. 17. ff. ad Tre-
bellian.* vbi voluit per hæc verba: *Volo vt
35 filius meus, si sine liberis decesserit, possit
vnum ex fratribus suis heredem facere*:
censeri inductam necessitatem relinquē-
di, saluo arbitrio circa personam, cui fa-
cienda sit restitutio; cuius sententiæ fuit
etiam *Bald. in l. Vnum ex familia §. si de
falcidia ante nu. 1. ff. de leg. 2.* quos in pro-
posito adducit, & comprobat *Cyriac.
contr. 548. à num. 10.* vbi quod verbum
potest in proposito, ratione adiuncti, &
subiectæ materiæ importat necessitatem.

Et in sententiam prædictam transeunt
quotquot DD. in oppositum allegaui-
mus, si attentè legantur; *Sanleger* enim
supponit fuisse in potestate habentis ele-
ctionem disponere de bonis, ad quæ fac-
36 ta fuerat nominatio, & ita loquuntur al-
legati à *Fusar.* & ipse *Fusar. in dicta q.
511.* & clariùs omnibus *Redenasc. d. cons.
33. num. 3.* quæ assertio probatur mani-
festè ex *Textu in d. l. Vnum ex familia. §.
si de falcidia.* ibi: *Nec enim facultas ne-
cessaria electionis propria liberalitatis be-
neficium est, quid est enim, quod de suo vi-
detur reliquisse qui, quod reliquit, omninò
restituere debuit?*

Ex his omnibus sic discussis, clarissimè
apparet, totam vim decisionis in eo resi-
dere; an nominans potuerit in defectum
37 nominationis de bonis disponere, an ve-
rò ea esset nihilominus grauatus resti-
tuere; non verò in eo, an grauatus fuerit
nominans facere nominationem.

Quod probatur euidenter, quia duo
arbitria possunt considerari in persona
nominantis; vnum respectu personæ no-
minandæ, aliud verò respectu bonorum
in quibus succedit nominatus; primum
non sufficit ad hoc, vt nominans possit
38 grauare, cum illud consideretur etiam
in terminis *L. Vnum ex familia* in quibus
licèt grauamen sit certum, arbitraria ta-
men est electio personæ, ergo facultas
grauandi pendet ex arbitrio, & facultate
circa bona, & consequenter, vbi nomi-
nans est grauatus restituere alijs, etiam
in casu non factæ nominationis, tunc
nominatus recognoscit bona à fideicō-
mittente, siuè mandauerit testator elec-
tionem præcisè; siuè dederit facultatem
eligendi, vndè circumspectè, vt par fuit,
39 se habuit *Redenasc.* qui in casu suo funda-
uit, eum, qui alienauerat in vnum de fa-
milia, habuisse plenum arbitrium, tàm
circa personam, quàm circa ipsam rem.

Verius itaque est, nos versari in casu
decisionis dicti Textus *in L. Vnum ex fa-
milia*; dum ibi necessitas eligendi non
est præcisa, quæ heredi imponi non pos-
40 sit (vt supra dixi vers. *verùm dispositio*
& alibi,) sed causatiua; ne alioqui no-
minatione non facta, moriens cogatur
restituere omnibus de familia, siue alijs,
iuxta in testamento eo casu disposita,
vt in terminis ponderat *Ruin. in cons.
116. num. 15.* vers. *quandoque verò inter
viuos lib. 2.*

Vnde cum in casu nostro vrgeret D.
Octauianum necessitas faciendi nomina-
tionem, ne scilicet succederet ille, quem
sors iacienda prætulisset, quemadmodū
in casu *dictæ Legis Vnum ex familia*; vbi
peregregiè ad propositum nostrum *gloss.*
in verbo *Necessaria*; propterea videtur
facta ex motiuo necessitatis, prout in
terminis dictæ Legis.

Semper enim retinendum erit ob ocu-
los iaciendam fuisse sortem inter Voca-
41 tos à Capitaneo Francisco fideicommit-
tente; vbi nominatio facta non fuisset
ab Octauiano vltimo possessore.

Sed vtcumque sit; vbi etiam dici pos-
set maiorem liberalitatem exercere no-
minantem, vbi non habet necessitatem,
sed facultatem nominandi; id in præsenti
obijci posset, vbi fortè appositum gra-
uamen non esset illius naturæ, quæ repu-
gnaret integræ transportationi bono-
rum in nominatum, sicuti expresè dis-
posuit testator.

Et iste casus valdè distat à specie pro-
posita per Peregrinum, ibi enim non fa-
cta nominatione, poterat testator de il-
42 lis bonis testando disponere, quod non

po-

poterat Octauianus in casu nostro, in
quo in omni casu grauatus erat onere
fideicommissi erga eum, quem sors elegisset
vt supra dixi.

Ex quibus patet, quod quamcumque
in proposito amplectamur opinionem,
nunquam sustineri poterit validitas istius
grauaminis, quod est repugnans of-
43 fitio nominantis, & naturæ nominationis;
quod iniunctum fuit, nihilo in eam
causam heredi relicto, & fauore incapacis
successionis fideicommissariæ, quodque
apertè repugnat menti testatoris, &
emanauit in manifestam fraudem mentis
testantis, & tendit ad euersionem totius
fideicommissi; vnde tanquam per fraudem
appositum ab eo, qui tanquam honoratus
à testatore debuerat obsequi illius
voluntati, & plenissimè illius iuditium
exequi, nullo pacto subsistere valet
dum ex eo scinderetur hereditas in frusta:
sequeretur alienatio in extraneos,
& perpetua exinanitio fideicommissi, à
quibus tam enixè abhorruit fideicommittens,
& cuius contrarium toties in
44 eius testamento mandauit.

Id quod pariter dictum volumus de
pœnali substitutione alterius personę facta
per Octauianum, in casu quo I. C.
Caccia nominatus, onera, & grauamina
imposita non subiret; nam cum prima
nominatio (reiectis grauaminibus) sustineatur;
patet non esse locum secundæ
nominationi *c.consideramus c.auditis ex-*
45 *tra de elect.Baldus cons.*238.*num.*3.*lib.*1.
etiam quia facta semel electione, quæ
trahit secum exequutionem, amplius variare
non licet, vt explicat *Bartolus in l.*
apud Aufidium 20.*ff. de opt. legata*; quæ
conclusio probatur ex verbis *d. l.mutare*
voluntatem eum non posse, quia omne ius
legati prima testatione, qua sumere se di-
xisset, consumpsit; quin etiam res continuò
eius sit, simul, ac dixerit eam se sumere;
46 quæ verba Labeonis applicantur casui
nostro; nam cum in electione D. I. C.
Caccię facta per Octauianum, consumpta
sit iussio testatoris; & electione peracta,
statim in electum transiuerit ius fideicommissi;
non potuit mutare voluntatem
elector in electi præiuditium, cui ius
adquisitum fuit. *l. nemo potest* 75. & ibi
Maynerius ff. de reg. iur. Et quod prima
sustineatur electio, probatur etiam *ex l. si*
is cui 19.*ff.de leg.*2. *ex l.serui electione* 5.
*ff.de leg.*1. *vbi Bartolus, & ex Romano in*
47 *cons.* 492. *in casu proposita consultationis*
*num.*4.

Et sanè dum testator iubet terq; quaterq;
totam, & integram hereditatem
suam peruenire in vnicam personam;
quis ferat? quæ ratio moralis dictat? vt
hoc medio substitutionis pœnalis eludi
possit sic per indirectum ista voluntas?
quis patiatur, vt nominatus, vel onera
48 impleat, ne alioquin hereditatem perdat;
aut vt hereditatem diuidat? Siquidem
in hac hypothesi nostra, si admittantur
conditiones, & onera, tunc bona
fideicommissaria, quæ plura alienata fuerunt,
remanebunt perpetuò penes tertios
possessores, & extraneos; nam si I. C.
Caccia nominatus actionem aliquam
moueat; audiet illicò sibi responderi, non
posse eum oppugnare contractus, & alienationes,
quas ratas, & firmas esse voluit
Octauianus. Apage igitur hæc absurda;
Apage hæc grauamina, & hanc euersionem
fideicommissi, & voluntatis testatoris.

Quando autem agitur de habente simpliciter
facultatem nominandi, & onus
iniunctum non repugnat voluntati testatoris,
variant DD. in assignanda ratione,
cur grauamen non subsistat, dum plurimi
putant, hoc ideò euenire, quod facta
nominatione succeditur fideicommittenti,
& non nominanti, qui nudus minister
est in declaranda voluntate defuncti,
quod satis clarè probari videtur ex
49 *Textu in L.Vnum ex familia* §.*si de falci-*
dia, ibi: *Non enim facultas necessaria ele-*
ctionis propria liberalitatis benefitium est:
Vnde cum nominatus videatur capere à
testatore, non autem à nominante, qui
nil de suo contribuit, hic consequenter
grauare non potest, vt tradunt Scribentes
in dicto §. *si de falcidia*. *Bardell. cons.*
101.*à nu.*63.*Cyriac.contr.*207. *à num.*35.
50 *Molina de primogen.d.cap.*4.*nu.*5. *Menoch.*
*cons.*158.*nu.*50.*Cyriac.contr.*548. *nu.*51.
& seqq.Caldas.Pereira de nominat.ad em-
*phyteus.p.*3.*cap.*17.*n.*12.cum quibus transit
torrens ferè omnium Doctorum.

Verùm alijs non placet hæc ratio, quia cum necessitas restituendi sit respectu substantiæ, facultas autem respectu personæ; negari non potest, quin habens facultatem nominandi dicatur benefitium conferre nominato, cum cæteris in nominatione præferendo, cui non resistit necessitas restituendi stante arbitrio heredis circa electionem personæ reseruato; neq; enim videtur simplex executor voluntatis testatoris quod ad omnia, sed executio versatur in restituendo; in
51 eligendo verò cum liberum sit illius arbitrium, euidens est, eum liberaliter se habere, dum illud, citrà quod succedi non poterat, fauore nominati dispensauit, vt subtiliter ratiocinatur *Molina d. cap.4.à nu.11.infrà*, vbi latissimè. *Valasc. decis.27.num.9.* ad exemplum Episcopi benefitium conferentis, qui licèt ex necessitate offitij teneatur ad collationem benefitij, tamen illud vni potius, quàm alteri conferendo, dicitur gratiam facere, & liberalitatem exercere, vt prosequitur *Molina ibidem sub num.13.& 14.* ideoque tenent, ex alio respectu nominatum grauari non posse, quia honor, & prerogatiua actus nominationis talis est, vt de natura sua nõ recipiat onus, & gra-
52 uamen à nominante, & quia cum intentio tribuentis Ius nominationis sit, vt illius hereditas tota, & integra in nominatum perueniat, vt in casu nostro; proindè non debet esse in potestate nominantis per adiectionem onerum eam imminuere, vt considerat *Molina Theolog. de Maioratu disp.592.num.6.* Quam esse veram decidendi rationem *ad textum in d. §.sed si fundum*. latisimè tuetur *Molina d. cap. 4.num.19.& cap.seq.à nu.30.* vbi egregiè *Valasc.* vbi supra. *Addens ad Molinam d. cap.4.sub nu.10.*vers.*siquidem tenetur eli-*
53 *gens. Molina de maioratu quæst.592.nu.6,* & cum his *Fabius Capycius Galeot. contr. lib.2.cap.34.nu.33.& 34.* Quod probatur ex verbis Textus in d. l. Vnum ex familia: *qui quod reliquit, omninò reddere debuit*: non enim omninò redderet, si sustineretur grauamen; quia nempè res re-
54 stituenda valeret minus ob onus impositum *l. 1. §. si heres precepto fundo ff. ad Trebel. Iason.& Ripa in l.fundi partem ff. de contrab. empt.*

Benè autem doctisimus *Gothofredus* in notis ad dictam *L.Vnum ex familia*, sic ait ex Baldo: *Electus non dicitur adquirere ius ex electione, sed ex testamento, ex quo procedit electio; & ideò in ratione legis falcidia non inspiciuntur vires patrimonij eligentis, sed testatoris.*

Quod attinet ad secundam quæsiti partem, an grauamen, quod imponi non potuit directè, iniungi potuerit per viam conditionis, videtur respondendum af-
55 firmatè.

Quia cum nominatus non posit succedere, nisi per actum nominationis, qui est causa instrumentalis succesionis, neque habere posit fideicommissum finè voluntate saltem permissiua habentis facultatem nominandi, qui actum nominationis subordinauit prædictæ conditioni; & qui eatenùs permisit nominato succedere, quatenus conditionis ab eo appositæ obsequatur, ita vt conditio, & nominatio constituere quasi dicantur vnicum actum voluntatis indiuisibilem; propterea omnis succedendi aditus nominato præclusus videtur, nisi conditio-
56 ni pareat, & repugnando præcepto per viam conditionis iniuncto, & hereditatem petendo nititur actum indiuisibilem nominationis in partes scindere, & aspirare ad fideicommissum contra voluntatem illius, per quam solam poterat fideicommissum habere.

Secundo facit textus *in l. cum patronus*, cum ibi notatis *ff. de leg. 2.* vbi grauamen, quod non potest imponi seruo super legitima patroni, sustinetur vbi
57 fuerit impositum per viam conditionis, vt obseruat *Pereira de nominat.ad emphyteus.par.3.cap.17.nu.9.& duob. seq.* vbi in terminis nominationis ad emphyteusim recenset opinionem *Emanuelis Costa* vt nominas, qui directè grauare non potest, posit grauare indirectè per viam conditionis, & eius fundamenta expēdit.

Verùm his non obstantibus contraria sententia sine dubio est vera, grauamen scilicet à nominante imponi nón posse, neque per viam conditionis.

Quia retento, quod nominatio in his terminis non recipiat grauamen ex pro-

pria

pria actus natura, vt latè fundant *Molina*
de primogen.lib.2.cap.4.à nu.19. & cap.5.
58 *à num.* 30. vbi latè addentes, & *Molina*
Theolog. diſput. 592. vbi eleganter pon-
derat textum *in dicta l. vnum ex familia*
§. ſi de falcidia, in illis verbis: *qui quod*
reliquit, omninò reddere debuit, ponde-
rando verbum *omninò importans*, quod
hereditas reſtituatur integrè, & liberè,
ſine aliqua diminutione, grauamine, ſeù
compenſatione, ſicuti eſſe de natura il-
59 lius dictionis obſeruat *Barboſa diction.*
240. *nu.9. &* 10. cum alijs ſupra adduc-
tis, ita vt actus nominationis, quòd ad
hoc, æquiparetur legitimæ omne graua-
men de natura ſua reicienti ad Textum
in L. Quoniam in prioribus. C. de inoff. te-
ſtam. ſequitur, vt quemadmodum graua-
men apponi non potuit directè, ita ne-
que in vim conditionis, ex *reg. L. Seius,*
& Augerius ff. ad L. Falcidiam vbi Bart.
& alij: atque ideo circumſcripta condi-
tione firma maneat nominatio, ex quo
argumento ita quæſtionem in puncto
determinat *Caldaſ. de nominat. ad emphy-*
teuſ. p.3. cap.17. n.14. vbi reſpondet con-
trariis, & ſatisfacit argumentis *Coſta*, vt
ibi latè videri poteſt.

Et in terminis conditionis reſolutiuæ,
in quibus propriè verſatur ſpecies noſ-
tra (loquitur enim Caldaſ. in conditione
ſuſpenſiua) conditionem reici, firma
60 manente nominatione, tradit *Molina de*
primogen. cap.4. nu.21. circa finem.

Qui termini conditionis reſolutiuæ
longè differunt à ſuſpenſiua, quòd ad
propoſitum, in quo faciliùs reicitur hæc
conditio, non tantùm, quia poſtquam
grauatus purè fecit nominationem ſuc-
ceſſoris in fideicommiſſo, & ita explicuit
voluntatem ſuam, quòd ad perſonam
ſucceſſoris, functus eſt offitio ſuo, nec
poteſt vlterius adimere hereditatem,
quam nominatus recognoſcit à teſtato-
re, & non ab ipſo, cui quidem fuit attri-
buta facultas in dando, & non in adi-
mendo, de quo faciliùs dubitari fortaſſe
poſſet in conditione ſuſpenſiua ſuſpen-
dente actum nominationis, donec fuerit
purificata, citrà quam nominationem
nominatus fideicommiſſum habere non
poſſe videretur; vndè cum conditio re-
61 ſolutiua, & modus parificentur ad notata
in d. L. Quibus diebus §. Termilius, de con-
dit. & demonſt. & vt probauimus ſupra in
principio, ideo quidquid prædicatum
fuit ſupra de inſubſiſtentia onerum ap-
plicatur etiam conditioni reſolutiuæ.

Sed etiam, quia ex alio capite in con-
ditione reſolutiua res eſt in claris fauore
nominati; quia quando hereditas, vel
legatum datum eſt purè, aliquo onere
iniuncto heredi, vel legatario, ſiuè ei fac-
ta aliqua prohibitione, eoque vel onus
non implente, vel contrafaciente prohi-
bitioni, relictum adimitur; tunc hæc
ademptio dicitur pœna, etiam ſi onus
non fuiſſet adiectum per viam præcepti
iuxta elegantiſſimam deciſionem *Surdi*
62 *ſeptimam à num. 7. vſque ad finem*; quæ
pœna, quando præceptum, ſeù prohibi-
tio erat impoſſibilis, ſeù iniuſta; ſiue de
iure, ſiue de facto (vt in hoc caſu, in quo
fideicommittentis voluntas deſtruere-
tur) tunc dicitur in fraudem legis pro-
hibentis impoſita, & conſequenter per ſe
corruit. *L. 1. ff. & C. de his, quæ pœna no-*
mine Molina de primogen. lib.2. cap.12. nu.
32. vbi plures ad hoc leges adducit, plenè
Surd. memorata deciſ.7. à num.1. vſq; ad 4.
63 *Ruin. conſ.20. lib.2. Fuſar. de ſubſtitut. q.*
503. *num.46. Mariſc. inter contr. Andreol.*
contr.350. nu.23.

Præterea etiam in diſpoſitione condi-
tionali conditione ſuſpenſiua, quando
inſtitutio emanauit ſub conditione de
Iure reprobata, tunc corruit conditio,
firma manente inſtitutione, quæ habe-
tur, perindè ac ſi eſſet pura. *L. ſi quis ſub*
64 *conditione vbi Bart. & Caſtrenſ. ff. de cond.*
inſtit. quia conditio, quæ eſt contra le-
ges vitiatur, & non vitiat. *L. conditiones,*
14. *ff. eod. Peregrin. de fideicom. art.11. nu.*
116. *Bellon. de iure accreſc. cap.10. q.7. nu.*
33. *Cyriac. contr.247. nu.24.*

Sed in caſu noſtro nedum conditio
generaliter reprobata eſt à Iure, quo he-
redes prohibentur fraudare voluntates
defunctorum, & iubentur eorum iuditia
implere, quæ naturam legis ſortiuntur,
65 ad Textum *in §. Diſponat. Authen. de nup-*
tijs; Sed in ſpetie hæc conditio diminu-
tionis hereditatis, ad cuius ſucceſsionem
competit grauato Ius nominationis, re-

pro-

probatur per Textum *in d. L. Vnum ex familia §. ff de falcidia*. iuxta ponderationem *Molina de maioratu disp.* 592. in verbis, *Qui quod reliquit, omnino reddere debet*.
66

Ergo hæc conditio reicitur, & nominatio remanet perpetua, & irresolubilis.

Sed non tantùm hanc conditionem esse de iure reprobatam, sed dolosam, tanquam positam in exterminium voluntatis defuncti, & turpem, dum nominans gratis eam facere tenetur, elegantèr probat *Molina de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *à nu.* 30. & præcipuè sub *nu.* 35. vbi ostendit, eam esse quodammodo Simoniacam ad exemplum electionis beneficiati, quæ similiter de iure prohibetur fieri aliquo in eam causam recepto, *& sub nu.* 36. iterùm confirmat, quia de iure prohibitum legare, vel instituere præmij sponsione præcedente. *L. Illa autem. vbi Bart. ff. de hered. instit.*
67

Conditio autem turpis habetur pro non apposita. *L. Obtinuit. ff. de cond.* cum alijs adductis per *Galgagnet. de cond. & demon. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 2. *& par.* 2. *cap.* 1. *q.* 29. *num.* 1. *Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 12.
68

Insubsistentia autem dictæ conditionis manifestè probatur ex eo, quod per illam cogitur nominatus pati diminutionem fideicommissi ad commodum hereditatis nominantis, & quidem lucratiuum, & non honorificum, dum prohibuit per viam conditionis, vel pœnæ nominato petere redintegrationem fideicōmissi in eius bonis, & hereditate, iuxta eius obligationem, tàm tacitam orientem ex dispositione legis, quàm etiam expresse susceptā per Io. Baptistam illius auum, & primum heredem fauore fideicommittentis; per quam conditionem in effectu nominans, heredi suæ fæminæ, & incapaci dictæ hereditatis fideicommissariæ, & transuersalis applicauit partem in præiuditium nominati, & in fraudem dispositionis fideicommittentis.
69
70

Cæterùm abstrahendo, quod posita fuerit in vim pœnæ; vbi etiam concepta fuisset in vim simplicis conditionis suspensiuæ; adhuc verissimum est, hanc conditionem continētem materiam prohibitam, & à lege (imò, & à testatore) reprobatam, in vim conditionis sustineri non posse, vt probatur ex textu omnino videndo in *L. Seius, & Augerius*. 27. *ff. ad Leg. Falcidiam*.
71

Ex quo manifestè deducitur axioma vulgatum, vt in conditione poni non possit, vel positum non teneat, quod per modum præcepti demandari non potest, vt firmant ibi *Angel. Castren. & Imola*.
72

Quod similiter probatur ex dispositione legis. *Si quis sub conditione* 8. *ff. de cond. instit.* vbi institutis heredibus sub conditione, si cauerint de legatis præstandis, cum inter legatarios adessent spurij, quibus testator legare non poterat, respondit Iurisconsultus, reiecta conditione potuisse hereditatem nulla cautione interposita adiri, cum cautio videretur in fraudem legis apposita; ex quo iterum confirmatur per viam conditionis iniungi non posse, quod directè per viam præcepti disponi non potest; & hanc dispositionem conditionalem sustineri tanquam puram, reiecta conditione quæsita ad sustinendam indirectè, & colorandam dispositionem, quæ alioqui directè fieri non potuisset.
73

Quam conclusionem eleganter præ omnibus, qui possent adduci, exornat *Marisc. inter contr. Andreol. contr.* 250. *à num.* 6. *vsq; ad* 40. videndus omninò, vbi ponderat memoratos textus, & materiam solertissimè excutit.
74

Itaque cum nos abundè supra probauerimus, non potuisse nominantem per viam præcepti, siue aliter directè hoc grauamen nominato iniungere, sequitur neque sustineri posse in vim conditionis, & consequenter nominationem fuisse puram in ingressu, & puram remanere in progressu, & irresolubilem; posseque dictum D. I. C. Collegiatum nominatum agere contra quoscumque ad repetitionem bonorum à cæteris grauatis alienatorum, ac etiam adigere eorum heredes ad memorati fideicommissi redintegrationem, vt voluntas fideicommittentis maximè conseruetur.
75

76 *Articulus hic non fuit decisus, quia D. I. C. Caccia nomina-*

natus transegit (approbante Senatu) cum vocatis ad dictum fideicommissum, et manus deinde dedit, vt iudicaretur, provt iudicatum fuit à Senatu, nominationem ab Octauiano factam non subsistere, & ideo casum fideicommissi euenisse ad fauorem D. Iosephi Antonij Caccia.

Responsum XXXIII.

Agitur de materia onerum. An, & quando vnum prædium possit distrahi pro debito aliorum. Scribebat Aduocatus Fiscalis D. Bartholomæus Sertorius.

SVMMARIVM.

Fiscus pro oneribus, & collectis anterior creditoribus nu. 1.
Quia vinculum in genere iniunctum fuit bonis nu. 2.
Hypotheca Fisci tacita ex iurisdictione, & publica administratione descendit 3.
Nec potest à pradys separari 4.
Priuilegiata dicitur 5. *&* 6.
Leges de tributis extenduntur ad collectas, & onera 7.
An pradia subiecta vni fideicommisso possint distrahi pro portione aliorum bonorum fideicommissariorum, seù liberorum, data dein actione vocatis pro redintegratione, seu contra alia bona? 8.
Opinio negans, & eius fundamenta à 9. *ad* 15.
Affirmans, & eius fundamenta à n. 15. *ad* 25.
Seruatur in Dominio Mediolani 25.
Respondetur argumentis contrarys à nu. 26. *ad* 39.
N.C. ligauerunt à die publicationis præsentes tunc, & futuros 31.
De aquitate tamen videtur vnusquisq; conuenendus pro sua portione 39. *maximè ne substituti ladantur, vt nu.*40.
*Æquitati huic quando satisfactum nu.*40. *&* 41. *&* 42.
*Additiones Sadarini nu.*43. *& seq.*

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.

1 ISCVS pro oneribus, & collectis est anterior, & potior cæteris creditoribus, *tex. in l.* 1. *Cod. si propter publ. pensitationes &c.* & ibi egregiè *Cyn. in fine. Iacob. Butrigar. in l. si quos C. de rescind. vend.* vbi viuidas rationes adducit. *Pract. Papiens. in forma libelli pro action. hypot.* vers. *sub eadem obligatione, nu.* 16. *Cattel. Cotta in memoral.* verbo, *collecta*, vers. *& quod Communia pro collectis*, *Osasch. decis.* 95. *num.* 32. vers. *imò nullus creditor potest habere ius anterius, Rol. cons.* 79. *nu.* 5. *lib.* 4. *Gait. in tract. de credito cap.* 4. *quæsito* 11. *nu.* 2053. *& seq.* vbi latè insistit, inquiens, hoc esse onus, & vinculum
2 adiectum omnibus bonis in genere vsq; de tempore Romanorum, & bona vti primitùs hoc onere affecta migrare in quemcumq; cum eodem onere. *Tomat. de collect. in princip. nu.* 3. vbi quòd Principes habent vniformiter omnia prædia tacitè hypothecata pro collectis statim, ac fuerunt in rerum natura producta, & quòd talis tacita hypotheca oritur ra-
3 tione iurisdictionis, & publicæ administrationis, idem *cap.* 1 *num.* 48 *col. mihi* 2. *post med.* vers. *& ista tacita obligatio fuit inducta à principio, & sub num.* 54. subdit, quòd hæc originalis obligatio non potest vnquam separari à prædijs; id quod signantèr ad præiuditium fidei-
4 commissariorum censuerentur post alios *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 8. *Cornazan. decis. Lucens.* 37. *num.* 7. *in fin. Odd. de fideicom. q.* 49. *nu.* 40.

Fiscus quoque pro tributis, & collec-
5 tis habet hypothecata bona, *tex. in l.* 1. *Cod. in quibus casibus pign. vel hypot. tacite contrahitur. Neguf. de pign.* 4. *memb.* 2.
6 *partis, num.* 125. *Costa de port. rata quæst.* 47. *nu.* 12. *Io. Anton. Bellon. copiosè in cons.* 69. *num.* 59. *Osasch. dicta decis.* 91. *num.* 4. *Pereira decis.* 63. *num.* 2. *in fine, & num.* 3. vbi subdit hanc esse hypothecam priuilegiatam.

Et

Et licèt allegatæ leges loquantur de tributis, extenduntur tamen ex communi ad collectas, & onera, vt probat *Negus.loco cit.*verſ. *& licèt Baldus, Caſtrenſ.*
7 *in l.Imperatores num.3. ff. de publican. & vectigal.Gallia conſ.3.num.21.Bero.conſ. 150.nu.19.vol.3.Rol.conſ.79.nu.2.lib.4.*

Sed quæſtionis eſt, an habens plura prædia diuerſi generis, nimirum alia li-
8 bera, alia fideicommiſſaria, & ex his alia ſuppoſita vni fideicommiſſo, alia alteri, poſsit prædium vnius fideicommiſsi diſtrahi pro portione ſui, & aliorum, ſalua actione vocatis in hoc fideicommiſſo de regreſſu contra alia bona pro reintegratione.

Pro opinione negatiua affertur *textus in l.licèt,Cod.de iure dot.*

9 Secundò, diſpoſitio *N.C. tit. de oneribus* §. *onera imponenda per Principem*, cum adductis de iure communi per *Valenz. conſ.99. nu.40.* vt ſcilicet nemo vltrà propriam portionem adigatur.

10 Tertiò, cum non agatur immediatè de Fiſco, ſed de Vniuerſitate, faciunt inſignes traditiones *Crauetta in conſ.872.& Gallia conſ.44.*

Quartò, doctrina punctualis *Baldi in d.l.1.Cod.ſi propter publicas penſitationes num.1.* qui ſic loquitur, *ſed ſi propter tributum ex vno prædio non ſolutum, vellet vendere alia prædia debitoris? tunc diſ-*
11 *tingue, aut dies tributorum prius ceſſit, quàm hypotheca eſſet contracta, & præfertur cauſa tributorum, quòd pro tributis eius bona ſunt obligata, aut contra, prius eſt hypotheca contracta, quàm ceſſerit indicio tributaria, & tunc creditor præfertur, quòd prior tempore, & ità debet intelligi gloſſa hìc poſita.*

Caſtrenſis in eadem l. 1. ſic. *quòd Fiſcus omni creditori præfertur, hoc dicit, intellige ſcilicet in illo prædio, et propter tributum, quia ſemper cauſa Fiſci præcedit, ſed in alijs bonis debitoris, vel quando non*
12 *propter tributum, tunc Fiſcus non præfertur priuato habenti priorem hypothecam in tempore, & ità intellige gloſſam finalem.*

Idem *Caſtrenſ.in l.Imperatores nu.3.ff. de publican.& vectigal.* his verbis. *In hoc tamen eſt differentia, quòd in tributis incipit hypotheca prædiorum ab ipſo initio, quo tributa fuerunt impoſita, nec multiplicantur ſingulis annis, quia illa ſunt onera ordinaria, & ſemper vniformiter præſtantur, ſed in collectis, quæ ſunt onera extraordinaria, multiplicatur obligatio ex qualibet indictione, & antequam ſit indictum onus, bona non ſunt obligata.* Mox ibi. *Licèt ergo aliquis in libris Communis reperiatur præſtantiatus in 20. bona tamen ſua non ſunt obligata communi, quouſq; præſtantia ſit indicta, & ideò ſi alienat, non tranſeunt bona cum onere illius præſtantia, immò illud onus remanet apud Venditorem, ſed poſtquam præſtantia eſt indicta, incipiunt bona eſſe obligata, & tunc tranſeunt cum onere.*

Surd.conſ.101.num.37.

Peregr. de iure Fiſci lib.6. tit.4. nu.43. ſic loquutus. Rurſus dubitatur, *an Fiſcus vendere, & alienare poſſit res debitorum ſuorum ſubiectas alieni conditioni fideicommiſſaria, vel hypotheca credito-*
13 *rum? diſtingue, aut Fiſcus vendit pro debito proueniente ex contractu, aut vendit pro debito reali ipſarum rerum, puta pro debito tributorum, collectarum, & dationum, & ſubdiſtingue, aut illud onus erat ordinarium impoſitum ex lege, & auctoritate Principis ante conſtitutum fideicommiſſum, & tunc quia Fiſco erat acquiſitum ius hypotheca in bonis, idcircò venditionem impediri non poſſe videtur, quia iam res erat affecta Fiſco: Aut verò onus non erat ordinarium, ſed extraordinariũ, veluti ſunt ſubſidia, & præſtantia, & hoc caſu, quia bona non ſunt hypothecata Fiſco, niſi ex die indicta collecta, ac ſubſidij extraordinarij, vt ſignanter inquit Paulus de Caſtro in d. l. Imperatores, idcircò non videtur, bona fideicommiſſo, vel alteri conditioni anteriori ſuppoſita, vendi poſſe in præiuditium illius, cui ex cauſa illa anteriori affecta ſunt, & ità in terminis decidit Paul.de Caſtro.*

Et opinionem, quod debitum collectarum non formetur, niſi ex die, vel contracti debiti, vel deſtinatæ impoſi-
14 tionis, vel factæ, & non antea, exornant præ cæteris. *Surd. conſ. 146. Io. Anton. Bellon.conſ.69.*

15 Pro contraria facit *tex.in d.l.1. Cod.in quibus caſibus pign.vel hypoth.tacitè contrah.*

trah. dum dicit, *vniuersa bona eorum, qui censentur, vice pignorum tributis obligata sunt*. Vbi ponderanda sunt illa verba. *Vniuersa bona*, & ibi *glossa* casum figurat his verbis. *Si possides prædium tributarium, tacitè videntur omnia tua bona obligata pro tributis Fisco*.

Secundo facit *tex. in l. cum possessor ff. de censibus*, cuius hæc sunt verba. *Cùm possessor vnius expediendi negotij causa,*
16 *tributorum iure conueniretur, aduersus cæteros, quorum æquè prædia tenentur, ei qui conuentus est, actiones à Fisco præstantur, scilicet, vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant*; ex quibus verbis manifestè apparet, vnum posse conueniri pro portione omnibus prædijs incumbente, saluo ei regressu contra cæteros, pro quibus soluit.

Et hanc opinionem visus est tenere *Petrus de Bellapertica in d. l. 1. Cod. in quibus causis pign. vel hypoth. tacitè contrah.* dum sic loquitur, *hic est duplicitas, ego habeo plures tributorias, intelligis tu, quod qualibet obligata sit pro tributo, vel quod omnes obligati sint pro tributo vnius rei? & videtur intelligendum esse, quòd quali-*
17 *bet sit obligata pro tributo suo; vel dic, quod qualibet est obligata pro omnibus, vt §. fine censu, vel reliq. auth. periculum*, retento, quod quando Doctor recitat duas opiniones, videtur transire cum vltima, maximè cum pro prima nihil alleget *Bellapertica*, & pro secunda alleget *textum*.

Clarè *Albericus* in eadem *lege prima*, qui sic scribit *Iacobus de Rauenna intelligit prout sonat, scilicet, quòd omnia bona sint obligata pro tributo vt supra, si propter publ. pensit. l. 1. in fin. Petr. verò intelli-*
18 *git, solùm quodlibet prædium tributarium fore obligatum pro se pro suo tributo, opinio Iacobi magis conuenit littera, & verior est per dictam l. 1. & idem dicit in decimis &c.*

Boss. tit. de Principe n. 104. sic inquiens *est etiam aduertendum, quòd respectu Fisci non solùm ille ager tributarius pro quo est cessatum, hypothecatus est, sed vniuersa bona illius, d. l. 1. Cod. in quibus causis pign. vel hypoth. &c. & ibi Bald. clarè, vt*
19 *in l. 1. C. si propter publ. pensit. sed respectu Communitatis solum bona catastrata, & non alia alibi sita, sunt hypothecata pro cessatione onerum bonorum catastratorum, & hoc ex defectu potestatis facientis catastrum*.

Luculentèr *Peregr. de iure Fisci lib. 6. tit. 6. num.* 50. his verbis. *Et notandum est, quia si plura bona sunt descripta in*
20 *æstimo, Fiscus, & eius Exactor pro toto debito procedit, & procedere potest contra vnum tantùm corpus ex multis in æstimo descriptis, & ità apud nos seruatur, & est de iure, l. cum possessor, & d. l. fin. ille autem possessor in solidum exactus, cessis sibi actionibus à Fisco contra singulos possessores bonorum pro rata agit, non autem contra vnum tantùm pro solido exequitur, casus est in d. l. cum possessor, & ità practicatum vidi &c.*

Nec est contrarius *in d. lib. 6. tit. 4. nn.* 43. quia statim se declarat illis verbis,
21 *intelligo quo ad hunc effectum, vt à possessore rem vendicare valeat fideicommissarius pretio refuso*.

Costa de port. rat. quæst. 47. in princip. sic, *quando plura bona sunt descripta in æstimo, sit potestas Fisco, & eius Exactori pro toto debito pulsandi vnum tantùm*
22 *corpus ex multis in æstimo designatis, & contra vnum tantùm procedendi. Atqui ille possessor in solidum exactus, an cessis sibi actionibus à Fisco, contrà singulos possessores bonorum pro rata rectè agat, vel contra vnum tantùm pro solido exequatur? ardua, & inuoluta est quæstio*.

Posset ad idem allegari *Castrens. in d. l. Imperatores, in fine*, dum vult, in collectis omnia bona esse obligata, ad differentiam triburorum, pro quibus nonnisi
23 vnumquodq; prædium proportionabiliter, his verbis, *est etiam alia differentia, quod tributa imponuntur ipsis rebus pro meo vigore, & sic quis tenetur soluere pro tali prædio tantùm, & pro tali tantùm, sed in collectis fit æstimatio omnium bonorum simul, & imponitur collecta personæ secundùm æstimationem bonorum*.

Accedit ratio euitandi absurdi; Nam
24 si vnumquodq; prædium non teneretur nisi pro sua portione, vbi debitor non solueret, cogerentur Fiscus, & Exactores vnoquoq; anno, vel vnaquaq; vice,

quibus collecta imponeretur, subhastari facere vnamquamque glebam ex singulo corpore pro satisfactione eius portionis, & sic tractu temporis vnumquodq; corpus deberet scindi in mille glebas, in diuersos Emptores, quod onerum exactionem breuì deduceret ad impossibile.

Confert præterea consuetudo regionis, nàm apud nos hactenus inualuit ille vsus, vt vnum corpus pro toto debito
25 subhastetur, & ità obseruatum in iudicio, & extrà, atq; in materia collectarum nihil firmiùs consuetudine, iuribus notissimis.

Et quatenus hæc posterior opinio placeret, posset responderi ad contraria.

Et primò, vt non obstet *tex. in d. l. licèt Cod. de iure dot.* tùm quia est speciale ibi fauore Mariti ab onera matrimonia-
26 lia, quæ sustinuit, tùm quia non constabat, quòd Maritus bona illa hereditaria possedisset.

Secundò, vt neque obstet dispositio *Nou. Const.* nàm licèt hæc bona non essent omnia descripta in caput ipsius N. sed aliorum, tamèn pro eo tempore, quo ea possedit, & fructus percepit, effectus fuit debitor Fisci, & omnia bona dicebàtur sua quo ad hoc, vt essent obligata pro oneribus, quæ tùnc decurrebant, & idem est respectu temporis, quo fuerunt penes Cameram, quæ repræ-
27 sentat personam confiscati, & proindè cum in materia onerum bona habeantur pro liberis ab omni nexu, quo ad Fiscum, qui anterior est, & potior omnibus, vt diximus, totum hoc debitum fuit ipsius N. & omnia bona per eum possessa, erant pro dictis oneribus hypothecata, vt quo ad Fiscum non sit necesse, vt debitor sit descriptus in catastro, vel æstimo, sed quòd possideat, vt tradit *Castrens. in l. ea conditione C. de rescind. vend.* Et per consequens cum totum esset eius debitum, non potest diei alterata dispositio *Nou. Const.* Quinimmò si bona tempore onerum dècursorum possessa per D. N. fuerant prius omnia in bonis descripti, vel ea, quæ fuerant, semper exindè vi descriptionis remanserunt hypothecata Fisco, etiam si in plures heredes, vel quosuis alios plures successores transierint; idcircò contributio, seù subdiuisio debiti habet locum inter ipsos coheredes, seù successores, sed quo ad Fiscum, cùm habeat omnia prædia virtute descriptionis obligata, cui nec diuisio, nec alienatio præiudicare potuit, & contra descriptum, & contra prædia in eius electionem pro toto debito agere potest. videatur *Festas. de collectis tit. qui soluere collectas teneantur, an possidens, an descriptus, cap. 4. num. 8. ad 12. Thomat. eod. tit. in cap. incipiente. Sanè si negotium nu. 5. in fin.* iterum *Festas. cap. 1. num. 40. & seqq.*

Vltrà quod *Nou. Const.* non tollunt, quin Fiscus ex vi hypothecæ, conueniat possessorem vnius ex prædijs obligatis, quamuis ipse postea posset habere regressum aduersus alios, qui eum effectu fructus habuerint, vel qui alia bona
28 similiter obligata possiderent; prout etiã non tollunt, quin conueniatur descriptus in æstimo, licèt ipse non possideat, & debitum spectet ad possessorem contra quem descripto datur regressus, sed loquuntur *Constitutiones*, quando vnus totam suam portionem persoluit, nec vlteriùs reali, vel personali conueniri potest, eum præsumantur conformes iuris communi.

Tertiò, non obstant *Baldus, & Castrensis* locis ex aduerso citatis. Nàm non videtur tuta eorum opinio, quod
29 antè impositionem collectæ, non sit nata personalis, neq; etiam hypothecaria, si enim hoc esset, conclusio *Baldi*, nec etiã vera foret pro anterioritate Fisci in eodem prædio pro portione illi spectante.

Deinde in hypotheca legis, non implicat, oriri hypothecam ante personalem, vt tenet *gloss. in l. Imperatores ff. de publican. & vectigal.* & faciunt ad litteram *textus in d. l. 1. Cod. quib. mod. pign. vel hypoth. tacitè contrah.* ac in *l. 1. Cod. si propter pub. pensit.* vbi non restringitur hypotheca ad tempus impositionis col-
30 lectæ, sed *Leges* illæ supponunt, bona esse ante obligata, & benè *textus in d. l. Imperatores ff. de publican.* ibi, *in vectigalibus ipsa prædia, non personas conueniri*, & hunc esse casum singularem, in quo hypothecaria producit obligationem

per-

personalem, scribit ex *Baldo Thomat. tract. de collect. in pri. cap. num.* 47. col. mih. 2. inter tractatus fol. 110. circa med. vers. *& dicit, quod iste est casus*. Rursus, licèt non sit nata formalis actio, & hypothecaria pro exactione ante impositionem; tamen vsq; ab initio bona sunt affecta hoc vitio, hac aptitudine, & hac radice realitatis, vt stent affecta, & destinata pro oneribus, immò, & personæ potentia sunt obligatæ in genere pro
31 oneribus quando imponentur, & hæc est vis Legum, Statutorum, & Nou. C. tit. *de oneribus*, quæ ligant ex die publicationis omnes præsente s, & futuros, si non in specie, saltem in genere ad onera, quæ imponentur, facit *Periera decis. Portugal. 4. num. 4. in princip.* vers. *quia ad hac opera omnes hypothecati nascimur*; & dum postea fit impositio, actio, & hypothe-
32 ca, quæ virtualiter, & potentia, ac aptitudine inerant, deducuntur ad actum, & quo ad potioritatem iuris assumunt vim retrotractiuam ad initium, benè *Castren. in l. Rei annonaria num. 6.* post princip. vers. *sed potest dici saluando Bartolum C. sine censu, vel reliq.* & sensum *Castrens.* probauit *Socin. Sen. cons. 12. num. 8.* vers. *adduco insignem Doctorem, lib. 4.* & subscripsit *Addens ad Falin. cons. 46. in fin. Fest. de collectis par. 4. cap. 2. num.* 20. vbi respondet ad obiectum deficientis actionis personalis, & est ad instar cuiusdam seruitutis realis, quæ inhæret prædijs, *Periera decis. 63. nu. 4. antè med.* vers. *ad instar cuiusdam*. Simile decisum, & practicatum videmus in annata contra tertios possessores Regalium, quibus etsi quæsitum foret ius antè impositionem
33 annatæ, tamen virtute illius realis iuris, quod inerat ab initio fauore Fisci pro futuris præstationibus, facta impositione, reassumit Fiscus ius suum in origine, & sic fit potior omnibus etiam creditoribus, vel his, qui Dominium nacti fuere antè impositionem annatæ.

Quin etiam traditio *Baldi, & Castrensis*, quatenus in iure vera esse posset, tamen in praxi seruatur contrarium; in Ditione nostra; scilicet vt non attendatur ea distinctio, an tempore impositionis creditores concurrentes, & fideicommissarij haberent ius antè formatum; quandoquidem bona pro oneribus pas-
34 sim subhastantur etiam ad præiuditium creditorum, & aliorum habentium ius ante actualem impositionem onerum, & vnusquisq; de hac praxi tanquam notoria est optimus testis.

Confirmo, quia si vera esset opinio *Baldi, & Castrensis*, deberet esse falsa communis initio firmata, ex lege, ratione, & auctoritate, quod Fiscus sit anterior omnibus pro collectis, quia distinctio inter impositionem factam, & non
35 factam, ità percutit portionem prædij respectu ipsius, sicut totam respectu aliorum.

Et præterea vbi ex falsi suppositione subsisteret distinctio *Baldi, & Castrensis*,
36 quo ad anterioritatem creditorum, non tamen tollit potioritatem Fisci à lege inductam, vt ad litteram probat *textus in d. l. 1. Cod. si propter publ. pensit.* ibi, *potior est enim causa tributorum, quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt*. Et hoc est, quod initio firmauimus, Fiscum habere duo priuilegia pro tributis, vnum prioritatis, alterum potioritatis.

Confirmo insuper, nàm etsi in alio proposito inter ipsos priuatos possit esse vera illa conclusio, vt attendatur tempus creati debiti, vel indicti oneris in genere, & ad ea non teneantur, nisi qui aderant de tempore creati debiti, de qua
37 re *Surdus* latè *dicto cons. 146. Bellonus Iunior cons. 69.* & sic, vt qui antè recesserant, vel qui expost venerunt, non teneantur; tamen apud nos obseruatur, vt teneantur, qui extant tempore impositionis, & exactionis, tametsi non adessent, quando debitum fuit creatum, vel indictum onus, & hoc non alia ratione apud nos obseruatur, nisi pro faciliori commoditate distribuendi, & exigendi onera, quia si perquirendi essent hi solùm, qui aderant tempore constituti, vel formati debiti, fieri posset, vt exactio euaderet planè impracticabilis in Dominio tàm amplo, vbi Ruricolæ modo huc, modo illuc migrant, & vagantur.

Minus obstant deducta per *Surdum, Peregrinum, Crauettam, & Galliam*. Nàm

Surdus simpliciter sequitur *Castrensem*, non excutiendo materiam . *Peregrinus* tandem se declarat, venditionem non præiudicare fideicommissario ad
38 id, quin soluto pretio, possit recuperare bona ab Emptore, non verò vt reuocet pecuniam à Fisco, vel impediat illi pretium persolui, & vlterius contra *Peregrinum*, stant tot alij non minoris auctoritatis, & ipsemet in loco pro alia opinione adducto; *Crauetta* verò, & *Gallia* loquentes de Vniuersitatibus, nil faciunt, nàm ius Fisci, quatenus agitur de oneribus Cameralibus, transfusum est in collectores, etiam ex speciali ordine Ducis de Alburquerque diei 12. Octobris 1567.

Sed prędicta demum procedunt de rigore iuris. At secundum æquitatem, quæ propria est Magistratus, aliud videbatur dicendum, quia secundùm æquitatē na-
39 turalem vnusquisq; coueniendus est pro sua portione, licèt de rigore posset conueniri vnus pro alijs. Ita post *Bartolum* tradit *Festas. cap. 4. n. 9.* & hoc est, quod in proprijs terminis dixit *Peregr. de iure Fisci lib. 6. tit. 4. num. 43.* in fine, scilicet
40 *aduertendum esse, quòd vbi ex fructibus bonorum satisfieri potest oneribus realibus, non facilè proprietas bonorum subhastetur, maximè in præiuditium substitutorum*, & quod dicitur de fructibus, idem dicendum quando ex alijs bonis obligatis, cum de iure fideicommissaria non distrahantur, nisi in subsidium, & ad metam subsidij.

Verùm huic æquitati asseritur satisfactum, cùm omnia prædia fuerint per Magistratum expōsita venalia sub hasta Fiscali. At cum non apparuerit Licitator, nisi ad ista; vel intermittenda erat exactio onerum, vel pretium hoc totum adigendum.

Concurrunt denique alia, quæ causam fideicommissariorum præstant aliqualitèr iàm præiudicatam.

Vel primo, quia Licitator adiecit eam expressam conditionem, *modò pretium cedat in sanando hoc debito, & non aliter*, & licèt oblatio fuerit acceptata cum illo moderamine, *prout iuris foret*; tamen vix posset contrarium statui, quin violaretur adiecta conditio resolutiua.

Vel secundo, quòd cum Magistratus in sententia difinitiua fauore DD. Interessatorum declarauerit eis obligata omnia bona apprehensa pro hoc debito, non potest nunc, salua ratione recti ser-
41 monis restringi ad vnumquodq; corpus pro rata, vt probat species dictæ *l. 1. C. in quibus causis pign. vel hypoth.* & ibi in puncto *Albericus*, & licèt illa sententia sit lata inter Fiscum, & ipsos, nec noceat fideicommissarijs, tamen præsumitur pro sententia, donec reuocata non est, præsertim Supremi Tribunalis.

Vel tertio, quòd cum fideicommissarij opposuerint hanc eandem exceptionem ad impediendam subhastationem, vt ex scriptura impressa, & decreto ei in calce facto, & postea processum fuerit ad ipsam subhastationem, dicitur ipsa exceptio reiecta; & licèt reseruata fuerit discussio super pretio, tamen vel apposita ad impediendam distractionem bonorum, non poterat sine violatione eorum iuris, restringi ad pretium, vel si iusta fuit reseruatio, eadem ratione, qua ventum est ad venditionem totius corporis, & non tantæ partis, quantum importaret eius rata portio onerum, & spreta oblatio pecuniæ pro rata portione, debet nunc reijci in reliquo ex identitate iuris.

Quare etsi durum videatur, distrahere vni integrum prædium, vt ratam portionem à Consortibus deplorare forsan
42 habeat, tamen magna sunt priuilegia Fisci, & Reipublicæ in exactione onerum Cameralium, nec videtur aliter ipsis fideicōmissarijs succurri posse, quàm de eisdem exequutiuis, & priuilegiatis remedijs contra omnes debitores viriliter inseruire. Se tamen &c.

Addo ego Sadarinus prædictis; verba illa textus in dicta *l. 1. C. si propter publ. pensit.* nimirum *omnia bona cessantis.* vbi *Iacobus de Rauena, Baldus, Salycetus, Angelus, & Io. Faber. & Donellus* viden-
43 dus. Addo *l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10.* ibi *ad res eius, omnemq; substantiam exactor accedet. Felician. de censibus tom. 2. lib. 3. cap. 5. n. 9. Merlin. controu. for. cap. 2. n. 37. Flores de Mena var. lib. 1. q. 6. nu. 18.*

Sed

Sed an hactenus disputata procedant in illis bonis tantùm, quæ sunt in eodem Territorio, vel saltem in eadem (vti nos
44 dicimus) plebe; an verò in omnibus debitoris bonis in dominio positis, quæri potest. *Dionysius* autem *Gothofredus*, vir doctissimus ad dictam *l. 1. C. si propter public. pensit.* docet prioritatem non dari, nisi in bonis tributarijs; in aliis verò per debitorem possessis vult præferri creditores anteriores tempore; & mouetur per *l. 2. C. de priuileg. Fisci.*

Cæterùm non videtur hypotheca Fisci deterioris conditionis esse debere,
45 quàm ille priuati creditoris, quæ ad omnia bona debitoris porrigitur: sed diuersa ratio esse potest, quia ad contractus accedit voluntas, & promissio debitoris, tu ideo Lector cogita nam causa pendet indecisa.

Responsum XXXIV.

Agitur, an & quando ad redditionem rationis requiratur liber appellatus *il Giornale*.

SVMMARIVM.

Calendarium. Ephemeris. Diarium. Memorialis libellus: Acta diurna: Diurnum num. 1.
Aduersaria, siue Aduersarium nu. 2.
Sine Aduersarijs rationem reddi non posse, qui dicant nu. 3.
Affirmat tamen Auctor in hac specie facti 4.
Libro referenti quando credatur sine relato nu. 5. & 6.
Diarijs vix fides adhibetur 7. 8.
Qualia, & quæ sint 8.
Codex qualis liber sit 9.
Eius ethymologia nu. 10.
Eius editio sola postulatur à lege 11.
Codex dicitur quasi magister, & liber authenticus 12.
Huic soli creditur; & solus olim etiam consulebatur 13.
Affertur in comprobationem locus Ciceronis pulcherrimus 14.
Decisio 15.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 Queritur an socius, qui solus negotiationem exercuit, rationem administrationis consocijs reddere possit super solo Codice, seù, vt vernacula lingua loquar, *libro Mastro*; an verò exhibere teneatur, & librũ, quem negotiatores appellant *il Giornale*, Seneca Calendarium; Græci ephemeridem; Latini diarium, vel memorialem libellum, vt apud *Sueton. in Iul. Cæsare cap. 56.* aut etiam *acta Diurna, seù Diurnum*, vt apud *Iuuenal. satyr. 6.* vers. 483.

Et cadens longi relegit transacta Diurni.

& alij emunctę naris viri *aduersaria*, siuè *aduersarium*; vt cum Vlpiano ex mente Labeonis *in l. 1. §. 1.* in illis verbis, *qui*
2 *producat aduersarium suum ad album ff. de edendo* (reclamante licèt *Duareno lib. 1. disput. cap. 13.*) agnouerunt præ cæteris.

Alciat. lib. 2. dispunct. in fine, & Parergon. lib. 8. cap. 7.

Budæus in annotat. ad l. tali §. socer ff. de iur. dot. pag. mihi 728. in fine parte 1. ad impress. Lugd. 1551. in 8.

Gothofredus in suo corpore iuris ad dictum §. 1.

Turneb. lib. 2. aduers. cap. 11.

Caluin. in lexico in verbo aduersaria.

Erasmus, siue Manutius in adagio non eras in hoc albo.

Angelus Politianus miscell. cap. 82. quem laudat, & sequitur.

Io. Garsia de Hispan. nobilit. siue exemp. glos. 4. nu. 5. & 6.

Videtur autem prima facie non posse ratio reddi sine *aduersarijs*, quæ exhi-
3 benda esse voluerunt *Straccha de mercat. parte 2. num. 51. ex Baldo in rubric. C. de constit. pecun. Muñoz de ratiocin. cap. 10. num. 35. Alciat. respons. 64. lib. 6. num. 6. tom. 2. Rota Gen. decis. 173. num. 6.* ea ratione moti, quia non creditur referenti,

nisi constet de relato *Auth. si quis in aliquo C. de edendo*.

Contrariam tamen sententiam in hypothesi mihi proposita, veriorem existimo, in quam, vt veniam.

Moueor primùm, quia hìc agitur de Codice, seù libro Magistrali disposito per duplicem ordinem scripturæ, & vt loquuntur, *di scrittura doppia*, in quo par-
4 cellæ omnes accepti, & expensi, siuè vt vulgò introitus, & exitus, ità singillatim occurrunt, vt omnis intellectus trãquillè conquiescat in eo; sibique ipsi sit, & relatum, scilicet Diarium; & referens, nempe Codex, sitq; in omnibus ad formam præscriptam *à Cephalo in cons. 674. num. 24.*

Moueor deinde, quia quando liber
5 scriptus est ab habente potestatem, vt hic à Domino N. seu ab actoribus deputatis, & perfectam prorsus orationem continet, tunc relatum probare necesse non est (& sic cadit Achilles aduersantium) iuxta theoricam *Fachinei contr. iur. lib. 12. cap. 3. vers. non est recedendum, Cagnoli in dicta auth. si quis in aliquo n. 74.* qui alios congerit apud eum videndos *Grat. decis. 212. in addit. nu. 7. & discept. forens. cap. 208. nu. 34. & 35.* ibi, *quia pro-*
6 *cedit quando sumus in dispositione in totum certa, & specifica, ita vt ea posita ponatur oratio, & eius significatio perfecta; cum aliud sit quando ea posita non ponitur perfectio, neque ea remota remouetur perfectio orationis, & intellectus*: tunc enim exhibenda est dispositio relata. idem docuit *Ancharan. in cons. 179. incip. prima facie nu. 5.* ibi *item sufficit, quod scriptura, quæ se refert ad aliam sit solemnis &c.* & alij passim.

Postremò moueor, quia huiusmodi *diarijs*, siue *aduersarijs*, vt dixi, nulla fides adhiberi consueuit *Bellon. ad l. 1. C.*
7 *de edend. in 2. notabili*; quid enim aliud sunt nisi memoriales libelli ex *Baldi*, quoque sententia *in rubric. C. de constit. pecun. nu. 18.* in quibus rationes primùm negligenter, & sine ordine referuntur? cui suffragantur *Straccha de mercat. d. nu. 51. & Muñoz de ratiocin. cap. 10. d. nu. 35.* Aduersaria namque ista teste *Budæo* loco proximè laudato, *dicuntur tumultuariæ*
8 *quædam tabulæ, quæ ante tabularum confectionem perscribuntur, vt ex ijs postea tabulæ iustæ, & æternæ fiant*, siue vt ait Caluin. vbi supra, *dicuntur tabulæ ad quotidianum vsum paratæ in quibus cursim, & negligenter ea scribimus, quæ post accuratiùs in certas, & perpetuò mansuras tabulas ordine, ac dispositè perscribimus*; & liquet ex illo carmine Iuuenalis,

In cuius manibus ceu pinguia succina tritas,
Cernis ephæmeridas.

Et ex illo Propertij.

Me miserũ, hic aliquis rationem scribit auari,
Et ponit duras inter ephæmeridas.

Quid verò Codex, nisi liber in quem de aduersarijs desumptæ rationes ex professo diligentiùs referuntur, & in
9 quo rudis illa informisq; accepti expensique materies perpolitur, & forma nobiliore distinguitur? cuius sanè ethymo-
10 logiam accuratè de more prosequuntur *Caluin. in verbo Codex dicitur &c.* & doctissimus *Barnabas Brisson. de verb. signif. lib. 3.* in verbo *Codices fol. mih. 87.*

Hinc prudẽtissimi legumlatores dum de edendis rationibus iura præscribunt, ne verbo quidem facto de diarijs, solam
11 *Codicis* vocem frequenter vsurpauerũt; vt inter varios iuris locos indicatos à *Caluino, & Brissonio*, locis proximè laudatis ostendunt maximè *l. quædam §. nummularios, & l. quædam §. edi ff. de edendo*: quasi tota reddendæ rationis moles super hoc vno cardine verteretur.

Hac ratione motus, & ipse *Baldus in dicta rubrica* Codicem, seu librum ma-
12 gistrum authenticum quodammodò dicit, & huic soli quasi scripturæ publicæ fidem adhiberi, sumpto ex *d. l. quædam*, argumento luculenter ostendit; & idem *Baldus in rubrica de fide instrument. nu.*
13 *65.* quærens de libris sociorum ad rationem reddendam necessarijs, omissis aduersarijs, ait, *isti* (scilicet socij) *debent conficere Codicem rationum de his, quæ per ipsos fiunt, & dant, & suscipiunt*; adeo vt si de aliquo nomine debitoris dubitabatur antiquitùs, solus Codex consuleretur; vnde canit *Iuuen. Satyr. 7. vers. 110.*

Qui

Qui venit ad dubium grandi cum Codice nomen.

Quare cum in hoc casu in solo codice sic, vt dixi confecto contineatur perfecta essentia reddendæ rationis, quæ secundùm *Baldum ibid. nu.56. ante finem*, definitur *hinc inde dati receptique commemoratio, & non vnius actus tantùm*, non video quid amplius desiderari possit.

Illustrat hæc omnia pulcherrimus Ciceronis locus pro Roscio. *quid est*, inquit, *quod negligenter scribamus ad-*
14 *uersaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua: illæ sunt æternæ: hæc delentur statim; illæ seruantur sanctæ: hæc parui temporis memoriam; illæ perpetuæ existimationis fidem, & religionem amplectuntur: hæc sunt coniecta; illæ in ordinem confectæ: itaque ADVERSARIA IN IVDITIVM PROTVLIT NEMO; CODICEM PROTVLIT, TABVLAS RECITAVIT:* ab huius autem eloquentissimi viri, & scientia iuris imbuti sententia, meo quidem iuditio, discedere non debemus, me tamen &c.

Senatus in caussa Marasca
15 *Codicem perfectum admisit referente Mag. Senatore Alfero.*

Responsum XXXV.

Mora quando possit emendari: Restitutio in integrum militi quando detur propter absentiam militiæ caussa.

SVMMARIVM.

Contractus ex conuentione legem accipit n.1.
Mora non videtur posse purgari, vbi adest conditio resolutiua, & reseruatio agendi primis iuribus nu.2.
Minus si res integra non sit 3.
Et si mora geminata fuerit nu.4. & agatur de lucro 5.
Moram purgare potest debitor quantitatis 6. 7.8.
Tàm in iuditio, quàm extra 9.
Difficilè quid dicatur 10.
Absens Reip. caussa dicitur impeditus, nec moram facit 11.
Tempus modicum quodnam esse dicatur 12.
Relinquitur arbitrio Iudicis, vbi de mora agitur 13. & 14.
Hoc arbitrium quomodò adhibeatur 15.
Iuramentum non impedit, quin mora emendari possit 16. & 17.
Mora purgatur etiam vbi præcisa dies continetur in obligatione 18.
Reseruatio consequendi supra plus crediti remissi, an sit pœna 19.
Pœna non tollit emendationem moræ nu.20.
Explicatur l. magnam C. de contrah. & commit. stipul. 21.
In mixto præualet simplex potentius 22.
Mora an purgetur, vbi sumus in pacto redimendi 23.
Purgatio moræ oritur ex clausula generali, si qua mihi iusta caussa, *et ex æquitate 24.*
Maximè si de vera crediti quantitate suspicio sit 25.
In dubio admittitur moræ purgatio 26. et 54.
Legis beneficium semper saluum esse præsumitur 27.
Promissio contractum obseruandi intelligitur nisi iusta caussa superuenerit. ib.
Pacta iurata non extenduntur ad casus inopinatos. ibidem.
Moræ purgatio datur etiam si adsit pactum resolutiuum 28.
Res integra quando dicatur 29.
Mora quando geminetur 30.
Ius canonicum moræ purgationem admittit vbi ius Aduersarij non sit factum interim deterius num.31.
Restitutio in integrum cessat vbi mora emendari nequit, et vbi agitur de pacto resolutiuo contractus 31.
Contrarium defenditur 32.
Restitutio in integrum, quæ datur militi debet intra annum peti 33. vel intra quadriennium continuum 33.
Reprobantur DD. dicentes eam peti debere intra tantum temporis, quantum fuit illud impedimenti 34.
Miles restituitur etiam aduersus tempus conuentionale 35. probatur hæc conclusio à n. 35. ad 40. et 47. et 48. et 49. et 50.
Rationes afferuntur quibus nititur hæc militaris

taris restitutio 41.*et seq.*
Militia nihil aliud est, quàm ingenua, et pulchra seruitus 46.
Fauor publicus praeponitur priuato 51.
Respondetur glossa in l. 6. C. de restit. milit. *num.*52.*et* 53.
Milites nostri temporis, dum sunt in expeditione gaudent priuilegijs militum antiquorum 55.
His non imputatur si procuratorem non miserint 56.
Litis exitus 57.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Quaestio est, an cum tempus solutioni praefixũ in instrumento, expiraret die septima Iulij; D. verò Stator maior Io. Petrus de Iudicibus Calendis Iulij repente Mediolano discesserit, vt parèret Excellentiss. ProRegis Imperio, qui ipsum Valli Sicidae praefecit, vt Gallicas excursiones arceret, vbi vsque ad peruigilium Natiuitatis D. Nostri moratus est.

Quaestio inquam est, an D. de Iudicibus, qui praemonito D. Pallauicino, pecuniam cum vsuris in publico deposuit die vigesima octaua Martij, possit eundem D. Pallauicinum adigere ad relaxationem medietatis domus, & bonorum Dergani.

Vel quia petijt admitti ad moram purgandam.

Vel quia priuilegium militare restitutionis in integrum implorauit.

Quod attinet ad emendationem morae, quamuis D. meus P. Paulus Confalonerius doctissimè contra excitauerit.

Contractum ex conuentione legem
1 accipere *l. prima* §. *si conuenerit ff. depositi*, & conuenta de necessitate esse seruanda *Bald. consf* 434. *num.* 1. *lib.* 1. iuxta edictum Praetoris *pacta seruabo*; ideoq; non teneri D. Pallauicinum dimittere dicta bona, quia Dominus de Iudicibus in termino Statuto, pecunias non numerauit, & sic è latere suo promissis non stetit, argumento *l. Iulianus* 13. §. *offerri ff. de action. empti.*

Moram purgari non posse, si in conuentione adsit pactum resolutiuum, &
2 reseruatio agendi primaeuis iuribus, vbi non fiat solutio intra terminum *Puth. decis.* 66. *lib.* 3. *Alex. in l. si Insulam* 84. *nu.* 24. *ff. de verb. oblig. Seraphin. de priuil. iuram. priuil.* 48. *num.* 20.

Eò magis si res non sit amplius integra, vt in casu proposito, quia D. Palla-
3 uicinus, antequàm depositum fieret à D. de Iudicibus, praeceptum associandi obtinuit, & sic animum declarauit à conuentione recedendi *Afflict. decis.* 174. *num.* 3.

Et si mora geminetur vt hìc, vbi non solùm praecisa die, solutio facta non est,
4 sed neque post mensem, quem etiam in eodem instrumento D. Pallauicinus indulserat *Magon. decis. Florent.* 61. *nu.* 12. *Seraphin. d. priuileg.* 48. *num.* 25. & alij passim.

Et si certetur de lucro captando *Ripa*
5 *obseruat. singul.* 7. *Mar. Antonin. resolut.* 61.

Nihilominus in hypothesi nostra, emendationi morae locum esse crediderim; & antequam oppositis argumentis satisfaciam, examinandae sunt breuiter inspectiones sequentes.

Prima est, an debitor quantitatis admittatur ad moram purgandam ob impedimentum, vel difficultatem superuenientem.

Secunda, vbi admittatur intra quod tempus.

Tertia, an admittatur, vbi conuentio est iurata.

Quarta, an vbi praecisa dies, & quasi paena, regressus scilicet ad prima iura, adiecta est.

Quod attinet ad primam; licere debitori quantitatis, moram purgare, stre-
6 nuè, de more defendit *Fachineus contr. Iur. lib.* 2. *cap.* 91. vbi submouet argumenta contraria *Bartoli*, & eius assectarum, motus praecipuè *per text. in L. Thais* 41. §. *prim. ff. de fideicomm. libertat. et in l. diuortio* 37. *ff. de negot. gest. et in l. datio* 3. §. *cum per venditorem*, vers. *mora ff. de action. empt.*

Idem

Idem docuere Doctores melioris notæ non pauci ad *l. cum te.5. ff. si cert. pet.* nempè *Salycet.et Fulgos.num.6.*vers.*hanc tamen sententiam. Dec.nu.17.*vers.*Postremò, et in secunda lect.num.56.*vers.*et non videtur, quod ratio diuersitatis etc. Pau-*
7 *lus de Castro num.13.*vers.*sed in obligatione quantitatis. Cagnol.sub num.106.* vers.*circa tertium casum. Curt.Iun.n.37. Parpal.num.25. Purpuratus num.64.* vbi inquit, *et istam opinionem tenerem in iudicando, tùm quia æquior, et fortè verior; tùm quia omnium ferè antiquiorum auctoritate fulcitur.*

In hanc quoque sententiam descenderunt doctissimus *Couarruuias in cap.*
8 *quamuis pactum p.2.§.5.nu.4.* vers.*quantum verò pag. mihi 320.col.2.* vbi *Bartoli* opinionem iniquissimam vocat, *D.Calninus de æquitate lib.2.cap.193.num.12.14.et 15.Arumaus de mora cap.5.nu.22.* à vers.*sed hanc Bartoli limitationem*, vsque ad finem, vbi argumentis contrarijs diffusè respondet. Sed superuacaneum est meo iuditio, quæstionem hanc agitare, cum textum habeamus *in l.si ità quis 135.§.Seia 2. in fine ff. de verb. obligat.* qui expresè debitorem quantitatis admittit ad eluendam moram.

Quæ conclusio, non minus vera est in iuditio, quàm extra *Io. Saporta* in opusculo *de mora cap.3. nu.104.* & bene pro-
9 bat *textus in l. 2. § si quis in iuditio ff. si quis cautionibus, Bolognet. ad d.l. quod te num. 75. propè fin.* vers. *vnde facias duas conclusiones*, ibi, *et hæc conclusio vera est.*

An autem D. Stator Maior Io. Petrus de Iudicibus, hanc sibi difficultatem superuenisse iustè contendat, nemo est qui diiudicare non valeat, cum militiæ causâ absens, & sic legitimè impeditus, pecunias, statuta die promptas habere non potuerit, hisce præsertim temporibus, quibus à debitoribus extorquendæ sunt; difficile namque dicitur, teste *D. Thoma p.1.q.62. art.1.* quod transcendit potentiam; propter impedimentum personæ,
10 *Bartolus in l.continuus 137.§.illud ff. de verb.obligat.* & pulchrè *Purpurat. ad d. l. quod te num.53.* vbi etiam *num.54.* quærens quanta esse debeat huiusmodi difficultas, de sententia *Baldi*, remittit arbitrio Iudicis quæstionem.

Plusquã autem impedita dicitur persona, quæ absens est Reipublicæ causâ, adeo vt moram non faciat, vt cauetur *in*
11 *l. sed et si 23.* & ibi Doctores *ff. de vsur.* & docuit *Hugo Donel.* in opusculo *de mora cap.5 ante fin.* vers. *Adde superioribus.*

Quod attinet ad secunda ni inspectionem; conueniunt quidem Doctores, vt tempus eluendæ moræ, debeat esse modicum; discrepant tamen inter se, quod nam sit modicum, & varia legum exempla de modico tempore afferunt in medium.

Nam quandoque *duo menses pro modico tempore, vel quatuor afferuntur Costa Siculus cons.56. num.27. & seq. vt in l. aufertur 46. §. qui compensa-*
12 *tionem ff. de iure Fisci, et in l. si debitori 21. ff. de iudic. & in l. fin. C. de vsur. rei iudic. Decian.* in puncto moræ purgandæ in casu retractus conuentionalis *cons. 184. num. 20. lib. 2.* nonnunquam sex conceduntur, vt in *l.Sancimus 26.C. de fideiussor.*

Verior tamen sententia est, vt modicum purgandæ moræ tempus, Iudicis arbitrio relinquatur. Eruditissimus *Gothofredus in notis ad l.quod dicimus 105. ff.de solut.& liberation.litt.P.Connan.lib.*
13 *7.commentar. iur. ciuil. cap.12. Tiraquel. in l.si vnquam 8. nu.3. C. de reuocand. donat.Menoch.de arbitrar.lib.2.cent.1.cas.7. Bart.in l.si insulam 84. nu.3. & ibi Alex. num.12.& Ripa nu.35.ff.de verb.obligat.* idem *Costa dicto cons.56.nu.29.*& plures congerens *Piccardus in tractatu de mora num.100.*

Et est tex.ad litteram in d. l. si ita quis 135.§. Seia 2. in fin. ff.de verbor.obligat. cuius verba affero, quia proximè ad casum nostrum accedunt; Inquit igitur *Scæuola.*

Seia cauit Lucio Titio, quòd mandante eo Hortos emisset: Cum pretium omne cum vsuris ab eo recepisset, se in eum proprietatem hortorum translaturam. Deinde incontinenti inter vtrumq; conuenit, vt intra Calendas Aprilis primas vniuersam summam, mandator numeraret, & hortos acciperet: Quæritur cum ante Calendas Aprilis non omne pretium cum vsuris à

Lucio Titio Seia solutum sit, interposito
14 *tamen modico tempore reliquum pretium*
cum vsuris Seia Titius soluere paratus
fuerit, neque Seia accipere voluit, & vsq;
in hodiernum per Titium non stet quo mi-
nus reliquum solueret; an nihilominus
Lucius Titius, Seia vniuersam pecuniam
soluere paratus sit, ex stipulatu agere pos-
sit. Respondit posse, si non multo post ob-
tulisset, nec mulieris quicquam propter
eam morum interesset. Quod omne ad
Iudicis cognitionem remittendum est. Et
notat ibi *Baldus, quod non reperitur alibi*
ità expressum, quod modicum tempus di-
catur arbitrarium,

Iudex tamen arbitrabitur secundum
qualitatem negotijs, & personarum, vt
15 monent *Iason. in l. 2. nu. 84. C. de iur. em-*
phith. Ripa ad d. l. quod te n. 36. Quæ sanè
circunstantię efficaces sunt in hypothesi
nostra; etiam cum agatur de relaxanda
medietate domus, quæ commodam di-
uisionem non patitur, & perticis quin-
decim vineæ, quæ est perticarum cen-
tum triginta, & possidetur à D. Statore
Maiori; cui ex hoc etiam capite æquitas
suffragatur, & omnia Iudicis arbitria
deferenda sunt.

Quod attinet ad tertiam inspectio-
nem, non tolli per iuramentum in con-
tractu appositum emendationem mo-
16 ræ, docuit *Æmilius Ferretus de mora*
nu. 58. quia, vt aduertit, textus in *l. si*
quis maior 41. C. de transact. quo nitun-
tur contrariæ sententiæ Sectatores, non
agit de mora, neque de illius emenda-
tione.

Huic quoque sententiæ album cal-
culum addiderunt *Arumaus de mora cap.*
vlt. num. 6. vers. *contrarium tamen*, vbi in-
quit; *et credo quod hac sit veritas*, & ra-
tiones adducit, quæ apud eum videan-
17 tur, & *Saporta in eodem tractatu de mora*
cap. 3. num. 105. per textum in c. breui 17.
ibi *nisi difficultas existat, et in c. querelam*
extra *de iur. iuran. et c. Beatus Paulus iun-*
cta glos. 22. q. 2. Bartol. ad dictam l. quod
te num. 14. vers. *etiam si fuerit iuratum*
Curt. Iun. num. 36. Bolognet. num. 74. vers.
ampliatur ff. si cert. pet. Gizarel. decis. 9.
num. 12. et D. Caluinus, qui plures laudat
de equitate lib. 1. cap. 79. nu. 14.

Ad quartam, moræ emendationem
permitti, etiam vbi præcisa dies est in
obligatione soluendi, dubitari non po-
18 test, quia *textus* est ad literam in supra
citata *l. si ita quis 135. §. Seia 2. ff. de verb.*
obligat. et in l. sed, et si alia 17. in fine ff. de
constituta pecunia, & aduertit *Saporta de*
mora cap. 4. nu. 131.

Et si dicatur in casu nostro, quasi pæ-
na etiam adiecta fuisse, vt nimirum lice-
ret D. Pallauicino consequi supra plus
crediti remissi.

Respondeo primùm, hanc non esse
pœnam, sed assertum debitum sortis, vt
in simili casu respondit *Bartolus ad supra*
19 *citatum §. Seia*, vers. *dico, quod hae vsura*
non apponitur vt pœna, sed vt sors; pœna
enim est supra id, quod verè debetur;
alioquin regressus dicitur ad prima iura,
vt verè est in casu nostro si benè ponde-
retur.

Respondeo deindè purgationi moræ
locum esse, etiam vbi dies, & pœna in
obligatione est *Saporta* videndus in dicto
20 opusculo *de mora cap. 4. num. 134. et 135.*
et seq. vbi latè tractat, & rationes addu-
cit, & pro hac sententia laudat text. *in l.*
et post tres 8. ff. si quis caution. Decian. in
puncto *d. cons. 184. num. 13. et num. 48.*
vers. *item respondetur lib. 2.* sequitur *Pic-*
cardus in suo tractatu de mora à num. 70.
ad plur. seq. et nu. 98.

Nàm etsi communiter afferatur *lex*
magnam 12. C. de contrahen. et committ.
stipulat. ad probandnm, quod vbicunq;
est dies, & pœna interposita, non admit-
tatur purgatio moræ.

Tamen respondemus cum *Sarmiento*
selectarum interpretat. lib. 3. cap. 5. num. 3.
Iustinianum Imperatorem ibi non dice-
re, quod non possit mora purgari, sed so-
21 lùm, quod vbicunq; est dies, & pœna,
dies interpellet pro homine; adeò, vt
non requiratur alia interpellatio; ex
quibus sanè verbis non impeditur emen-
datio moræ; nam etiam *textus in c. po-*
tuit extra de locat. et conduct. disponit,
quod dies interpellet pro homine, & ta-
men admittit moræ purgationem,

Et quia opponit D. Pallauicinus, ca-
sum nostrum non versari in terminis
simplicis debitoris, sed in terminis iuris
redi-

redimendi, in quibus elapso tempore præfixo, dicit non audiri retrahere volentem.

Respondeo, si bene ponderetur instrumentum, non agi propriè de retractu, qui ideo dicitur alienatio necessaria ex parte reuenditoris, qui ea lege emit, vt intra tempus præfixum reuenderet venditori; sed agi de obligatione suscepta per D. Pallauicinum, nulla præcedente necessaria causa, quia scilicet iam expirauerat tempus redimendi præfixũ in venditione facta per D. Constantiam; vt ipsemet D. Pallauicinus asserit in illis verbis instrumenti, *quæ (scilicet bona) irreuocabiliter, & pleno iure ob lapsum temporis redimendi, propria effecta fuere dicti Pallauicini*; ex quibus patet non versari nos simpliciter in terminis retractus conuentionalis, qui iam expirauerat, sed in noua promissione, & obligatione, facta, & suscepta à dicto D. Pallauicino.

Respondeo insuper, casum hunc esse mixtum, cum agatur non solùm de pretio medietatis dictæ domus, & dictorum bonorum, sed etiam de residuo crediti cessi, & pecuniarum mutuo datarum, vt liquet ex instrumento; quæ sanè parcellæ præcipuam partem debiti originaliter constituunt; & sic dico de casu simplici pacti redimendi, non bene inferri ad mixtum; quin imò in mixto præua-
22 lere illud simplex, quod est potentius *Menoch. cons. 648. num. 9. & 690. num. 7.* ideoque aliud minus principale trahere ad se *Gratian. disceptat. 569. nu. 24. Ludouis. decis. 240. num. 16.* & potentiùs operari *Cyriac. contr. 4. nu. 64.*

Vrget præterea dictum consilium *Deciani 184. lib. 2.* qui probauit etiam in tempore Statuto in pacto simplici de retrouendendo, moram purgari posse, maximè si hæc duo concurrant; nimirum
23 quod ius Aduersarij non sit interim factum deterius; & quod agatur de retinenda actione orta ex huiusmodi pacto; quæ sanè in casu nostro concurrunt; ius enim D. Pallauicini non est interim factum deterius; imò magis ipsi expediret, si verum amamus, pecunias cum vsuris recipere, quàm retinere perticas quindecim, & medietatem domus, quæ, vt dixi, commodam diuisionem non patitur; Dominus verò de Iudicibus agit de retinenda actione dicta bona recuperandi. concordant DD. relati *à Tuscho lit. M. concl. 377. num. 100.*

Siquidem emendatio moræ, conceditur ex clausula generali, *si qua iusta causa. D. Caluinus de aquit. d. lib. 1. cap. 78. nu. 1. & 4.* & ab æquitate veluti à fonte
24 promanat *l. si seruum 91. §. sequitur. vbi Castrensis num. 2. ff. de verb. obligat. Iason. in d. l. & si post tres 8. num. 2. ff. si quis caution. Schuarzentaler in d. l. magnam 12. C. de contrah. et committ. stipulat. tab. 3. n. 51. & 76. in fine.*

Eò magis, quia dubitatur de asserta quantitate crediti, pro quo bona hæc data sunt in solutum, & propterea locus esse videtur decisioni *Surdi 34.* vt etiam lapso tempore admittatur de
25 æquitate retrahere volens, latè *Mantica de Tacit. lib. 4. tit. 31. nu. 40.* & in terminis *Decian. d. cons. 184. num. 11.* vbi alios citat.

Quid enim sibi volunt illa verba instrumenti, *vt ille dicit, vt ille asserit, vt ille prætendit*? quid alia *dictaq; D. Constantia, & eius filij tantam summam ei non deberi prætendentes*? Et, quod magis est, quomodo saluari potest substantia crediti librarum 3252. quod D. Pallauicino cessit D. Clara Lucia Cattanea? supponitur enim pro constanti ad D. Iosephum de Iudicibus dictæ D. Claræ maritum, pecunias peruenisse, cum tamen constet ex confessione recepti, pecunias solutas fuisse D. Claræ, nec constet de dato in dotem facto Marito, vt alibi la-
26 tiùs ostendam.

Postremò in dubio pro purgatione moræ semper pronuntiandum esse, docent *Osasc. decis. 71. in fine.* idem *Decian. nu. 45. & 46.*

Quibus se habentibus non obstant modò dubitationes excitatæ; nam

Ad primam respondeo primùm promissiones omnes, & pacta semper intelligi saluo beneficio legis *Mantica de tacit. lib. 3. tit. 7. num. 19.* deinde promissionem seruandi contractum, intelligi, nisi
27 iusta causa superuenerit idem *Mantica lib.*

lib.3.tit.2.num.18. conuentiones enim, & pacta, etiam iurata, non extenduntur ad inopinata, latè, & benè idem *Mantica d.lib.3.tit.1.nu.29.* postremò respondet in terminis *Decian. in d.cons.184.nu.42. & seq.* vbi videatur, aliquando æquum esse, pacta non seruare, maximè si æquitas sit à iure informata, vt in hoc casu.

Ad secundam respondeo, contrarium esse verius, quia si mora purgari potest, vbi præcisa dies, & pœna adiecta est, vt supra in quarta quæstione probaui, multò magis vbi adest pactum resolutiuum, siue regressus ad primæua iura, vt in hypothesi nostra, quemadmodum in terminis scripsit *Vrsill.* videndus *ad Afflict.*
28 *decis.174.nu.3.* vers. *quod procedit etiam existente pacto, quod non facta solutione in tempore, contractus sit nullus, & possit peti sors principalis*, & *Loffred.cons.41.* Et verè Vrsilli sententia probatur per *l. si creditor 7. §. illud inspiciendum ff. de distract.pignor. & per l. Æmilius 38. ff. de minor.* quibus in locis aderat conditio resolutiua.

Ad tertiam respondeo, rem integram
29 dici, quia ius D. Pallauicini, non est verè interim factum deterius *Natta cons.338. nu.12. & seq. Decian. d. cons. nu.16.*

Ad id enim, quod obijci posset, per lapsum temporis Statuti, ius irreuocabile acquisitum fuisse D. Pallauicino, respondet, & bene, *Decian. num.23.* hoc esse interesse lucri, quod non tollit purgationem moræ.

Ad authoritatem *Afflict. d. decis.174. nu.3.* respondeo reprobari per *Vrsillum* ibi *nu.3.* & per Sacrum Consilium; præterea in illo casu nullum adductum fuisse impedimentum necessarium, quæ responsio quadrat ad multas authoritates in dubitationibus excitatas.

Ad quartam respondeo, moram non posse dici verè geminatam, cum agatur de tempore, vnico contextu, & in eodem contractu, & instrumento præfixo; geminatam verò dici potuisse, si postquam reuersus est D. de Iudicibus, aliud
30 tempus stipulatus fuisset à D. Pallauicino; præterea clausulam illam, *& per mensem post*, fuisse appositam ad fauorem debitoris, & sic contra eum operari non posse odiosum effectum geminationis moræ *l. quod fauore 6. Cod. de legibus.* demum geminationem moræ considerari posse de rigore iuris ciuilis; non autem de iure canonico, secundum quod in dubio iudicandum est; Et secundum, quod omni tempore purgatio moræ admittitur, dummodò ius Aduersarij non
31 sit interim redditum deterius. *Vrsill. ad Afflict. d. decis.174. nu.2.* & ibi etiam *Caranita. Hyppol. singul.467. Bald. cons.124. super primo lib.5.* in fine, & alij passim.

Ad quintam; exploratum est Dominum de Iudicibus non certare de lucro faciendo, sed de damno vitando; nemo enim est, qui non videat quantùm incõmodi non solùm, sed etiam detrimenti allatura sit diuisio domus, & quidem angustæ, & separatio bonorum adeo iunctorum; adeo vt habita ratione æquitatis, hoc solo nomine audiri mereatur D. de Iudicibus.

IAM verò, quod attinet ad restitutionem in integrum, titulo necessariæ, & laudabilis absentiæ petitam militiæ causa; D. meus Confalonerius, de illa pariter dubitauit.

Quia vbi mora purgari non potest de
31 iure; cessat etiam in integrum restitutio *Caputaq. decis.96. p.3. Cyriac. controuers. 240. num.11. Ripa obseruat.7. num.1. et 2. Marius Anton. resol.61. sub num.18. lib.1.* maximè si adsint clausulæ resolutiuæ contractus post tempus præfixum.

Verùm his non obstantibus existimo restitutionem in integrum concedendam esse.

Primùm, quia cum supra ostenderim, moram in hoc casu purgari posse, saltem de iure canonico, etiam si adsit clausula resolutiua contractus, propterea cessat oppositio.

Deinde, quia ab exclusione moræ, non bene infertur ad exclusionem resti-
32 tutionis in integrum; potest enim dari casus, vt mora emendari non possit, exẽpli gratia post lapsum vndecim mẽsium, vt scripsit *Decius in cons.452. visa instructione num.20.* & tamen detur in integrum restitutio militi, dummodò petatur, siue intra annum vtilem, vt *in l. 2. et toto titulo C. de restitut. mili. l. si quondam*

15.

15. C. ad l. Iul. de adulter. siue intra *qua-
drienniun continuum l. vlt. C. de tempor.
in integr. restit.* vt docet *Cuiac. in paratit.*
33 *C. de restit. milit. et Claudius Coterens de
iure, et priuilegijs militum lib. 2. cap. 10.
tractat. tom. 16. fol. mihi* 440. Reprobatur
enim quorundam opinio, qui voluere
restitutionem in integrum peti debere
intra tantum tempus, quantum fuit il-
lud impedimenti *Castrens. ad l. 1. C. de re-*
34 *stit. milit. num. 2. Afflict. decis. 175. nu. 6.*
& integrum tempus conceditur, & etiam
quia doctrinæ contra citatæ non lo-
quuntur de personis, quibus lex specia-
liter cautum esse voluit benefitio resti-
tutionis in integrum.

Demum, quia verior, & germanæ Iu-
risprudentię principijs congruentior est
eorum sententia, qui docuerunt militem
in integrum restitui etiam aduersus tem-
pus conuentionale; quidquid in contra-
35 rium scripserit *glos. in l. si cum militari-
bus 6. in verbo distraxerunt C. de restitu-
tion. milit. & Tiraquel. de retract. conuent.
§. 1. glos. 2. nu. 57.*

Pro qua sententia affero primo loco
textum *in l. si quis stipulatus 43. ff. ex qui-
bus caus. maiores*, vbi Africanus docet
absentem Reipub. causa, restitui, licèt
agerctur de lapsu temporis in stipula-
tionem deducti; igitur falsa est distinctio
glossæ inter tempus legale, & conuen-
tionale. Porrò absens Reip. caussa dicitur,
qui mittitur à Principe. *Bocr. & alij apud
Mascard. de probat. concl. 11. nu. 2.*

Secundo loco *textum in l. si creditor
7. §. illud inspiciendum ff. de distrac. pign.
vers. aut Reipub. causa absens*, vbi Marcia-
nus docet restitutionem in integrum di-
36 cto absenti concedi, qui intra tempus
conuentum pecuniam creditori non sol-
uerat, licèt contractus conceptus esset
sub conditione resolutiua.

Tertio textum pulchrum in *l. absen-
tia 140. ff. de reg. iuris*, vbi *Vlpianus*, ait
37 *absentia eius, qui Resp. causa abest, neq; ei,
neq; alij damnosa esse debet.*

Quarto loco *textum in l. si quis Titio
41. ff. eod.* vbi miles agebat de lucro sub
conditione delato, quam implere non
38 potuit, quia abfuerat Reip. causa, & ta-
men restituitur in integrum; quantò
igitur meliùs, vbi miles agit de damno
vitando, vt hic?

Cum quo concordat *textus in l. Iu-
lianus 17. §. eum quoq; ff. eod.*

Quinto loco textum *in c. significante
7. extra de pignor.* qui loquitur de tem-
pore conuentionali; igitur falsa est dis-
39 tinctio dictæ glosæ, & sola iusti, vel non
iusti impedimenti ratio habenda est.

Sexto loco textum *in l. Æmilius 38.
ff. de minor.* vbi restituitur in integrum
40 Rutiliana pupilla aduersus lapsum tem-
poris conuentionalis, concessi sub con-
ditione resolutiua legis commissoriæ, li-
cèt contractus esset factus à patre pupil-
læ, qui casus fortior est.

Septimo loco considero rationes, qui-
bus dicta restitutio in integrum militi-
bus conceditur, generales esse, & tàm
aptari ad tempus conuentionale, quàm
ad legale; adeò vt vbi lex non distin-
guit, nec nos distinguere debeamus, qui
41 lege Sapientiores non sumus *l. de pretio
ff. de public. in rem actione*; Quia lex in-
distinctè loquens, omnem casum com-
plectitur, dato etiam vt sit maior ratio
in vno, quàm in alio *l. 1. §. quod autem ff.
de alea ludo, & aleat*, imò intelligitur de
42 casu magis dubitabili *l. Domitius ff. qui
testamenta l. 1. ff. ad municip.* prout nec
distinxit *Petrinus Bellus de re militari p.
7. tit. 3. nu. 12.* sed absolutè docuit *quan-
tacunque sint tempora decursa*, militem
restitui in integrum.

Audiamus Vlpianum *in l. 1. ff. ex quib.
caus. maior.* ibi *Huius edicti causam nemò
non iustissimam esse confitebitur: læsum
43 enim ius per id tempus, quo quis Reipub.
operam dabat, corrigitur.*

Audiamus Paulum *in l. cum miles 30. §.
si is ff. eod.* ibi, *itē ex reliquis omnibus cau-
sis restitutio facienda erit*, & licèt exem-
44 plificet *veluti si aduersus eum pronuncia-
tum sit*, tamen tritum est axioma, per
exempla non restringi regulam.

Alias huius restitutionis causas, &
quidem generales recēset *Georgius Aca-
eius de priuil. milit. lib. 1. cap. 1. num. 44.
vers. quartum, & lib. 2. priuileg. 4. & Od-
45 dus de restit. q. 6. art. 2.* & pulchras mili-
tarium priuilegiorum rationes affert *To-
losan. in syntagm. iur. lib. 19. cap. 16. nu. 8.*

vbi

vbi concludit nullos esses homines maioribus priuilegiis digniores, quibus
46 etiam incitandi sunt mortem pro Rep. oppetere, & quasi seruitutis incommoda pati, quàm milites; quid enim aliud est militia (teste *Alconio apud C. Barthium aduersar.lib.14.cap.16.in fine,*) nisi *ingenua, & pulchra seruitus?*

Octauo loco, considero verba illa *Alexandri Imperat.in l.2.C. de restit.milit.*ibi *actioneue, quæ competente eis* (scilicet absentibus Reip. causa, cuiusmodi sunt milites *Odd.d.quæst.6.art.2.num.7.*)
47 *aliquis liberatus fuit*. Nonne enim D. Pallauicinus, absente D.de Iudicibus, liberatus est actione, qua ex stipulatu D. de Iudicibus experiri poterat contra ipsum? cur igitur non erit in casu legis? vide *Cuiac.in paratitlis C.de restit. milit.*

Idem habetur in ipsomet edicto, de quo fit mentio *in d.l.1.§.verba autem ff. de quibus causis maiores*, scilicet in illis
48 verbis, *siue cuius actionis eorum, cui dies exisse dicetur*, & infra *actioneue, qua solutus ob id, quod dies eius exierat*. & legitur *in d.l.Iulianus 17.§.cum quoque ff. eod.*in illis verbis, *non enim dies actionis exijt, vbi Prætoris auxilium necessarium erat*. Quod sanè implorat D. de Iudicibus.

Summa igitur cum ratione *Tiraquellus*, qui loco supra laudato contrarium docuerat sequutus *glosam in d.l.6.C.de*
49 *restit.milit.* summa inquam cum ratione postea dubitauit, quamuis non omnia prædicta iura ponderauerit, vt videre est apud ipsum *de retractu conuent.in d.§.1. glos.2.num.59.& num.60.in fine*, dum concludit, *& si hæc procedunt omninò destruunt ea, quæ diximus in parte huius quæstionis*,

E contra verò optimè docuit *Cardinalis Mantica de tacit.lib.4.tit.31.nu.57.* vers.*Secundò deducitur fol.mihi 293.* absentem Reipub. causa, vel ex alia iusta impeditum; ita vt non potuerit intra tempus conuentum redimere, restitui in
50 integrum ampliando *num.65.* etiam si ageretur de lucro. *& num.66.* respondendo, & bene, ad obiectum, quod scilicet transacto tempore, conditio non possit impleri ad consequendum actionem; quemadmodum, & supra *num.64.* ad alium argumentum, quod nimirum restitutio hæc diceretur concedi cum præiuditio alterius, cui interim ius plenum, & irreuocabile fuit acquisitum per lapsum temporis, optimè respondit, tunc cum restitutio in integrum conceditur, ius alteri acquisitum, intelligi reuocabiliter acquisitum.

Et sanè cum huiusmodi restitutio concedatur ob absentiam causa Reipub. hoc
51 est boni communis; fauor, & ius priuato acquisitum interim, non attenditur; *etenim, quæ communiter omnibus prosunt his, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt præponimus*, inquit *textus in auth.res quæ C.commun.de legat.* per quam responsionem tollitur etiam illa ratio Tiraquelli, vt nimirum mitiùs agatur cum lege, quàm cum homine.

Præterea non omitto doctrinam glosæ *in d.l.6.C.de restitution.milit.* intelligi debere in terminis legis, quàm adducit ad probationem suæ opinionis, nempe
62 in terminis *l.2.C.si aduers.vendit.pignor.* quæ dicit minorem in integrum non restitui aduersus venditionem pignorum factam à creditore eius Patris; nos autem loquimur de contractu inito, & de tempore conuento cum ipso milite.

Quam diuersitatem agnouerunt *Paulus I. C.* quem communiter sequuntur Doctores, *in d.l.Æmilius 38.ff.de minor.* in illis verbis *putabam bene iudicatum, quòd pater eius non ipsa contraxerat*,
53 apertè demonstrans dari restitutionem in integrum aduersus tempus conuentionale, etiam sub conditione resolutiua concessum, vbi minor, vel miles, postea absens contraxisset. *& Tiraquel.d.n.59. vers.aut ibi ideo &c.*

Tenendum igitur est, non solùm de æquitate, sed etiam de rigore iuris competere D. de Iudicibus petitam restitutionem in integrum ad septem tamen tantummodò dies, vt dicitur in fine motiui præstantissimi D. mei Confalonerij, quia non plus reddit restitutio, quàm abstulerit læsio *Odd.de restit.in integrum quæst.19.art.1.num.2.& art.2. nu.6.* tùm
54 quia restitutio in integrum nunquam intelligitur sublata, nisi expressè prohibita

bita reperiatur *Fachin. contr. 16. lib. 12.* tùm quia leges illam expresse concedunt in hoc casu, vt probatum est.

Et quia ambigi non potest, quin milites nostri etiam temporis, verè gaudeant, dum in expeditione versantur, omnibus antiquæ militiæ priuilegijs, vt docent Georgius *Acacius de priuileg. milit. lib. 1. cap. 3. per tot. & Costa de facti scientia, & ignor. inspect. 84. nu. 13. Odd. de restit. q. 6. art. 6. Martin. Laud. in tract. de milite q. 5.*

55 Quibus in hoc casu imputari non potest, quod potuerint mittere Procuratorem, & non miserint. *Castrensis in puncto*

56 *ad d. l. 1. C. de restitut. militum num. 5* latè *Gratian. discept. forens. cap. 868. num. 14. 16. 23. 24. 27.*

Atque ità iuris esse censeo. Metamen &c.

Pallauicinus Actor viso hoc responso, & adhibito Aduocatorum Consilio recessit à lite.

Responsum XXXVI.

An certa quantitas dotis, de qua vxor *disponere* potuisset *per viam vltimæ voluntatis* ex pacto inito in tabulis nuptialibus cum marito expressè consentiente, spectet ad hunc; an verò ad heredes mulieris, quæ decessit sine vlla declaratione suæ voluntatis.

SVMMARIVM.

Referuntur DD. qui sentiunt pro heredibus num. 1.

Frater vterinus an excludat maritum hic Mediolani 2.

Dotis hypotheca, & priuilegia oriuntur à die promissionis 3. & 5.

Licèt aly velint à die matrimonij 4.

Contractus dotalis species est donationis 6.

Ratio 7.

Cur inter coniuges prohibeatur donatio 8.

Contractus, qui durante matrimonio fiunt inter coniuges differunt specie ab eis, qui fiunt ante nu. 9.

Statutum Mediolani 300. *vol. 1. expenditur perfunctoriè* 10.

Verbum disponere *æquiuocum est nu.* 11. *& dubium an comprahendat dispositionem inter viuos* 12.

Distinctio Andreoli 13.

Ponderantur verba illa per viam vltimæ voluntatis 14.

Qui succedit ab intestato, magis succedit ex voluntate legis, quàm hominis 14. 15.

Comprobatur decisio Thesauri 97.

Thesauri *decisio sustinetur aduersus* Antoninum de Amato 17. *&* 18. *&* 19. *et* 22. *et* 23. *&* 24. *et* 25. *vbi rationes proponuntur.*

Maximè si mulier nullos habeat veros agnatos 21.

Surdi decisio fauet nu. 25. *contra eam tamen scribit* Merenda 28.

In dubio pro possessore, et cur? 26. *et* 27.

Merenda, et Caballus pro nobis scribunt 29.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



RIMA fronte arduum mihi videbatur respondere dubitationibus ex citatis contra D. meum Paulum Mariam Terzagũ doctum, & Nobilem Physicum de Collegio Mediolani. Enim verò doctrinæ, quæ pro D. eius Aduersario laudantur (cuius nomen ignotum mihi est) opinionem quasi præiudicatam (vt aiunt Latini) parere poterant; *Surdi* nimirum *decis.* 272. vbi *Hodierna; et cons.* 357. *num.* 8. *Fontanella de pact. claus.* 4. *glos.* 23. *num.* 11. *et claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 2. *nu.* 6. *Giurba cons.* 55. *Gratian. discept.* 539. *nu.* 5. *Franch. decis.* 43. *et decis.* 600. *Antonin. de Amato*, qui materiam

1 latissimè pertractat *resol.* 76. *quiq; nu.* 27. explodit distinctionem, quàm *Thesaurus* affert *in sua decis.* 97, quibus addo nouissimè *Vreeolum consult. forens. cap.* 16.

Sed re meliùs, & in recessu examinata;

ta; sentio tres exceptiones, securitatem facere posse D. Terzago.

Prima exceptio oritur ex non probato iure D. Actoris; is enim docere debet, se in successione sororis Vterinæ ab intestato præferri marito; & si enim *Statutum Mediolani* 299.*vol*.1. disponat in fauorem fratris ad exclusionem mari-
2 ti; cum tamen vulgare sit axioma, verba Statutorum intelligenda esse propriè, & in potentiore significatione; ideo non videntur compræhendere fratrem Vterinum.

Quæstionem proposuit *Carpanus ad Statutum* 282. *nu*. 4. verùm relatis contrarijs opinionibus; *Socini* nempè *Senioris, et Baldi*, rem indecisam reliquit: nisi velimus dicere *Carpanum* venire in sententiam *Baldi*, quam vltimo loco refert, & quam authoritate *Alexandri*, & aliorum confirmat, quia verè vterinus, impropriè agnatus est. Debet igitur D. Actor decisionem aliquam afferre pro se; alioquin in dubio ferenda est sententia pro reo .*l.fauorabiliores ff. de reg.iur.*

Secunda exceptio nascitur ex tempore, quo pactum initum fuit, vt vxor de hac portione disponere posset: Nam aduertendum est capitula matrimonialia confecta fuisse die 8. Septembris 1624. & ab ipsis Iugalibus, & à quinque testibus subscripta: matrimonium verò contractum fuisse (vt legitur in instrumento) eodem mense Septembri: Instrumentum porrò in quo dictum pactum positum est, celebratum fuisse die 15. Septembris 1625. & sic post annum à die matrimonij.

Cum igitur dos naturam suam immutabilem habeat fauore mariti à die promissionis, & capitulorum vt supra, & ad
3 eam marito actio detur *l. ad exactionem* 6. *ff. de dot. promissione*; à qua etiam die oritur viceuersà hypotheca dotalis fauore mulieris, ad textum *in l.*1.*ff.qui potior.in pign.et in l.vnica §.et vt plenius C. de rei vxor. act.* & tradita (omissis antiquioribus) per *Hugon.Donell. de pignor. cap.* 14. *Salgadum in labyrintho p.* 2. *cap.* 21. *nu*.5.6.19.*fol.mihi* 391. *Oñat. de contract. disput.*37.*sect.*9.*nu*.196.*et seq. Boss. de dote cap.*2.*nu*.112.*fol.*55.*col.*1. *Vrceolum consult.*1. præcipuè *nu*.40.

Licèt alij DD. dicant, spectandum esse tempus matrimonij, vt apud *P. Barbosam in* 3.*p.l.*1. *num*.34. vers. *postremò notabis ff. solut.matrim. Pacificum de Salniano interdicto inspect.*3.*cap.*4.*num*.43. *Laurent.*
4 *decis.*25.*num*.21. sed malè, iuditio meo, quia textus *in d.l.vnica* habet expressum verbum illud, *vel promittatur*, quod hypothecam inducit à die promissionis.

Propterea partes sunt D. Actoris, docere quo iure, aut titulo, constante iam matrimonio, sustineatur inter Coniuges hoc pactum, de quo nulla prorsus mentio facta fuit in dictis capitulis matrimonialibus, in quibus vxor omnia bona sua purè, & absque reseruatione vlla, marito dedit in dotem. Sanè regula est, vt inter coniuges, contractus, qui donationem sapiat prohibeatur, seu directè, seu indirectè; præsertim de dote iam data,
5 cuius fauor se quoque porrigit ad Rempublicam, & ad filios, qui nasci possunt: *legem quam dixisti, cum dotem dares, seruari oportet*; ait *textus in l.*1. *C. de pactis conuentis*.

Enim verò contractum dotalem, inter species donationis enumerarunt veteres IureConsulti, & Imperator Iustinianus *in l. fin.* ante versiculum *si igitur*
6 *C. de donation. ante nuptias*, in illis verbis *ideo enim, et antiqui iuris conditores, inter donationes etiam dotes connumerant*: quia nempè dependet à voluntate mera & libera dantis. *Merenda contr.*1.*nu*.17.
7 *lib.*3.*et contr.*2.*nu*.2.

Quæ sanè prohibitio, de qua agunt textus, & Doctores *in l.*1.*et* 3.*ff. de donationibus inter virum, et vxorem* desumitur ex antiqua lege Solonis, vt annota-
8 uit ibi *Gothofr. et Cuiac.* & nititur rationibus tùm moralibus, tùm politicis optimè notis D. meo Iudici, qui (vt de quodam *Nello* scripsit *Bartolus ad l.* 1. *ff. de verb.obligat. num*.7.) ad solum labiorum motum intelligit.

Imò contractus dotalis, qui fit constante iam matrimonio, specie differt ab eo, qui fit ante matrimonium; quia nempè finis diuersus est; & ex fine pendet essentia actuum moralium, & eorum species distinguuntur secundum *Philosophū lib.*

9 *lib.1.Oeconom. cap.1.* & in puncto docuit me idem *Merenda Praeceptor dicta contr. 1.lib.3.num.11.iunctis nu.1.et 2.*

Quod si D. Actor fortasse dicat, pactum hoc sustineri in vim consensus praestiti per maritum vxori ad testandum de dote ita permittente Statuto Mediolani 300. *vol.* 1. attentis maximè illis verbis pacti, *prout vt ex nunc dictus Terzagus consensit, et consentit, quod possit de dicta summa disponere*; eò magis cum praesu-
10 mendum sit in dubio, contrahentes conformasse se cum dispositione Statutorum quibus ligabantur.

Replicatur Statutum loqui de testamento nuncupatiuo, vel in scriptis, formali, & actuali, per actum positiuum testandi (vbi nulli sint liberi;) ità vt expressa debeat esse dispositio vxoris: alioquin ex potentia non infertur ad actum.

Huc quoquè respicere videntur illa verba pacti *possit disponere per viam vltima voluntatis*, quae tria vltima verba nè superflua sint, vtq; aliquid operentur vltra verbum illud aequiuocum *disponere*, ad tradita per *Surd.d.decis.272.n.36.*
11 necessariò relationem habent ad formalitatem consuetam expressè disponendi, & afficiunt restringuntque omnia verba pacti copulatiuè concepti; adeo vt possit quidem vxor, *quandocunque, et prout eidem* libuerit disponere, eligendo scilicet quamcumque personam voluerit, & in quamlibet caussam conuertendo pecuniam; sed per actum explicitum supremae mentis, & non aliter; nam ly *per viam*, denotat dispositionem hominis codicillandi, vel testandi, & excludit dispositionem legis ab intestato, qua vti vult D. Actor: & tollit quaestionem, de qua apud *Antoninum de Amato nu. 6.*
12 *et seq.* nimirum, an verbum *disponere* comprehendat dispositionem inter viuos. In qua sanè quaestione placet distinctio *Andreoli in controuers.410. nu.2. et seq.* vt nimirum vbi facultas disponendi datur ex contractu inter viuos; tunc propriè, & strictè intelligenda sit de dis-
13 positione facienda per vltimam voluntatem; quidquid sit, quando dicta facultas ab aliquo testatore conceditur.

Ex quibus desumitur tertia exceptio aduersus doctrinas *Surdi*, & aliorum, pro D. Actore laudatas (vt praemisi) nam si examinentur formulae, quibus concepta fuerant pacta, de quibus erat quaestio apud citatos Doctores; diuersae apparebunt à nostra, quae habet, vt
14 dixi, illa verba restrictiua *per viam vltima voluntatis*, quae important, vt Logici dicunt actum exercitum testandi; excluduntque tacitum illum disponendi modum ad fauorem heredum ab intestato, quo nituntur dicti Doctores *ex l. conficiuntur 8.ff.de iure Codicillorum*, nam qui succedit ab intestato, succedit verè (vt etiam agnouit *Antoninus de Amato num. 16.*) ex dispositione legis, non hominis; & sic D. Actor excluditur, vti non habens, vt requiritur, dispositionem defunctae pro se.

Ita bene determinat idem *de Amato ibi nu.56.* videndus vers. *secundò an stan-*
15 *te*, iunctis, quae scripserat (licèt in casu diuerso) *nu.15.& seq.*

Recipienda igitur esse videtur in hac hypothesi *decisio Thesauri 97.* quae confirmatur per *decis. Senatus Aragonensis apud Casanatam cons.37.num.29.* & quae alios habet Sectatores, vt videre est
16 apud *Fontanellam d.claus.4.glos.23.num. 12.& seq. vbi num.14.* sic ait *mihi (si verum fari licet) magis, procul dubio, arridebat Senatus Pedemontani opinio, & eius rationes magis applaudebant, & in puncto iuris, magis eam opinionem certam existimabam*; & apud *Surdum loco citato n.8.*

Nisi enim fallor (quod facile est) realis est, non verbalis, nec obiectiua distinctio, quam affert ibi *Thesaurus* (quidquid contra illam deducant *Antoninus*
17 *de Amato dicta resol.76.num.27.& aly.*) & hanc distinctionem Thesauri firmat *Antonius Monachus decis. Bonon.71.n.60. & 61.* iuncto *num.15.* vbi ponderat praecedentem translationem dominij; resolubilem tamen, vbi mulier testaretur, vel expressè disponeret.

Siquidem vbi praecessit translatio dominij totius dotis in maritum: & subsequitur deinde pactum, vel reseruatio, per vltimam voluntatem disponendi de aliqua parte: profectò si vxor praedecedat, nulla facta expressa dispositione caus-

caussa mortis; Quæro ego ab Aduersa-
rijs, quæ sit ratio, cur magis præsumere
velint, vocari sic tacitè potiùs à muliere
ad eam portionem heredes suos ab inte-
18 stato, quàm maritum, in quem iam to-
tam dotem transtulerat, & quem præ
omnibus amare pręsumitur de iure, cum
sint duo in carne vna? Quæro, cur cum
posset vxor vltimam voluntatem suam
declarare, & tamen non declarauerit, di-
cendum potius non sit, noluisse *ex indu-
stria* vti pacto; quemadmodum ita bene
arguit *Amato nu.57.?*

Hoc sensit etiam *Andreolus d. controu.*
410.*nu.*3.ibi, *quia illa facultas disponen-
di resoluitur in hunc sensum, si ipse pater
voluerit disponere Bartolus &c. vnde cum
19 expressè pater non disposuerit, nec decla-
rauerit se velle, videtur extingui talis fa-
cultas per eius mortem, quasi defecta con-
ditione, & nu.* 4. *&* 5. probat specificam
dispositionem requiri, nec attendi gene-
ralem.

Vbicunque autem, certi non sumus
(moraliter saltem) mulierem vti voluisse
facultate disponendi; excludendi sunt
vtique heredes ab intestato; quibus sine
positiua dispositione mulieris, nullum
20 ius adquiri potest; resistente nimirum
plena translatione dominij totius dotis
prius facta in maritum; & iuncta dispo-
sitione Statuti (cum qua alioquin se
conformare creduntur contrahentes) vt
maritus prædecedente vxore sine liberis
lucretur dotem etiam promissam.

Si verò agatur de vxore (qualis
hæc erat) quæ nullos habeat agnatos,
propriè tales, tunc fortior erit coniec-
tura desumpta ab ordine charitatis pro
prælatione mariti; quæ magni fit, tùm
à iure peritis, tùm à Theologis, quia
21 optimè congruit principijs philosophiæ
moralis (cuius pars est iurisprudentia)
ad *l. vxorem* 41. §.2. *in fine ff. de leg.* 3. *l.
cum auus* 102. *ff. de condit. & demonstrat.
l. cum acutissimi* 30. *C. de fideicomm.*

Addo primordium tituli, quem mari-
tus habebat onerosum esse, nempè ad
sustinendum pondus matrimonij (sub
quo curuantur identidem Atlantes) atq;
22 ideo in dubio præferendum esse titulo
lucratiuo heredis ab intestato, quia vt
ait *I.C. in l. si pater* 76. *in fine ff. de iure dot.
nisi oneribus matrimonij seruiat dos, nul-
la est.*

Eò magis cum apud me vrgeat multũ
ratio considerata per *Hieronymum Gabr.
cons.* 143. *num.* 7. vt nimirum quandò
præcessit translatio dominij totius dotis
in maritum; tunc facultas personalis de-
inde concessa vxori, disponendi per vl-
timam voluntatem de aliqua parte, non
23 retro transfert in eã dominium, sed sim-
pliciter remouet impedimentum, & facit
licitam dispositionem.

Contractus enim dotalis, suapte na-
tura, maritũ efficit pleno iure Dominum
24 *Merenda dicta contr.* 2. *n.*2. *&* 6. *lib.*3. &
plenè *contr.*45. *lib.*13. *& contr.*8. *lib.*21.
*num.*1. nec est contra naturam dotis, vt
maritus vxore mortua, eam lucretur.
idem *Merenda contr.* 1. *nu. fin. lib.* 3.

Nisi igitur vxor expressè disponat,
non remanet vllum dominium, nec ius
actuale in hereditate mulieris, quod trã-
sire possit in heredes ab intestato, in
quos personalia non transeunt.

Ad hoc argumentum non respondet
*Surdus in d. decis.*272. imò in casu nostro
decidit pro nobis *num.* 27. dum ait *con-
trarij Doctores procedunt, quando bona de
quibus agitur, non erant illi perfectæ ad-
25 quisita, qui fecit testamentum: secus quã-
do erant quæsita,* & citat *Zanchum, et Ga-
brielem*, mox subdit *nam non videtur in
dubio testando disponere de bonis non suis;*
aliud est *quando, vt in facto nostro* bona
sunt *propria non aliena.*

Fortiùs igitur, vbi nec testata est vxor;
nec summa de qua disponere poterat sua
erat, sed mariti (qui dominus interim
remanebat;) nec pactum disponendi in
ipsa primordiali conuentione dotis ap-
positum fuit; (vt casu *Surdi*) sed matri-
monio iam constante.

Demum ita pronuntiandum erit in
dubio per regulam *l. in obscuris* 114. *ff.
de reg. iur. c. inspicimus* 45. *de reg. iur. in
6.* & quia in dubio, semper pro possessore
26 iudicamus *c. pro possessore extra eod. tit.*
cuius regulæ rationem moralem expli-
cat *Aristoteles problemate* 13. *sect.* 29. &
ibi *Septalius noster.*

An autem res sit dubia (& quidem
valde)

valde) contra heredes ab intestato ex Doctoribus citatis, & ex rationibus supra dictis, plusquàm satis apparet iuditio meo.

Cum tamen res est ambigua; respectu possessoris dicitur clara, et aperta, ait *Merenda cap.26.nu.*18.*lib.6.et nu.*20.*et seq.*
27 vbi regulam explicat, & videri meretur, quia Iudices admonet.

Post hæc scripta, occurrit mihi eiusdem *Merenda controuersia* 8. *lib.* 21. in qua non solùm confirmat ea, quæ supra
28 deduxi, sed rationibus validis euertit dictam *Surdi decis.* 272. ostenditq; meliorem esse sententiam contra heredes ab intestato, quam defendit *Bursatus* videndus *cons.*266.;Et *nu.*2.*et* 3.docet per pactum non diminui dominium mariti; *et num.*5.*et* 9. sumendam esse interpretationem pacti in fauorem mariti, & contra heredes, vt explicat etiam *num.*4.vbi monstrat veram, & formalem dispositionem requiri, non tacitam, & præsumptam *ex l. conficiuntur*; & clausulas etiam generales *liberè, et quandocunque* referri ad electionem personæ, & ad caussam in quam pecunias velit vxor conuerti. Occurrit etiam *Caball. decis. criminal.*207.*num.*15.*& seq.* qui confirmat *decis.Thesauri, et Franciscus Marcianus disp.*39.*num.*13.15.17. 19.21. vers. *vnde &* 25.& inter vtramq; opinionem
29 (non tamen in terminis nostris) fluctuat *Castillo quotidian.contr.tom.6. cap.*113.*à num.* 33. ad finem vbi plures allegat. Videantur igitur per D. meum, vt securior sententiam suam pro D. Terzago ferre possit: interim ego feriaturus hoc mense, calamum allido ad subsellium.

Post hæc scripta siluit Actor, & silent heredes eius.

Responsum XXXVII.

Fideiussor quand o non teneatur ad vsuras.

SVMMARIVM.

*Fideiussor determinata quantitatis non tenetur ad vsuras nu.*1.
*Probatur hæc conclusio nu.*3.4.5.6.7. 12. 13. 20.33.
*Afferuntur rationes decidendi n.*8.9.10.11.
*Fideiubere idem videtur esse, atque perdere nu.*11.
Comprobatur ex S.Scriptura ibid.
*Merlini contr.*43.*cent.*1.*Respondetur* 14.
Reprobatur eius sententia de particula tantùm 15.16.
Vniuersalia restringuntur ab adiunctis 17.
Scriptura tenor attenditur 18.
In tutela speciali iure recipitur, vt qui tutoris nomine intercedit latissimè obligetur 19.
Fideiussio quando depositi loco fit 21.
Verba conditionalia non disponunt 22.23.
Surdi decisio 212.*explicatur* 24.
Pecunia sterilis 25.
Fideiussor se in summam minorem obligare potest 26.
Textus in l.Lucius Titius 19. ff. qui pot. *in pignore explicatur* 27.
Conciliatur cum l. fideiussores Magistratuū §.1.ff.de fideiussor 28.
Euictio duas parit actiones inter se diuersas: alteram nempe restitutionis pretij: alteram damnorum, et quanti interfit 29.
Obligatio debitoris principalis, quando dicatur esse in fideiussore 30.
Verbum restituet, *quid importet. ibidem. & nu.*31.
Negusantius *explicatur* 31.*et* 32.
Promittens alium daturum esse, non obligatur 34.
Relatio fit adaquatè 35.
Sententia verba sunt stricti iuris 36.
Aduersarij assertio rem facit notoriam 37.
In dubio pro fideiussore iudicamus 38.
*Decisio Senatus nu.*39.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA



T demonstremus malè iudicatū fuisse per Egr. Villanum Capitaneum Iustitiæ, & benè appellatum per D. Farinam, nulloq; iure fideiussionem præstitam extendi posse ad vsuras ex aduerso petitas, rationes primùm sententiæ

nostræ afferemus in medium, deinde
contrarijs sigillatim respondebimus, vt
veritas magis eluceat.

Prima ratio est, quia fideiussio (cuius
verba retulimus in facto num. 10.) non
fuit simplex, indefinita, in omnem caus-
1 sam, indemnitatis, aut huiusmodi, sed
fuit certæ, expressæ, & determinatæ
quantitatis, & restricta ad *libras* 8574.
depositas penes Thesaurarium Senatus;
quibus in terminis sententia receptissi-
ma est fideiussorem ad vsuras non te-
neri.

Quæ probatur primo loco per tex-
tum *in l. fideiussor* 10. *C. de fideiussor lib.*
8. *tit.* 41. vbi Imperator Alexander sic
2 respondet *fideiussor, seu mandator si in
vsuras quoque obligatus est, iustam caus-
sam recusandi eas soluere non habet*, ergo
si in vsuras se non obligauit, iustam caus-
sam habet; nam vt ibi inquit *Gothofre-
dus litera A fideiussor vsurarum nomine
non tenetur, nisi expressè vsuras promise-
rit: aut in omnem caussam fideiusserit*.

Secundo loco per *textum in l.* 2. *§. pe-
nult. ff. de administ. rer. ad Ciuit. pertin.
lib.* 50. *tit.* 8. vbi Vlpianus in contractu
3 bonæ fidei admittit quidem fideiussores
ad vsuras teneri, *si in vniuersam conduc-
tionem fideiusserint*, verùm hoc limitat,
nisi propriè quid, hoc est certa quantitas
verbis obligationis expressum est; quantò
igitur fortiùs in casu nostro, vbi fideius-
sio non generalis est, sed particularis, &
limitata ad quantitatem rotundis verbis
expressam?

Tertiò per textum in *l. quaero* 54. *ff. lo-
cati lib.* 19. *tit.* 2. cuius verba sunt *quaero
4 an fideiussor conductionis etiam in vsuras
non illatarum pensionum nomine tenea-
tur, nec prosint ei constitutiones quibus
cauetur eos, qui pro alijs pecuniam exol-
uunt, sortis solummodo damnum agno-
scere oportere. Paulus respondit si in om-
nem causam conductionis fideiussor se ob-
ligauit, eum quoque exemplo coloni tar-
5 dius illatarum per moram coloni pensio-
num præstare debere vsuras etc.* & paulò
infra *tamen cum fideiussor in omnem cau-
sam se applicuit, aequum videtur ipsum
quoque agnoscere onus vsurarum*: ergo
iniquum videtur vt fideiussor noster, qui
se applicuit in certam causam depositi,
& summæ expressæ, & limitatæ tenea-
tur ad vsuras.

6 Quarto per textum in *l. initio* 5. *C. de
pact. inter empt. et vendit.* vers. *quàm ab eo.*

Quinto per textum qui, vt inquit *Co-
rasius Miscell. iuris lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 10.
post med. veluti Achilles contrariam pro-
sternit sententiam *in l. fideiussores Magi-
7 stratuum* 68. §. 1. *ff. de fideiussor. lib.* 46.
tit. 1. agitur namque illic de contractu
bonæ fidei, in quo vsuræ secundùm ac-
tionis naturam veniebant, & tamen de-
cidit Imperator fideiussorem ad vsuras
non teneri, quia certam quantitatem ex-
presserat pro qua promiserat.

Ratio verò decisionis genuina illa est,
quam ex *Baldo*, ibi *nu.* 4. *Gothofredus af-
8 fert littera A.* quia nimirum fideiussio
semper est stricti iuris, etiam in contrac-
tibus bonæ fidei; *adeo vt nisi in omnem
obligationem se adstrinxerint, vsurarum
nomine non teneantur, nisi hoc expressim
cautum sit, vt nomine vsurarum teneren-
tur.*

9 Concinunt huic rationi axiomata il-
la; quod quantitas per fideiussorem pro-
missa est pars fideiussionis, adeout obs-
tet exceptio si plus ea petatur *Hering. de
fideiussor. cap.* 24. *num.* 42. *et* 43. iunctis,
quæ in puncto scripsit *nu.* 224. ibi *quan-
do tamen fideiussor verbis non expressit
10 quatenus velit obligari*; Quod effectus
promissionis, & stipulationis vltra verba
non extenditur *arg. l. damni infecti* 18. §.
is ff. de damno infect. lib. 39. *tit.* 2. Quod
obligatio fideiussoria est inuenta à lege
per punctum, & apices, & vim rationis,
vt bene probat *Borgnin. decis.* 5. *nu.* 54. *p.*
2. Quod obligationes non extenduntur
Surd. decis. 31. *num.* 15. quæ tantùm li-
gant, quantùm sonus verborum *Faber.
in C. lib.* 8. *tit.* 24. *de fideiussor. defin.* 5. *n.* 3.
Quod non tenetur fideiussor ad aliud de-
bitum, quàm quod in fidem suam rece-
pit *Hering. dicto loco nu.* 21. & benè pro-
bat in puncto vsurarum *Gratian. discept.
cap.* 130. *num.* 28. *et* 2. *seqq.* Quod si eius
obligatio de vno intelligi potest, non
11 porrigatur ad aliud, vt strictiùs intelli-
gatur, quàm fieri possit *Caren. resol.* 90.
nu. 1. *cum seq. Cyriac. contr.* 546. *nu.* 143.
de-

debere enim est perdere *Cancer. var. p. 3. cap. 7. de pactis nu 230 Magon. decis. Florent. 57. nu. 57. & decis. Lucens. 9. nu. 12. Couarr. var. lib. 3. cap. 2. num. 6. Hering. de fideiuss. cap. 1 num. 9.* benè *Scaccia de commerc. §. 3. glos. 3. nu. 12.* vers. *infero in fine.* vbi affert ex *Prouerb. cap. 17. nu. 18. Stultus homo plaudet manibus cum spoponderit pro amico suo, & ex cap. 22. num. 26. Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt, quo debitis.*

Et quod fideiubens pro certa summa, non censeatur obligatus pro fructibus post alios ostendunt *Tolos. in syntagm. iur. lib. 24. cap. 4. num. 9. & 10. Coller. de proc. execut. p. 1. cap. 10. nu. 309. Ger. Spin. cons. 39. nu. 26. Barbos. Sen. in 3. p. l. 1. num. 27.* vers. *neque obstat replicatio ff. sol. ma-*
12 *trim. Larrea* de dote loquens *decis. 37. num. 9. Sperel. decis. 40. num. 95. Sanfelic. decis. 256. p. 2. Maur. de fideinssor. 2. p. princip. sect. 5. num. 9. pag. 299.* vbi post alios inquit, *licèt fideiussor euictionis ex natura contractus teneatur ad omnia damna, & interesse tamen hoc secus, quando se restringit ad restitutionem pretij,* vt se restrinxit D. Farina, & clarissimè omnium hanc materiam distinxit *Bartolus in l. centum Capua 9. ff. de eo, quod certo loco lib. 13. tit. 4. in principio,* vers. *vt ista contraria*, vbi quærens quando fideiussor teneatur ad vsuras, distinguit; aut fideiussor se obligauit ad certam quanti-
13 tatem; aut ad omnem causam; aut simpliciter; si ad certam quantitatem, hoc est *primo casu non tenetur ad vsuras, nec ad interesse, vt infrà de fideiussoribus l. fideiussores Magistratuum in princip. & §. 1. & hic &c.* (sunt verba Bartoli.)

Aciem harum rationum, vt euitet Aduersarius opponit *Merlini controuers. forens. 43. centur. 1.* vbi postquam magna Curia sensit pignus gemmarum esse obligatum etiam pro vsuris, in fine di-
14 citur in ea fuisse sententia, vt textus in citata *l. fideiussores Magistratuum* procedat, vbi in promissione adsit particula taxatiua *tantùm*.

Sed bona cum venia Merlini, & aliorum quorumcumque, qui ita sentiunt, falsissima est hæc sententia, adeo vt contraria, quòd nempè sufficiat expressio
15 certæ summæ, non solùm communior sit, sed sola verior quemadmodum intellexit *Bartolus* loco supra citato, scilicet *in l. centum Capua*, quem communiter DD. sequuntur, & in indiuiduo dixit *Negusantius de pignor. 4. memb. 2. partis num. 48. ad med.* ibi, *cum dictione taxatiua tantum, vel sine,* siue *simili*, vt legitur in alijs codicibus; tùm quia verba illa dicti textus, *quoniam in sola centum annua se obligauerant*, non sunt verba quibus concepta erat fideiussio *Petronij*, & aliorum, quæ sanè supra referuntur in i-
16 tio paragraphi *centum annua fideiusserant*, sed sunt verba rationis decidendi, quà mouetur Imperator, vt bene aduertit ibi *glosa* in verbo *in sola*, vers. *vel dic.* retenta regula, quod glossa transeat cum vltima opinione. Tùm quia si fideiussores illi in promissione sua expressissent, quod in sola centum, & in ea tantùm volebant obligari; profectò quæstio proposita Imperatori non fuisset de casu dubitabili, nec eguisset decisione. Deinde quia hæc sententia dum vult fideiussorem ad vsuras non teneri, vbi apposuit particulam *tantùm* supponit regulam in contrarium, quod regulariter teneatur; sed hæc suppositio falsa est, quia imò regula est, vt fideiussor non prestet vsuras, nisi eas promittat, vel in omnem casum se obliget, vt patet ex textu supra citato *in l. fideiussor. 10. C. de fideiussor.* & meliùs *ex d. l. quaro ff. locati.*

Sed super hoc diutiùs non insistimus, quia cum in promissione D. Farinæ non solùm fuerit expressa certa quantitas ibi *restituet libras* 8574. sed addita etiam
17 fuerint verba *depositas penes Thesaurarium*, quæ tanquam posita post genus nempè *pecunias* stant restrictiuè *Maur. de fideiuss. 2. p. princip. sect. 5. cap. 2. num. 89. pag. 315.* quia regulare est vniuersale ab adiuncto restringi *Cyriac. controu. 21. nu. 69. & contr. 522. nu. 68.* propterea idem est, ac si dixisset in solas *libras* 8574. *semper enim*, vt cum *Baldo* magistraliter inquit *Castrensis in d. l. fideiussores Magistratuum §. 1. debet inspici tenor scriptu-*
18 *ra, vel instrumenti ad sciendum qualiter, & in quantum quis sit obligatus:* nimis siquidem durum esset, vt quis vltra con-

sen-

sensum suum verbis expressum obligaretur.

Probatur quinto loco ratio nostra à fortiori: & si namq; speciale sit in tutela, vt quicunque tutoris nomine intercedit, in omnem caussam, & in id omne intercessisse dicatur, quod per sententiam Iudicis declarari contiget, vt bene
19 explicat ex *Cuiaccio Leotardus de vsuris q.* 20. *num.* 16. & 17. Attamen si in hoc etiam casu fideiussor certam exprimat quantitatem, vltra illam non tenetur *Io. Gedeus de contrah. stipul. cap.* 11. *concl.* 10. *num.* 145. *Leotardus dicto num.* 16. vers. *nisi aliud expressum sit, & pro certa summa fideiussio facta fuerit.*

Secunda ratio assertionis nostræ illa est, quia fideiussio D. Farinæ non fuit præstita in contractu emptionis, aut in actu instrumenti, sed in actu releuationis partis pretij depositi, & relatiuè ad ip-
20 sum depositum, vt in facto videre est. Non potest igitur natura fideiussionis huiusce, trahi ad naturam fideiussionis indefinitæ, quæ simpliciter pro euictione præstatur, vt bene probatur ex scriptis per *Heringium de fideiuss. cap.* 20. §. 26. *num.* 29. *& seq. & d. cap.* 24. *num.* 35. *& seq.*

Et quemadmodum si depositum remansisset penes Thesaurarium, vsuras non peperisset; ita nec releuatum vsuras parere potest in præiuditium fideiussoris, cuius obligatio non aliud operatur, quàm vt pecunia præsumatur ibi semper extare, vt noti iuris est; nec potest extendi ad aliam causam *Muta decis.* 100 *num.* 14. *Chartar. decis.* 42. *nu.* 7. *Mastrill.*
21 loquens de deposito *decis.* 126. *num.* 6. cum fideiussio pro releuatione subrogetur in locum depositi, & subrogatum sapiat eius naturam *Barbosa inn. axiom.* 213.

Nec ex verbis illis, quæ sequuntur, vt in facto num. 10. scilicet, *vbi sequatur*
22 *euictio dictorum bonorum* argui potest fideiussionem datam fuisse in caussam euictionis, vt opponebat D. Aduocatus contrarius.

Nam caussa, & conditio illa *ex causa* pretij bonorum, *& vbi sequatur euictio* afficiunt quidem, & designant tempus solutionis, non autem summam expressam depositi, quæ purificata conditione fideiussionis augeri non potest, nam verba posita in conditione inducunt conditionem, sed non dispositionem *l. si quis sub conditione dandorum* 8. *ff. si quis omissa caussa testamenti lib.* 29. *tit.* 4. *Cyriac. contr.* 365. *num.* 8. Etsi namque ante
23 sequi debeat euictio, quàm restituatur quantitas relaxata; non tamen infertur, quod euictione sequuta, teneatur fideiussor in plusquàm expressè promisit, etiam quia non promisit simpliciter pro restitutione pretij, sed pro restitutione pretij relaxandi, innuens, quod se pro deposito, non pro caussa, & origine depositi, nec pro euictione simpliciter obligabat.

Quamuis igitur euictio regulariter pariat damna, & interesse contra venditorem eiusque heredes; quia tamen fideiussor noster certam quantitatem pretij depositi indicauit pro cuius limitata restitutione promisit eueniente casu euictionis bonorum, ideo vltra illam non tenetur fideiussor; multò minùs cum in actu relaxationis depositi, non in actu venditionis intercesserit.

Surdi porrò *decisio* 212. quæ afferebatur ab Aduersario, non aptatur ad casum nostrum; nam in ea decisione, non
24 certa quantitas, multò minus expressa, vt hic (hoc enim est punctum) sed bona erant in fideiussione simpliciter, & absolutè, quæ de sui natura fructus pariunt: Deinde quia fideiussio ibi præstita fuit ad formam ordinis, qui mandabat, vt restitutio fieret cum fructibus, & sic relatiuè ad ordinem, vt habetur *nu.* 14. vers. *quartò*; tùm quia fideiussiones in eo dominium ad præscriptum Ducalis ordinis præstandæ erant tàm pro fructibus, quã pro bonis, vt liquet ex *num.* 16. *in fine*, & demum quia *Surdus* loquitur de fructibus, qui sunt pars rei, vt ibi *num.* 11. at
25 nostro in casu agitur de restitutione pecuniæ depositæ, quæ ex se sterilis est, vt patet ex textu loquente, de pecunia deposita in *l. nummis* 3. *ff. de in lit. iur. lib.* 12. *tit.* 3. & ex *Gabriel.* loquente de promissione restitutionis pecuniæ *in cons.* 153. *num.* 7. *lib.* 2.

No-

Nouum siquidem non est, vt principalis teneatur pro sorte, & fructibus; fideiussor autem solùm pro sorte; quoniam is potest se obligare in summam
26 minorem, & pro aliqua tantum re. *l. gracè 8. §. illud ff. de fideiuss. lib. 46. tit. 1.* optimè *Gabriel. cons. 43. nu. 6. lib. 1.*

Minus applicari potest casui nostro *textus in l. Lucius Titius 19. ff. qui potior. in pign. lib. 20. tit. 4.* tùm quia nimis est diuersus, vt ex dictis, & dicendis apparebit; tùm quia in dicto textu pignora sine vlla restrictione, & limitatione data
27 fuerant pro obligatione, quæ expressis verbis continebat vsuras. *Scæuola* namque ibi sic loquitur in facto *Lucius Titius pecuniam mutuam dedit sub vsuris*; vnde manu palpatur differentia, & lucem accipiunt dicta Doctorum, quando nempè pignus indefinitè pro sorte datum, teneatur etiam pro vsuris. Benè igitur *P. Barbosa solut. matrim. in 3. p. l. 1.*
28 *num. 29.* ostendens discrimen inter dictam *l. Lucius, & l. fideiussores Magistratuum §. 1.* docet illam procedere vbi nulla adest expressio certæ summæ; hanc autem, vbi adest expressio summæ, & per hanc distinctionem multa tolluntur, quę ab Aduersario afferuntur.

Pariter obstare non potest colorata ratio æquitatis; quòd quemadmodum aduersarius relaxare coactus fuit bona empta cum fructibus; ità etiam consequi debeat pretium suum cum vsuris.

Quia hęc ratio procedit quidem contra venditorem eiusq; heredem, qui absolutè, & simpliciter de euictione tenentur; Sed non contra Farinam fideiussorem restitutionis limitatæ quantitatis depositæ, & relaxatæ coram Senatu, cuius obligatio particularis, & limitata ad depositum, nihil habet commune cum instrumento venditionis, nec cum tota obligatione venditoris.

Eò magis cum euictione sequuta duæ in venditore considerentur obligationes; altera scilicet restitutionis pretij; altera resarciendi damna passa per emptorem, & quidquid eius interest, lucrumque etiam amissum; hasque duas obligationes formaliter inter se distingui, apertè probat *textus in citata l. centum Capuæ 9. ff. de eo, quod certo loco,*
29 *vers. neque enim hæc causa rectè comparabitur obligationi vsurarum; ibi enim duæ stipulationes sunt*, scilicet vt addit *glosa lit. C. vna sortis, & alia vsurarum*, & probant quoque *textus in l. si controuersia 9. & in l. si cum quæstio 17. in l. empti actio 21. in fine, & clariùs in l. cum successores 23. C. de euictiion. lib. 8. tit. 45.* & scripta per *Mangil. de euiction. q. 163. nu. 5. & q. 20. nu. 23. & duob. seq. & latiùs q. 178.*

Voluit ergo D. Farina suscipere quidem parcellæ depositæ obligationem; non tamen obligationem damnorum, & interesse, quæ est quid distinctum formaliter à prima obligatione depositi, etiam in persona Marafchi venditoris, qui nec ipse tenebatur vnica, & indiuiduali obligatione restituendi pretium complexiuè cum vsuris, sed duplici; altera scilicet restituendi pretium; altera resarciendi damnum emergens emptori.

30 Nec facessit negotium ratiocinatio, quæ afferebatur ab Aduersario; quod scilicet verba fideiussionis sint concepta in persona Marafchi venditoris scilicet, *quod Bartholomeus soluet, seù restituet libras 8574. depositas*; itaut eius obligatio sit in fideiussione, vt apud *Neguf. de pignor. 4. membr. 2. p. num. 48.* eò magis attenta significatione verbi *restituet*, quod importat fructus, & interesse, vt apud *Surd. d. decis. 212. num. 11. & seq.*

Quia hæc distinctio euanescit in auras; idem enim est, quod in fideiussione contineatur obligatio principalis non tota, sed restricta ad partem, & ad certam quantitatem expressam in illis verbis *restituet libras 8574. depositas*; & quod contineatur in fideiussione promissio certæ quantitatis per fideiussorem soluendæ, nempè dictarum librarum 8574. enim verò dubium non est, quin fideiussor partem tantùm obligationis principalis suscipere possit in promissione sua. Ad oppositionem au-
31 tem, quæ desumebatur ex significatione verbi *restituet*, respondemus non officere ob verba sequentia restrictiua, scilicet *pecunias depositas &c.* vt supra probaui vers. *sed super hoc diutiùs*, & vers. *Surdi*

Burdi porrò decisio post medium, vbi videatur ne eadem repetantur.

Neque aliter sensit *Neguſ. de pignor. 4. membr. 2. p. num.* 48. nam vltra, quod loquitur in dote, vbique priuilegiata, & in qua militabat diuersa ratio, duos casus distinguit; alter est, quando fideiussor promittit pro actione, vel pro obligatione dotis simpliciter, quæ quidem dos certæ quantitatis est, sed tamen illa actio, vel obligatio est principaliter in promissione sine vlla expressa restrictione, aut relatione ad illam quantitatem; alter quando fideiussor acceptus est, expressa certa aliqua quantitate, siue sorte, quæ erat in obligatione principali, & in hoc casu (in quo nos sumus) concludit apertè fideiussorem teneri solùm pro sorte, non pro vsuris, siue adsit dictio *tantùm*, siue non, vt patet ex toto con-
32 textu verborum *Negusantij*, & potissimùm ex illis verbis, *non restringendo illam expressè ad dictam certam quantitatem*, (vt restrinxit D. Farina) *sed dicendo, & pro dicta obligatione obligauit se &c.* (quod non dixit D. Farina.)

Nec potest aliter intelligi *Negusant.* alioquin discreparet à communi sententia, quàm ipse pariter tetigit *num. 47. in fine*; licèt deinde dicat ad casum suum dotis ibi propositum non aptari. Et ità *Negusantium* intellexit, & explicauit *P. Barbosa solut. matrim. in tertia parte l. 1.*
33 *num. 28. pag. mihi* 155. vers. *neque obstat*, in illis maximè verbis, *quod si sors continebat certam quantitatem, & tamen fideiussor simpliciter se obligauit, nulla facta mentione illius certæ quantitatis, tunc etiam pro vsuris censebitur obligatus*; ergo cum D. Farina expressam fecerit mentionem illius certæ quantitatis, ibi depositæ, non tenebitur ad vsuras.

Sed quid plura? si mordicus hæreamus verbis, nulla erit fideiussio: promissio enim ista, *quod Bartholomæus Marascus restituet libras* 8574. *depositas*, alienum factum continet. textus est *Hermogeniani in l. sicut 65. ff. de fideiuss. lib. 46. tit. 1.* cuius hæc verba sunt. *Sicut reus principalis, non alias, quàm si de sua*
34 *persona promittat obligatur; ità fideiussores non alias tenentur, quàm si se quid daturos, vel facturos promittant; nam reum principalem daturum, vel facturum aliquid frustra promittunt, quia factum alienum inutiliter promittitur.*

Æquè debilis est ratio, quam Aduersarius deducit ex eo, quod in actu dictæ fideiussionis dicitur Farina præstare fideiussionem *in exequutione Senatus Consulti editi sub die 29. Nouembris*, vt in facto præmisimus *num. 9.* quasi illud Senatus Consultum mandauerit fideiussionem præstari etiam pro fructibus.

Primo loco, quia tantùm abest, vt Senatus iusserit fideiussionem præstari, etiam pro fructibus, vt imò in dicto decreto insertum legatur aliud decretum eiusdem Senatus sub die prima Martij, (quod præmisimus in facto *nu. 2. & 3.*) quod expressè disponit, *vt fideiussio sit pro eo, quod soluetur* (sunt ipsa verba) vbi igitur fideiussio dici posset præstita relatiuè ad ipsum Senatus Consultum, (quod non admittitur) profectò esset etiam relatiua ad illam partem in eo cõtentam, *vt fideiussio sit pro eo, quod soluetur*; quia non potest, qui se fundat in relatione adæquata vnam qualitatem relationis admittere, & aliam reprobare, vt apud Philosophos in confesso est, vt
35 apud DD. *in l. asse toto 77. ff. de hered. instit. lib. 28. tit. 5.* neque enim dictum decretum *diei 29. Nouembris* repugnat dicto decreto diei primæ Martij, imò cum eo concordat; solùm enim disponit, vt *præstita idonea fideiussione fiat relaxum*.

Vnde elicimus quod fideiussio, & relaxum sunt ibi correlatiua, & sic illa maior esse non debebat quantitate relaxanda.

Sed hæc gratis dicuntur, quia non est disputandum pro qua summa præstari debuerit fideiussio, sed pro qua summa D. Farina eam præstiterit, & hoc est punctum: Nec qualitas illa idoneitatis apposita in decreto, scilicet *præstita idonea fideiussione*, pertinet ad summam, sed refertur ad fideiussoris personam, vt nimirum sit bonæ conditionis, diues sit, & facilè in iuditium vocari possit, aliaque requisita habeat, quæ DD. exigunt, dum quærunt, quando, & quis sit idoneus

fideiuſ-

fideiussor, quæ percensere non est huius loci.

Secundo loco, quia dum dictum secundum decretum loquitur de fideiussione præstanda, non super re producente fructus (vt in casu Surdi) sed super pecunia ex se sterili, & super deposito; non potest intelligi de fructibus, multò minus cum regula sit, verba sententiæ esse stricti iuris, nec alium effectum parere, quàm eum, qui expressè
36 deducitur ex ipsis. *Alex.cons.108.nu.2. lib.5. Castrensis cons.295. num. 2. vol.1. Fulgos.cons.139.nu.3.col.3.* vers. *ad secundum*; prout dicimus etiam de verbis fideiussionis nostræ, quæ sunt restricta ad quanritatem præcisam, & ad pecunias *depositas*; itaut cum pro maiore summa se non obligauerit Farina, vt etiam ex infra dicendis liquebit, & Aduersarij expressè admiserunt frustra quæratur an se obligare debuerit.

Tertia ratio assertionis nostræ illa est, quia non solùm depositæ fuerunt à Menestris penes Thesaurarium Senatus dictæ libræ 8574. pro quibus fideiussit D. Farina, sed aliæ quoque libræ 138. pro vsuris decursis, vt legitur in dicto rescripto Senatus sign. A. *fol. 2. in fine*, & diximus in facto *num. 6.* & tamen fideiussio præstita fuit pro solis libris 8574. licèt relaxatæ fuerint, & dictę libræ 138. Hinc igitur patet, quod neque pro toto deposito, quod relaxatum fuit fideiussit Farina; quantò igitur minùs pro fructibus, & vsuris futuris, si neque fideiussit pro decursis, quæ ibi erant depositæ. & lucem accipiunt verba decreti, *vt fideiussio esset pro eo, quod solueretur*, nam obseruantia subsequuta ea declarat.

Quarta ratio, & quidem validissima est, quia ipsimet de Menestris, in quorum fauorem præstita fuit fideiussio comparuerunt illico eadem hora coram Senatu, & fassi sunt, acriterq; conquesti in ea comparitione, quæ in actis est signata C. (cuius verba dantur in facto *nu. 13.*) quod fideiussio facta per D. Farinam non compræhendebat fructus, & damna, nec interesse.

Cur igitur nunc heredes contendunt, cur volunt, fideiussionem porrigi ad interesse, & sic vltra eos limites, intra quos fuisse restrictā, tàm defuncti agnouerunt quibus præstabatur fideiussio, & in publico documēto testati sunt; quàm D.Farina sensit, & expressit? certè agen-
37 tium, & contrahentium actus, non extenduntur vltra intentionem eorum, & nulla maior probatio est, quàm aduersariorum assertio, quæ facit rem notoriam, affertq; præsumptionem iuris, & de iure. *Barbosa Axiom.49. Medic.decis.Senens.58.nu.9.*

Enim verò non possunt Ila verba dictæ compatitionis, quæ sunt hæc, *quia fideiussio non fuit præstita pro tota summa pretij bonorum &c. & pro alijs pecunijs iam in dictam caussam receptis vnà cum damnis, & interesse, & seu fructibus eorundem bonorum* restringi ad solos aureos ducentos in actu venditionis Marasco venditori numeratos; tùm quia nimis aperta sunt hæc verba de interesse, & fructibus bonorum loquentia, nisi Solem negare velit Aduersarius; tùm quia non possunt intelligi de solis fructibus ipsorum ducentorum aureorum, nam pro illis ducentis Maraschus, vt Aduersarius admittit, non tenebatur fideiubere.

Iurè igitur, ac meritò couquerimur Farina, & Sadarinus, quod in tanta iuris, & facti euidentia ad solutionem vsura-
38 rum condemnati fuerimus; nam si in dubio pro fideiussore iudicandum erat *l.Arrianus 47. ff.de obligat. & action.lib.44.tit.7.* quid dicendum in re tam clara? Et ego Sadarinus duas habeo caussas conquerendi, tùm quia quamuis simplex collaudator fuerim, vt in facto nu. 12. tamen damnatus fui sine subordinatione, & sine excussione D. Farinæ, tùm quia contra me relaxatum fuit præceptum exequutiuum absque vlla vrbana saltem monitione. Quare &c.

Senatus censuit malè iudi-
39 *catum fuisse, et bene appellatum referente Magnifico Senatore Bragherio.*

Responsum XXXVIII.

In fauorem filij, tempus natiuitatis attenditur, non conceptionis.

SVMMARIVM.

Afferuntur DD. qui sustinent attendi debere tempus conceptionis nu. 1.

Contraria sententia defensores laudantur, qui docent spectari tempus natiuitatis n. 2.3.4.*&* 5.

*Rationes proponuntur nu.*3.4.6.7.9.

*Decisio Iustiniani nu.*8.

*Ius canonicum fauet matrimonio nu.*10.

*Peccatum patris non nocet filio nu.*11.*&* 12.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Ieronymus dùm Vxorem haberet anno 1613. grauidam reddidit Margaritam ancillam suam, quæ Vxore iam mortua peperit Vrbanum. Post annos tres, dictus Hieronymus in Vxorem duxit eandem Margaritam, ex qua Carolum, & Cæsarem filios suscepit. Moritur Hieronymus Pater, institutis sibi heredibus Vrbano, Carolo, & Cæsare, æquis portionibus, qui fratres anno 1632. bona paterna inter se diuiserunt. Nunc Carolus, & Cæsar repetunt portionem dictorum bonorum obuentam Vrbano, afferentes hunc esse Spurium, nec ideò potuisse coheredem institui à patre, simul cum filijs legitimis, quia deficiente (vt dicunt) termino ad quem, non potuit effectus legitimationis per subsequens matrimonium retrotrahi. Quæritur quid iuris.

RElpondeo decisionem pendère à celebri quæstione, an attendatur tempus solius conceptionis Vrbani; quo attento Spurius esset: An verò tempus etiam natiuitatis eiusdem, quo, Vxore iam mortua, poterant esse nuptiæ inter Hieronymum, & Margaritam, & consequenter subsequens matrimonium, effectum legitimationis operari.

Contra Vrbanum (vt scilicet temporis solius conceptionis, habenda ra-
1 tio sit) pugnant *Sarmiento selectar. interpret.lib.*1.*cap.*5.*nu.*10. (qui antiquiores refert) & respondere conatur argumentis contrarijs. *Merenda* præceptor meus *controuers.lib.*24.*cap.*5.*n.*20.*et seq.* qui ponderat textum *in l. cum quis* 10. *& in l. sequenti C. de natur. liber. & in §. fin. instit. de nupt. & in §. reliqui auth. quibus mod. natur. effic. sui*, & concludit regulam *l. & seruorum* §.2.*ff. de stat. hominum* non pertinere ad hunc casum, quia ibi nulla aderat legum offensio. *Garzia de benefit.p.*7.*cap.*2.*num.*38. latè *Fusar. de substitut.q.*409. incip. *in statu num.*106. *& seq.* vbi *num.*107. antiquiores refert, & argumenta vtriusq; sententiæ recenset, & tandem vers. *ex prædictis* fatetur, valdè dubiam reddi hanc disputationem; & benè dubitat, quia in hac materia, magis spectandum est ius canonicum (vt mox videbimus) quàm ius ciuile.

Pro Vrbano autem (vt scilicet attendatur tempus natiuitatis) stat communior sententia Doctorum, quàm stre-
2 nuè præceteris tuentur *Fachineus* videndus *controuers.lib.*3.*cap.*50. qui antiquiores allegat, & rationes contrarias, præcipuè allatas per *Sarmiento*, neruosè cõfutat. *Couarruuias* 2.*p. decret. cap.* 8. §.4. *num.*2. *ad fin. Grass. de success. ab intest.* §. *institutio q.*7.*num.*7. vers. *de iure tamen*; *Luppus de illegit. comment.*4. §.1. *num.*1. *per tot. & nu.*16. & nouissimè *Lucidus de illegit. Clericis cap.*4. *num.*24. vbi plures allegat *Barry. de succession. lib.*1. *cap.*8. *nu.* 10. vbi definit *sufficere alterum tempus, nec vtrumque concurrere necesse esse*; & pro hac sententia *Garzia de benefit. d. c.* 2.*p.*7.*num.*35. viginti quatuor Doctores recenset, inter quos sunt *Molina. Ledesma. Sayr.*

Quibus accedit *Barbosa in collectan. ad c. tanta* 6. *qui fily sint legit. num.* 31. vbi ait, *ille autem naturalis reputandus est, qui licèt conceptus ex ys parentibus*

sit,

*sit, inter quos tempore conceptionis erat
impedimentum; iam cessauerat; veluti si
soluta concepit ex coniugato; at verò tem-
3 pore natiuitatis filij, mortua erat vxor
illius coniugati* (qui est casus noster)
mox rationem reddit, *eò quod status filij
ex tempore conceptionis, aut natiuitatis,
prout magis tali filio erit expediens, est
iudicandus*, & dicit plures DD. referri
per *Cened. collect. 68. num. 6.* Benè *San-
chez. de matrim. lib. 8. disput. 8. de dispen-
sationibus num. 19.* vbi hanc sententiam
confirmat anthoritate *Spini*; *Gregorij
Lopez, Ceruantes*, & aliorum; mox sub-
dit, *ratio est, quia tempore, quo is filius
4 natus est, iam, abolitum erat impedimen-
tum per pracedentem dispensationem* (di-
co ego per mortem vxoris) *atq; ita pote-
rat inter eius parentes matrimonium cõsi-
stere*, & optimè vidẽdus *D. meus Don Dy-
dacus Antonius Fajardo* (quem nunc me-
ritiss. Senatorem habemus) *in tractatu
de legitim. per subseq. matrim. à nu. 24. ad
plures seq.* vbi respondet argumentis Fu-
sarij, *& num. 32. alios DD.* recenset vi-
dendos pręcipuè *Pontium de matrim. lib.
11. cap. 3.* qui videatur.

Ego verò re benè considerata, sentio
hanc secundam sententiam fauentem
filio, veriorem esse, quam nouissimè de-
fendit *Tamburinus* Theologus acutissi-
5 mus *lib. 10. tractatu 4. de irregularitate
§. 3. num. 12. & seq.*

Et huic sententiæ fauent rationes duę
quas non vidi in nostra specie facti per
DD. bene ponderatas.

Altera nempè, quòd legitimatio, quæ
fit per subsequens matrimonium, non
dicitur iuris fictione retrotrahi ad tem-
6 pus conceptionis; sed ad tempus nati-
uitatis; vel ad tempus matrimonij; vt
apud eundem *Barbosam*, qui DD. de
more citat. *ad dictum c. tanta num. 13.* &
benè docet eruditus *Caranza de partu
cap. 2. §. 4. num. 56.* Enim verò, qui adhuc
in vtero est, spes potius hominis dicitur
à Stoicis, quàm homo; imò, & pars ma-
tris vocatur, vt apud Senatorem Ramos
de Parricidis *lib. 7. pag. 397. & pluribus
seq.* ideoq; non debet pœnam pati ex ipso
vsque tempore conceptionis.

Altera, quod non sine mysterio *S. P.
Alexander 111. in d. c. tanta 6. qui filij
sint legitimi*, quo potissimùm nititur
7 contraria sententia, non continuit se in
illis verbis, *si autem vir, viuente vxore
sua aliam cognouerit* (Ecce tempus con-
ceptionis.) Sed addit, *& ex ea prolem
susceperit* (Ecce tẽpus natiuitatis, iuxta
significationem verbi suscipere, de qua
in l. filius 25. ff. de ritu nupt. & clariùs *in
l. moris 9. §. planè 15. ff. de Decur.*) & ex
Nizolio probauit *Tambur.* loco citato.

Duo ergo hæc copulatiuè requirun-
tur, vt sit filius Spurius; alioquin suffi-
cit, quod tempore natiuitatis contrahi
8 potuerit matrimonium, vt per illud sub-
sequens legitimetur filius, viuente vxo-
re conceptus, ex regula *dicta l. 5. §. 2. ff.
de statu hominum*, vbi Marcianus ait *suf-
ficit enim liberam fuisse eo tempore, quo
nascitur, licèt ancilla concepit. Abbas
etiam ad dict. c. tanta num. 14.* de natiui-
tate loquitur, ibi, *quia tempore natiuita-
tis non poterat esse matrimonium*, & in-
frà, *quia matrimonium hoc actu, non po-
test retrotrahi ad tempus natiuitatis*.

Et sanè non mirari non possum quæ-
stionem hãc, dubiam visam fuisse Theo-
logis, atque IureConsultis; dum Iusti-
nianus Imperator eam decidit *in auth.
quibus modis naturales efficiatur sui*, siue
nouella *Constitut. 89. § reliqui 8. in fine*,
in illis verbis, *cum enim dubitaretur
vtrùm oporteat conceptus, an partus res-
pici tempus; sancimus, vt non tempus con-
ceptus, sed partus inspiciatur, propter
filiorum vtilitatem*.

Et hæc sententia lubentiùs tenenda
est, tùm vt matrimonio faueamus; pro-
babile enim est Hieronymum bimuli
huiusce filij legitimandi amore inductũ,
nuptias contraxisse deinde cum Marga-
rita, cum qua alioquin fortè in concu-
binatu vixisset; ità vt alij duo filij (quos
nascituros diuinare non poterat pater)
acceptum ferè debeant Vrbano, quod
legitimi sint. Abhorret enim ius cano-
nicum ab omni medio, per quod retra-
hatur, vel terreatur quis à matrimonio
contrahendo, *vt in c. locum e. requisiuit
10 c. gemma de Sponsal. Abbas de his, qua vi
met. causa fiunt c. sufficere 27. q. 2. c. 1. de
Sponsal. impub. l. cum tale 72. §. si arbitra-*

tu ff. de condit. & demonst. ibi, *nè quòd omninò nuptijs impedimentum inferatur*, & nouissimè *Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. matrim.*

Tùm quia delictum, & peccatum patris, regulariter filio non nocet, vt pulchrè in pœnalibus determinat Vlpianus
11 in *l. 2. §. in filijs*, ibi *nè patris nota filius maculetur ff. de decurionibus*; qui sanè textus, quærit an vtrumq; tempus conceptionis, & natiuitatis simùl attendi debeat, & decidit in odiosis filio prodesse vnicum tempus, quia vt deindè subdit *in §. nullum 7. nullum patris delictum innocenti filio pœna est*: Peccarunt enim parentes sui; ideoq; vt ait Callistratus *in l. crimen 26. ff. de pœnis, Crimen, vel pœna paterna, nullam maculam filio infligere potest; Namque vnusquisq; ex suo admisso sorti subijcitur; nec alieni criminis successor constituitur*, quæ regula comprobatur *ex l. 7. & l. 9. ff. de Senator. l. 8. in fine ff. de in ius voc. l. 3. §. 9. ff. de muner. & honor. l. 22. C. de pœn. et toto tit. C. ne filius pro patre.*

Hactenus de Thesi diximus; verùm in hypothesi nostra, extra aleam difficultatis sumus, quia cum sententia, quæ filio fauet, nedùm sit probabilissima, sed vel melior, vel communior; propterea satis, vndique tutum reddit Vrbanum, eiusque renuntiatariam, ne bona diuisa teneatur relaxare.

Stante magis possessione longi temporis, cum titulo, & bona fide, & scientia Aduersantium; cum in dubio etiam pro possessore, & reo debeat iudicari *l. fauorabiliores de reg. iur. c. vltimo de sententijs. §. retinenda 4. vers. commodum instit. de interdict. c. pro possessore de reg. iur. lib. 6.*

Responsum XXXIX.

Filij primi matrimonij diuidentes cum Vitrico dotem ad normam *Statuti Mediol. 298. vol. 1.* prędeducunt legitimam; mox residuum diuidunt ęqualiter per capita: etiam si mater (vltra dictam dotem) reliquerit filijs bona extradotalia plura.

SVMMARIVM.

Facti species, & distinctio quæstionis nu. 1. & 14.
Proponuntur argumenta contra deductionem legitima nu. 2.
Legis hac edictali *verba nu. 3.*
Sententia Rolandi in cons. 62. lib. 3. *affertur num. 4.*
Adducuntur rationes pro deductione legitima num. 5.
Ponderatur authent. de nuptijs §. optimè nu. 5.
Legitima hac detrahitur propter naturam, & propter iniuriam illatam filijs nu. 7.
Differt à benefitio l. hac edictali *nu. 8.*
Et vtroque benefitio fruuntur filij nu. 9.
Recensentur Doctores aliqui, qui pro deductione scripserunt nu. 10. et 12.
Surdus *confutatur à* Martha *nu. 11.*
Decisio nouissima Senatus Mediolani nu. 12.
Explicantur Faber; Costa, & Merenda 13.
Confutatur Rolandus *nu. 15.*
Prædicta tamen cõclusio reuocatur in dubium vbi adsunt bona extradotalia nu. 16.
Et cur nu. 17.
Rotæ decisio *apud Vrceolum* consult. 18. *et* Cons. Roccij 78. & Alciat. cons. 82. *Vitrico fauere videntur nu. 18. et 19.*
Verum pro legitima contra Vitricum, et contra dictos Auctores militat ratio, et authoritas fortior 20. 23. et 24. 29. 30. et seq.
Respondetur contrarijs argumentis num. 21. et 22. et seq.
Statutum 298. non abrogat lege hac edictali *nu. 27. 30. et seq.*
Vt de Statutis suis senserunt Natta, Surdus, Bursatus, & Rolandus *nu. 23.*
Doctores, qui punctum controuersiæ nostræ tangunt nu. 25. et 26.
Explicantur Auctores contrarij nu. 27.
Molfesij *doctrina nu. 28.*
De tertijs nuptijs incidenter nu. 29.
Circa lucrum dotis quasi societas datur inter Vitricum, et Priuignos non autem in legitima 33.
Decisio Senatus contra Vitricum 34.

DO-

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Efuncta Nobili D. Francisca Bellabucca, quæ tertio loco nupsit D. Io. Bapt. Ferrario, superstitibus tantummodò DD. Iosepho, & Antonio Vicecomitibus, ac D. Iacobo Bussero filijs ex primo, & secundo matrimonio; negat Vitricus prædeducendam esse per filios legitimam de dote.

1 Quæstio hæc disputatur Mediolani, vel in terminis in quibus mulier reliquit solam dotem; vel in ijs, in quibus etiam extradotalia.

Primo casu dicebant Aduocati contrarij nulla lege caueri, faciendam esse hanc detractionem legitimæ, quando Vitricus lucratur totam dotem, vel eius partem, siue ex pacto, siue ex Statuto: iubet enim simpliciter *Statutum 298.*
2 *vol. 1.* maritum succedere *aequaliter per capita* cum priuignis, nulla facta mentione legitimæ: quæ si detraheretur, tunc Vitricus æqualiter non succederet.

Lex verò hac *edictali*, etiam si habeat illa verba, *ita tamen, vt quarta pars, quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur*; non tamen dicit detra-
3 hendam esse legitimam, sed vt portio, quæ datur priuigno non sit minor legitima illi debita; *Roland.* in puncto dicti Statuti *cons. 62. lib. 3.* vbi scribit per hoc
4 Statutum corrigi vetus, ita vt derogetur *legi hac edict.* in fauorem mulierum viduarum, vt faciliùs nubant, & vt ea spe æqualiter succedendi cum filijs alliciantur mariti.

Contra verò, & pro priuignis dice-
5 bam verbis supra citatis *dictæ legis hac edictali*, addendam esse *Nouellam Const. 22.* siue *authenticum de nuptijs §. optimè 27.* vbi Iustinianus reducit ad trientem, & semissem quartam illam, de qua loquutus erat *Zeno in dicta l. hac edictali*, & ita has Constitutiones intellexit *Fachin. contr. 70. lib. 3.*

Atque ideo cum Statutum reseruet filijs primi matrimonij ius suum, ibi *salno, quòd per hoc Statutum non derogetur*
6 *liberis prioris matrimonij*: consequitur, vt ius legitimæ saluum sit, quæ alioquin non censetur sublata, nisi expresse Statuentes de illa fecerint mentionem.

Hæc enim ex iure naturæ descendit, & detrahitur quasi æs alienum, & in odium secundarum nuptiarum, & in recompensationem iniuriæ, quæ filijs illata fuit, non autem ex voluntate, nec ex benefitio matris, & sic ex diuersa caussa
7 nascitur, bene *Fachineus* vbi supra vers. *& hac sententia*, & vers. *vnde. Alciat. cons. 82. Glossa in dicto § optimè* in verbo *quippe*. vbi ait *hinc manifestè colligitur secundum textum legis, quòd debitum naturale, & hoc benefitium potest habere, nec vnum perdit per reliquum, sed vtrumque per ingratitudinem*, & subdit, *& est ratio, quia vnum habet iure naturæ, aliud de-*
8 *licto transeuntis ad secunda vota: vnde quasi vnum pœnale, alterum rei persecutorium se non impediunt.*

Conciniùs verò *Dionysius Gothofredus ad dictum §. optimè lit. G. ait, & ita duplex ei* (scilicet filio primi matrimo-
9 nij) *benefitium competit; vt ne minus legitima, & vt ne minus, quàm Nouerca, & Vitrico.*

Quod confirmatur dum ibi Imperator propter ingratitudinem priuat filios primi matrimonij tàm legitima, quàm lucro delato ob secundas nuptias.

Hanc conclusionem prædeductionis legitimæ tuentur *Hodierna ad dictam l. hac edictali q. 6. & 7. nu. 14. et seq. Merlin.*
10 *de legit. lib. 2. tit. 2. q. 18. Thesaur. decis. 184.* & ibi latè addens *Thesaur. Iun.* qui eandem sententiam tenet *q. forens. 94. nu. 4. lib. 1.* vbi ait se ita semper consulturum *Morot. cons. 53. num. 23. Martha* videndus *de success. leg. p. 3. q. 11. art. 1. num. 4. & art.*
11 *2. num. 9. & 10. & seq.* vbi reprobat *Surdum in cons. 401.* (qui tamen *Surdus* mouetur, quia Statutum Mantuæ habebat particulam illam taxatiuam *tantum Vitricus capiat quantum vnus ex filijs*) & ita *Rota Romana*, sæpiùs iudicauit, vt in decisionibus allegatis *in Melij allegat. 100. & in decis.* seu allegatione Senatus Cataloniæ apud *Cancer. p. 2. cap. 2. n. 186.* nouæ editionis.

Et

Et ita Collegium nostrum obseruat, vt ex Carpano ad dictum Statutum 298 nu. 323. & nouissimè iudicauit Senatus anno scilicet 1667. inter Bursanum, &
12 Causidicum de Collegio Iulium Castillioneum.

Merenda verò *contr.4.nu.8.& seq.lib. 23.Faber.in C.lib.5.tit.5. de secund. nupt.*
13 *defin.6.Costa de portion. q.150. num.6.* & alij loquuntur vbi filijs expresse instituti fuerũt à matre æqualiter cum Vitrico; ita vt voluntas testatricis clara sit; non autem in casu huic simili, in quo D.Francisca heredibus institutis filijs suis; non
14 reliquit marito, nisi *quella porzione, che sarà di ragione*. Præterea contra *Merendam*, & alios pugnant Doctores, & rationes supra citatæ.

Rolandus autem duxerat in vxorem viduam habentem filios ex alio matri-
15 monio, & ideo sustinuit sententiam sibi fauentem, vt monet *Thesaur. Iun. in addit.ad dictam decis.* 184.Contrariam autem docuerat *in q.27.de lucro dotis*.

Secundo autem casu, (qui noster est) vbi nempè adsunt bona etiam extradotalia, contendebant Aduersarij legitimam, vel non esse deducendam, quia
16 filij longè plus habeant, & sic bona hæc in legitimam imputanda sint; vel esse detrahendam ex his, non autem ex dotalibus in perniciem portionis debitæ Vitrico per Statutum.

Adducebant, ea omnia per filios in legitimam imputari, quæ filius percipit
17 iuditio parentis de bonis ipsius. *l. quoniam nouella. l. scimus §. repetitionem C. de inoff.testam.*

Nitebantur decisione *Rotæ* coram *Bichio* impressa apud *Vrceolum consult.* 18.
18 *num. 29. & seq. & Francisci Roccy cons. 78.nu.19.& 20.*

Addebant *Alciatum in cons.* 82. antiquæ impressionis, hanc legitimæ prædeductionem inuexisse in forum Mediolani, vt notat *Carpan. ad dictum Sta-*
19 *tutum 298. nu.* 323. atque ideo eius doctrinam recipiendam esse integrè; ibi si quidem dixit legitimam non prædeduci de dote, vbi in extradotalibus eam consequi possint filij.

Verùm dicebamus pro filijs exceptionem hanc ex aduerso propositam, nec lege, nec ratione probari.

Primùm quia propositio illa, vt quando legitima deduci potest ex alijs bonis, non detrahatur tunc de dotalibus; prin-
20 cipium quæstionis repetit, & supponit id, de quo quæritur: Assertio autem altera, vt quidquid iuditio testatoris percipiunt filij, in legitimam imputent, locum non habet in hoc casu, vt ponderat *Fachineus dicta contron. 70. lib.* 3. propè finem, cuius verba non transcribo; sed vel quando deducitur legitima contra prohibitionem testatoris, vel legis, siue Statuti prohibentis expressè detractionem; vel quando filius grauatus fuit fideicommisso; Vel quando euitari con-
21 tenditur querela inofficiosi testamenti *l. quoniam nouella, & l. omni modo C. de inoff. testam.* At in casu nostro, nec Sta-
22 tutum prohibet detractionem legitimæ de dote data secundo viro (nisi rursus afferatur pro decisione id, quod disputatur; nempe an per Statutum nostrum prohibeatur) nec mater hanc vetuit; nec agitur de inofficiosa; igitur &c.

Deinde quia Doctores illi, qui in contraria sententia stetisse videntur, afferunt Statuta, de quibus loquun-
23 tur abrogare *legi hac edictali*, vt *Natta, & Surdus* de Statut. Montisferrati: *Bursatus* de Statuto Mantuæ, *& Rolandus* de Statuto nostro: quod vt supra probauimus, erroneum est.

Et fortiùs, quia si in casu nostro detractio non fieret, tunc accessio lucri fie-
24 ret non hominibus fauore dignis, puta substitutis in fideicommisso, sed Vitricis odiosis, qui pinguiorem portionem haberent in damnum priuignorum, quibus lex omnem semper fauorem defert.

Sententiam hanc nostram amplectuntur etiam *Glossa in d. l. hac edictali* vers. *diuidi*, in fine ibi, *Item loquitur hac lex,*
25 *siue non habeat alia bona, nisi ea, quæ dat secundo viro; siue habeat, vt in auth. de nuptijs §. illud: Gabriel. de secund. nupt. concl. 4. nu.23.* dicens *amplia, siue coniux habeat alia bona vltra illa, quæ coniugi donauit, siue non: Beroius in quæst.* 119. ibi, *quin imò ex dote, fily primi matrimonij, prius detrahere debebunt tertiam partem*

tem

tem dotis, & aliorum bonorum pro legitima debita sibi iure naturæ, et residuum dotis æquale erit inter filios, & secundum maritum diuidendum: & infra cum *P. de Castro*, dicit fatuum esse consulere, & iudicare contrarium: *Gratianus verò discept. 463. num. 13.* iurat in verba *Beroij*: & demum expressè, & in terminis *Me-*
26 *lius in allegat. 100.* vbi hoc supponit tanquam principium, & probare tantummodo satagit primam propositionem, vt detrahatur de dote.

Si qui verò ex oppositis Doctoribus contra sentiunt: ij vel loquuntur perfunctoriè, nec se altiùs in quæstionem pe-
27 netrant (vt cum *Plauto* loquar) vel vbi derogatum fuit *l. hac edictali*: vel vbi prohibeatur legitimæ detractio ex dote, existentibus extradotalibus, vt docet *Decius cons. 19. nu. 6.* At hìc nec restringitur legitima, nec tollitur filijs, ideoq; vires suas exercet in tota latitu-
28 dine bonorum omnium; & ita etiam declarat, ac distinguit *Molfesius ad Consuetud. Neapolis p. 3. de success. q. 20. num. 5. et per tot. pag. 149.*

Ratio verò stringit, tum quia existentia bonorum extradotalium, non tollit iuri ciuili odium tertiarum nuptiarum, contractarum post annum ætatis 40. nec medetur iniuriæ, quæ filijs illata fuit: (loquor secundum leges ciuiles,) & quam eleganter prosequitur *Leo Imper. Constitut. 90. oportebat &c. & explicat*
29 *Constitutio Porphirogenneta nouella 1. cap. 2.* vers. *vt autem* apud *Dionysium Gothofredum col. mihi* 495. & de qua videatur *Canon 3. 7. Neocæsariensis Synod. 31. q. 1. & S. Basilius cap. 4. ad Amphilochium*: Tum quia cum dos ipsa sit in hereditate, & de hereditate mulieris defunctæ; etiã ex dispositione dicti Statuti 298. quod eam defert titulo hereditario, vt annotauit *Carpanus* in verbo *succedat n. 319. & 321.* ideo si ex tota hereditate prædeducitur legitima, prædeduci etiam debet ex bonis dotalibus: siue legitima sit quota hereditatis, siue bonorum: per quam sanè rationem tollitur Mediolani obex quem (in alijs licèt terminis) ponebat *Gratian. discept. 300. num. 33.* vt nempe lucrum dotis, quod defertur marito, sit tanquam æs alienum; nam hìc defertur iure successionis.

Præterea qui hanc prædeductionem negant ex dotalibus, fateantur necesse est, nullam filijs deberi legitimam (quod
30 supra in prima parte falsum esse monstrauimus) quia cum bona omnia extradotalia iam pleno iure efficiantur filiorum vti heredum matris; propterea non habent vnde legitimam detrahant, nisi de bonis, quæ iam titulo vniuersali sua sunt: Nec enim sufficit filios ex hereditate matris habere plus legitima: quia si hæc ratio pondus haberet; legitima
31 prædeducenda non esset, neque in casu, quo adessent sola bona dotalia: semper enim filij diuidentes dotem cum Vitrico habent plus legitima.

Insuper dum nunquam oritur hæc quæstio, nisi vbi Vitricus concurrit: absurdum quasi foret, vt legitima demeretur ex bonis extradotalibus, ad quæ Vitricus non concurrit, intactis dotalibus,
32 quæ sola sunt obiectum, & subiectum concursus. Nam vt bene *Rota* dixit post *Merlinum de legit. deis. 170. num. 3. & 6.* societas quidem est inter priuignos, &
33 Vitricum de lucro dotis; sed non de legitima, quam habent non iuditio matris, sed ex lege; ex natura, & tanquam æs alienum.

Die prima Decembris 1670. referente Magnif. Senatore D. Io. Petro Stampa Aduocato olim celeberrimo multarumque palmarum.

Censuit Senatus legitimam prædeducendam esse per filios etiam ex bonis dotalibus, vt apud Egreg. Secretarium, & Collegam meum Carolum Mariam Maddium.

Responsum XL.

Testamentum nuncupatiuum in fauorem piæ caussæ, quando sit perfectum voluntate.

SVM-

SVMMARIVM.

*Factum datur num.*1.
*Ad essentiam testamenti nuncupatiui non pertinet scriptura, nec publicatio nu.*2.
*In dignoscenda perfectione voluntatis distingui debet inter testamentum in scriptis & nuncupatiuum nu.*3.
Et sic distinguenda sunt leges, & doctrina 4.
*Ac circunstantia nu.*5.
*Quando voluntas imperfecta sit nu.*6.
*Pia caussa quando sit heres nu.*7.
Disposita in c. cum esses, & in c. relatum de testam.*tendunt ad probationem nu.*8.
*Imperfectionem voluntatis, qui tueantur in hoc casu num.*9.
*Ratio qua moueantur nu.*10.
*Contraria sententia defenditur nu.*11.
Ad pias caussas magis facit ius gentium, naturale, & diuinum, quàm ius positiuū 12.
*Doctrina Lessij nu.*13.
Afferuntur Doctores in puncto nostro nu. 14. *&* 15.
*Sustinetur pia voluntas etiam sine institutione heredis nu.*16.
*Verba Plinij nu.*17.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



GER vocari ad se iussit Notarium, & corā Medico, Chyrurgo, & Parocho dixit ei: voluntas mea est, hæc & illa legata facere; heredem
1 mihi instituere D. Annam Catharinam vxorem meam vita sua durante tantùm; ea mortua Scholam Sanctiss. Sacramenti, & S. Ioseph cum onere Missarum trium in singula hebdomada, & conuertendi hereditatem in alias caussas pias, (quas expressit.)

Qua voluntate audita Notarius *in extensionem incubuit statim*; mox cum alijs quatuor testibus introductis accessit ad ægrum; & legere cæpit testamentum: cum autem peruenisset ad institutionem, & dixisset ægro, vt heredem nominaret, protulit ille *la Sig. A. A.* nec vltra processit deliquio correptus, nec in se redijt amplius.

Quæritur à me; an in fauorem piæ caussæ secundo loco institutæ, testamentum dicatur perfectum perfectione voluntatis, ita vt executionem mereatur.

Respondeo perfectum esse voluntate; & moueor, quia aliud est testari velle in scriptis; aliud testari velle per testamentum nuncupatiuum (qui est casus
2 noster;) siquidem ad essentiam testamenti nuncupatiui non pertinet scriptura, nec publicatio, sed conuocatio testium, & Notarij pertinet ad probationem, vt bene distinguit *Hodierna ad Surdi decis.*292.*nu.*7.*& seq. & Antonius Perezius ad lib.*6.*C.tit.*23.*nu.*15.

Separandi ergo sunt casus, & doctrinæ loquentes de testari volente in scriptis, ab ijs, quæ loquuntur de testamento nuncupatiuo, vt bene distinguit *Paschal. de patria potest. parte* 2. *cap.* 8. *num.* 63. prout, & diuersus est casus noster à casu,
3 de quo scripsit *Surdus decis.* 292. ibi enim testator iter facturus iussit Notario, vt asseruaret scripturam donec rediret; hîc verò testator noster vnico contextu, & voluntatem suam perfectè explicauit, & confici tunc publicariq; voluit scripturam, quæ solemniter etiam legi cæpta est.

Non igitur iuditio meo, aptari possunt ad hypothesin hâc textus *in l. fideicommissa* 11. §. *quoties ff. de leg. & fideic.* 3. nec tex. *in l. ex ea scriptura* 29. *ff. qui testam. facer. poss.* nec *in l. si quis* 8. §. *illud quoque C. de Codicill.* nec *auth. de testam. imperfect. siue nouella Constit.* 107. §. 2. *et in l. Diuus* 24. *ff. de milit. testam.* nec aliæ
4 leges, & authoritates Doctorum: signanter verò *Surdi cons.* 236. *num.* 18. *Fontanella de pact. nuptial. glos.* 3. *p.* 5. *num.* 60. *Simon. de Pratis cons.* 33. *nu.* 2. *& cons.* 42. *num.* 29. *& cons.* 167. *num.* 38. *Gratiani discept. forens. cap.* 550. *num.* 9. *et* 10. *Thesaur. Iur. quæst. for. lib.* 4. *quæst.* 28. *nu.* 14. *Io. Francisci de Ponte cons.* 99. *num.* 9. *et seq. vol.* 2. *Capycii Latro decis.* 7. *Decii cōs.* 158. *seu* 159. *Manzii de testament. tit.* 3. *quæst.* 7. *n.* 13. *Mysingerii obser.* 28. *cent.* 5. & aliorum, quos ego in alia facti specie olim afferebam contra RR. Crucigeros.

Quia hi loquuntur, vel quando testator (licèt in fauorem piæ caussæ dispo-

neret;)

neret;) non habuit tamen ex tunc vo-
luntatem ſuam pro perfecta, nec teſta-
mentum pro abſoluto; vel quando pa-
rabat facere teſtamentum, ſed ad perfe-
ctionem voluntatis adhuc aliquid medi-
5 tabatur: vel quando rogitum differri
iuſſit; vel quando teſtari volebat in
ſcriptis, vel quando verba teſtatoris
tendebant in futurum, vt in caſu *Decii*
conſ. 159. & ſic dicebat ſe velle facere,
ſed actu non faciebat.

Non autem in hoc caſu; in quo teſta-
tor iam perfectè voluntatem ſuam pate-
fecit tribus teſtibus, & Notario; & tunc
enixè intendit teſtari; & quantum in ſe
fuit voluit legi, & conatus eſt nomen
heredis repetere, habuitq; voluntatem
ſuam pro abſoluta; quæ teſte *Manzio d.*
tit.3.q.7.num.2.et 5. tunc ſolùm dicitur
6 imperfecta, quando apparet teſtatorem
voluiſſe quiquam aliud diſponere; cui
concinit *Antonius Perezius ad tit. C. de*
teſtam. lib.6. tit.23. num.32. ibi *cenſetur*
autem perfecta voluntas, quando teſtator
eam totam declarauit, et habuit pro perfe-
cta l.17. ſupra de fide Inſtrum.

Retenta igitur concluſione, quod
cauſſa pia, tàm dicatur heres inſtitui,
quando ſecundo loco ſubſtituitur, quàm
vbi primo inſtituitur, vt notat *Diana in*
ſumma in verbo teſtamentum priuilegia-
tum num.2.pag. mihi 884. & fortiùs *Me-*
7 *renda contr.25.num.20.in fine lib.15.* ibi
ſi autem cum pia cauſſa alius heres ad-
mixtus fuerit puto teſtamentum pium dici
debere cum materia ſit diuidua *c. vtile de*
reg.iur.lib.6. eò magis, quia ex ſolo fine,
quem intendit agens, non autem ex me-
dio, quod adhibet ſpecificatur voluntas
(vt loquuntur Scholaſtici) dicendum
eſt teſtatorem, intendiſſe ad hereditatem
ſuam vocare cauſſam piam, ſed non
fuiſſe ſolicitum de vno magis, quàm de
altero modo probandi diſpoſitionem
ſuam, licèt vnum modum ſecuriorem
indicauerit Notario.

Potiſſimùm cum non deſint Authores
grauiſſimi ſuſtinentes, diſpoſita circa
teſtes in *c. cum eſſes, et in c. relatum de te-*
ſtam. (cum quibus conſonat Statutum
noſtrum 322.) non requiri intrinſecè ad
ſubſtantiam teſtamenti ad pias cauſſas,
nec pro foro conſcientiæ; ſed extrinſecè
8 tantùm ad ſolemnitatem, & probatio-
nem, & pro foro exteriore. *Diana* loco
citato *num.9. Mazuchel. de caſ. reſer. diſ-*
put.2.cap.20.p.1. num.12. Ruin. conſ.71.
num.18. lib.3. Menoch. conſ.224. num.59.
lib. 3. Achill. de Graſſ. deciſ. 1. de teſtam.
Rota par.1. diuerſ. deciſ.533. et p.2. deciſ.
124. à num.12.

Nec ab hac ſententia, vt nimirum te-
ſtamentum, quo de agitur, in fauorem
piæ cauſſæ perfectionem habeat volun-
tatis, dimouent me ea, quæ proponun-
9 tur ex *Caſtillo lib.4. controu. cap.21. num.*
67. 68. et 70. ex Hodierna ad dictã Surd.
deciſ.292. ex Decio conſ.159. & aliis, qui
poſſent allegari; quia ſuos vtique ha-
bent validiſſimos contradicentes, vt in-
fra dicam; adeo vt diſquirendum tan-
tummodo ſit, vtra expugnantibus inter
ſe opinionibus ſolidiori fundamento ni-
tatur.

Omiſſa igitur diſputatione, an in teſ-
tamento ad pias cauſſas teſtes ſufficiant
etiam non rogati, & an cauſſa pia ad-
mittat, quem partim teſtatum decedere,
& partim inteſtatum; & an huiuſmodi
teſtamentum vires capiat à ſubſtitutio-
ne, etiam ſi nulla foret inſtitutio, quia
ſententia, quæ affirmat, receptiſſima eſt,
& comprobatur ex ſcriptis doctè per
D. P. Antonium Prandonum virum do-
ctiſſimum, & amiciſſimum.

Ratio negantis ſententiæ in hoc caſu
noſtro illa proponitur, quia vbi teſtator
Notario dixit, age, quæ nunc à me au-
10 diſti in publicum inſtrumentum redige;
tunc videtur tandiu diſpoſitionem, ſeù
voluntatem ſuam ſuſpendiſſe, ſeù diſtu-
liſſe, donec Notarius rogitum confice-
ret; ideoque voluntas interim imperfe-
cta eſſe, licèt in piam cauſſam dirigatur.

Affirmantis verò ſententiæ ratio illa
affertur, quia etiamſi teſtator dixerit
Notario, cui ante mentem ſuam perfec-
tè aperuerat, extende nunc ſcripturam;
non tamen hinc infertur neceſſario, non
11 aliter voluiſſe diſpoſitionem ſuam ſuſti-
neri, quàm in ſcriptis, & per publicatio-
nem, & rogitum; quid ni enim id dixe-
rit, & voluerit ad faciliorem, & tutiorem
probationem?

Sanè in dubio credendum est non voluisse testatorem essentiam voluntatis suæ pendère à publicatione scripturæ, vt ait *Paschal. de patr. pot. part. 2. d. cap. 8. num. 63.*

Tùm quia si permittitur parentibus intèr liberos testari sine solemnitatibus iuris positiui; multò magis id licere cuiquam videtur in fauorem piæ caussæ.

Tùm quia in testamento ad pias caussas, spectatur potius ius gentium naturale, & ius Diuinum, quàm ius positi-
12 uum *c. Ecclesia S. Mariæ de constit.* & notat *Diana* loco supra laudato *nu. 2. Harpreet. ac Clar. §. testamentum q. 6. num. 12.* bene *Lessius de iustitia, & iure lib. 2. cap. 19. dubit. 1. nu. 4.* vbi rationem reddit, quia nempe *finis potestatis Ecclesiasticæ est ordinare hominum actionem ad finem supernaturalem, qui est salus animæ, & consequenter potest submouere, & tollere omnia, quæ studium, et cursum bonorum operum ad salutem animæ pertinentium impediunt: atqui ista leges positiua in*
13 *caussis pijs impedirent studium bonorum operum*, vel saltem difficiliorem redderent exequutionem, si tot adhiberi deberent solemnitates ad essentiam, ergo &c.

In casu autem quasi simili huic nostro, quòd testamentum nuncupatiuum, in publicam scripturam præcedente iussu testatoris redactum à Notario; sed non lectum, quia mors testatoris intercessit, non sit, nec dicatur imperfectum ratione voluntatis, sed tantùm ratione solemnitatis extrinsecæ, atque ideo sustineantur in eo scripta ad fauorem piæ caussæ; quia testator, quantùm in se fuit, testamentum perfecit, & ex parte sua compleuit explicando integram voluntatem suam, probant, & defendunt plurimi Doctores magnæ authoritatis
14 apud eundem *Castillo* videndum *dicto cap. 21. nu. 90. & seq. lib. 4.* quorum sententiam vti veriorem amplectitur idem *Castillo num. 100. & 102.* & conferunt etiam, quæ ipse scripsit *decis. 59. lib. 1.* & sustinent alijs, quos refert *Paschal. d. cap. 8. num. 62. p. 2.*

Hanc quoque sententiam confirmat Theologus *Dicastill. de iustit. lib. 2. disp. 1. num. 10. num. 124. p. 7. tract. 8. resol. 19.*
15 & approbat *Hodierna* ad dictam *Surdi decis. 292. nu. 14.*

Dixi has doctrinas, & rationes procedere in casu quasi simili, quia verè in casu nostro fortiùs militant, in hoc enim bona pars testamenti solemniter lecta fuit; & testator ipse interrogatus balbutire cæpit nomen primi heredis, quod paulò ante expresserat; adeo vt dubitari non possit, quin rem totam tunc perficere voluerit: quamquam etiam sine institutione heredis sustineri voluntatem coram duobus, vel tribus testibus ante declaratam in fauorem caussæ piæ
16 scripsit *Thomas Maulius in tractat. de vltima volunt. lib. 1. tit. 12. num. 8. sect. 14. res. 22.* & docuit *Lessius d. dubit. 1. nu. 8.* quia institutio heredis necessaria tantummodò est ex iure ciuili, per quod fuit introducta.

Cum igitur plusquam moraliter certi sumus de voluntate testatoris, edendum censeo, & exequutioni mittendum testamentum, & à fortiori concludo ver-
17 bis *Plinij Epistol. lib. 2.* ad Annianum *Ego propriam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates, etiam si deficerent, quasi perfectas tuerer.*

Ita iudicarunt DD. Abbates Notariorum, sed pendère dicitur appellatio.

Responsum XLI.

Explicatur, & confutatur assertio *Fiscus non litigat sine possessione.*

SVMMARIVM.

Duobus in casibus quæri potest an Fiscus non litiget sinè possessione nu. 1. & 2.

Tertio Possidenti possessio non aufertur, donec controuersia principalis finiatur à num. 3. ad 16.

Fiscus quando teneatur appellare, vel recursum petere, omissa quæstione possessionis nu. 16.

Princeps quando rei feudalis possessionem ex-

extincta linea Feudatarij ingredi non posit nu.6.7.17.

Fiscus in causis lucratiuis, et confiscationis habetur tanquàm extraneus, et vtitur iure priuato nu.18.et 19.

Fiscalis suspectus, quando remouendus sit num.20.et 21.

Decisio huius controuersiæ nu.22.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



DE hac propositione *Fiscus non litigat sine possesione, & nisi captis pignoribus, & plena manu,* duobus in casibus quæri potest.

1 Altero scilicet, quo agitur de Regalibus, siue rebus, quæ ab origine exierunt à Fisco, vel præsumptiuè spectant ad illum; & vbi non extet legitimus contradictor.

Altero verò, quo Fiscus experitur contra tertium possessorem rei, quàm ait obligatam sibi esse (qui est casus noster)

2 Primo casu, si reus conuentus doceat, vel paratus sit, docere caussam, vel titulum suæ possessionis, debet interim Fiscus abstinere ab omni descriptione, & appræhensione, donec de caussa, & titulo cognoscatur, vt infra nu.6.& 7.

Secundo casu, certissimi iuris est possessorem non esse in sua possessione molestandum, sed controuersiam priùs definiendam.

3 Textus est elegans *in l.defensionis facultas 7.C.de iure Fisci lib. 10. tit.1.* ibi, *eum facultates eorundem, adhùc controuersia pendente inquietari describiq; fas non sit*, & ibi explicat *Nouarius num. 4.* & in *l.fin. eod. tit.* cuius verba videantur *Textus*, Alius quoque in *l. hi, qui 4. C.de conuen.Fisci debit. lib.10.* vbi Imperator

4 ait, *ità vt aduersus est, quos sibi obnoxios asseuerant* (nimirùm debitores Fisci) *& iudicijs experiundum esse cognoscant*, & ibi *Bartolus* in summario.

5 Idem iussit Summus Pontifex Bonifatius Octauus *in c. cum secundum 19. de haret. in 6.lib.5.tit.2.* vbi *Barbosa in coll.*

Et à fortiori probat *textus in cap.1. §. inter filiam* vers. *defuncto tit. si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum, et Agnatos Vassali*, cuius verba sunt hæc, *defuncto milite inter Dominum, et filiam illius, super quoddam feudo quærebatur: Domino feudum; filia allodium, siue libellarium esse allegante; respondit filiam*

6 *in possessione feudi manere debere, donec de eo iudicetur.*

7 Consonent ea etiam verba dicti *cap. 1. agnati in possessione feudi, de quo quæritur constituendi; eo facto super principali quæstione cognoscendum est.*

8 *Glossa* elegans est in *l.res, quæ 22. ff. de iure Fisci*, vbi res, quæ in controuersia est non solùm distrahi prohibetur, sed additur *imò, nec interim capienda, sed apud possessorem consistere.*

Hanc doctrinam, vti certissimam profitentur *Amaya in d.l.fin.C.de iure Fisci.*

9 *Couaruuias* vir doctissimus, & nunquàm otiosè loquutus (teste *Garzia de expensis cap.4. sub nu.27.* vers. præterea, vbi eum appellat Hispanum decus, *et num.34.vers.itaq; ex his) lib.1.var. resol. cap.16. sub num. 9.* vers. *nec opinor hac in re dubitandum esse; nullibi etenim à iure hoc priuilegiũ Fisco concessum esse constat Valenz.conf.58.nu.20.*

10 *Marius Giurba*, qui instar omnium allegari potest *conf.67. num.19.* vers. *quia neminem de iure ostensurum credo, Fiscum hoc potiri priuilegio, vt nusquam sine possessione litiget, et per tot. conf.* vbi contraria argumenta submouet, & sic pronuntiatum fuisse testatur contra Fiscum.

11 Ita etiam sensit *Peregrinus de iure Fisci lib.7. tit.3. num.10.* vers. *sequestratio autem fieri pendente lite inhibetur, sicut, et ipsius rei in Fiscum incorporatio*, & infra, *item, nec aliter reus de possessione eici debet donec lis finiatur. Guidopapa q. 366.*

12 *Bossius*, quoque in terminis fortioribus *tit. de crimine læsæ Maiestatis nu.72.* inquit *est verum, quod requiritur declaratio ante apprahensionem* (nempè in quæstione principali) *et num.75.* subdit *quibus Statutis, et decretis etiã stantibus, adhuc requiritur declaratio, aliter Fiscus non potest apponere manum.*

Rota post Postium de manut. decis. 352.
nu. 4. sic loquitur *Fiscus non potest capere*
13 *possessionem ante sententiam declaratoriam. Bartol. in l. Imperator. de iure Fisci.*

Ipse *Postius obser.* 14. *nu.* 6. docet dari quoque possessori manutentionem contra Fiscum; quod tradit etiam *Cristopho-*
14 *rus Paz. de tenuta cap.* 10. *nu.* 4.

Carena verò examinans dictam propositionem *resol.* 112. *num.* 15. vers. *attamen dicit, id intelligitur quoties pro Fisco, stat præsumptio iuris etc. vel vbi non*
15 *adest legitimus contradictor*; alioquin vt supra dixerat vers. *cum igitur, esset purum, et merum spolium.*

Hæc porrò lubentius admittenda sunt in fauorem D. Decij, qui non conuenitur vti pretensus debitor Fisci immediatus, sed vti assertus debitor debitoris; & qui cum titulo bona possidet, vigore simul sententiarum sibi adiudicata; adeo
16 vt Fiscus teneatur appellare si locus daretur appellationi, *Peregrin. lib.* 7. *tit.* 1. *nu.* 12. vers. *secus si post latam sententiam;* eo casu Fiscus *tenetur appellationem prosequi*; vel recursum petere coram Procuratoribus Cæsaris.

Agitur enim hìc contra tertium, & extraneum possessorem: quibus in terminis, neque Princeps posset propria
17 authoritate possessiorem ingredi rei feudalis extincta linea Feudatarij, vt apud *Bossium in tit. de Principe sub num.* 294. *et nu.* 296. *et* 297. 298. *et* 299. *et seq.*

Ita etiam sensit *Rosental. de feudis cap.* 10. *concl.* 41. *sub num.* 92. *et seq. vbi glossa litt. FFF, GGG.* nisi notorium ita sit, & euidenter appareat ius Fisci, vt nulla possit exceptione obnubilari.

Fitq; certior hæc conclusio, quia Fiscus hìc agit ex D. Velati confiscati per-
18 sona, seù repræsentatione, & sic titulum habet lucratiuum, vtiturque propterea mero iure priuato *Gail. lib.* 2. *obseru.* 86. *num.* 7. & habetur tanquam extraneus *Guazzin. de confiscat. bon. concl.* 20. *in princip.*

Faciunt ad rem *l. Fiscus cum in priuati ff. de iure Fisci. l. cum quadam §. Fiscum ff. de vsur. l.* 1. *C. de petit. hered. l. quod pla-*
19 *cuit ff. de iure Fisci, Peregrin. lib.* 6. *art.* 1. *nu.* 35. *Garon. ad tit. N. C. de iure Fisci art.* 2. *nu.* 1. *& seq. Farinac. in frag. crimin. in verbo Fiscus nu.* 156. *& seq.*

Nec leuem suspicionem inijcit Egregius Fiscalis N. qui cum patre rei con-
20 uenti graues simultates gessit, adeo vt remouendus omnino sit, vt probãt *Fontanella decis.* 30. præsertim *à nu.* 7. *ad* 12. *& nu.* 21. *&* 22. *Aluar. Valasc. consul.* 124. *per tot. Mastrill. decis. Siciliæ* 214. *nu.* 12. *in* 3. *p.*

Sufficit enim rei conuenti iustus ti-
21 mor ad hoc, vt alius ex Egregijs Fiscalibus subrogetur; vt docent *Alfaro de offic. Fiscal. glos.* 17. *num.* 4. *Solorzano de Indiar. Guber. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 21. *cum seq. tom.* 3. & alij apud *Larream allegat. Fiscal.* 2. *num.* 17.

His visis Illustriss. Magistratus Reddit. Extraord. abstinuit
22 *descriptione bonorum, & molestia in possessorio.*

Excellentiss. verò Gubernator Marchio Caracenæ peculiari decreto dictum Egreg. Fiscalem N. remoui, & in eius locum suffici alium iussit.

Responsum XLII.

Explicatur assertio filius ergo heres, & quis teneatur probare.

SVMMARIVM.

Facti species narratur nu. 1.
Textus, & Doctrinæ pro creditoribus laudantur nu. 2. *&* 3.
Suitas habetur pro immixtione nu. 4.
Sed contrarium; quòd imò immixtionem probare debeant creditores, latè defenditur à nu. 5. *ad* 12.
Præcipuè Mediolani nu. 13. *&* 14.
Respondetur contrarijs, & quo in casu militent nu. 15. *&* 16.
Et explicatur conclusio nu. 17.
Alia responsio datur nu. 18.
Mater quando filij hereditatem separet ab

illa

illa patris, seu mariti nu.19.
Aditio quando non inducatur ex venditione num.21.
Transmissio fit cum beneficio restitutionis filio competente nu.22.
Decisio num.23.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Decessit pater superstite filio infante, qui paulò post obijt, antequam se paternæ hereditati miscuerit, vel tutor illum heredem, aut non, pronuntiandum curauerit, vel aliũ actum fecerit, quo volũtas declararetur.

Mater dicti filij hereditatem adiuit; vndè quæritur an patris creditores, ita fundatam habeant intentionem in iure
1 suitatis, vt agere possint contra matrem ex regula, quod heres heredis mei, meus est heres *l.si quis 7.§.vlt.ff.de adquir. vel omit. hered.* an verò creditores ipsi teneantur probare immixtionem filij, quãuis agatur de herede suo; ita vt sine hac probatione, hereditas paterna dicatur per filium transmissa ad matrem, tanquam adeunda, non tanquam agnita, & cum eodem benefitio abstineudi.

Responsum acutissimi D. mei I. C. Dondei, editum in hac causâ, duo continet capita; alterum thesin respicit; alterum hypothesin, dum potissimùm expendit venditionem librorum, qui erant in hereditate patris, à dicta muliere factam post mortem filij.

Quod attinet ad primum, vrgent prima facie pro creditoribus non solùm doctrina *Decij in cons.* 330. super quo fundatur dictum responsum D. Dondei,
2 sed etiam textus adducti per *Antonium Gomez. var. resol. tom. 1. cap.9. de transmiss. hered. num. 7. post med. & num. 15. & 17.*

Præcipuè autem *textus in nota l. in suis 11. ff. de lib. & posthumis; in l. eum miles 30. ff. ex quibus causis maiores, in l.*
3 *in suis 14. ff. de suis, & legitimis*. vbi Gaius inquit *in suis heredibus aditio non est necessaria, quia statim ipso iure heredes existunt; in l. more ff. de aquir. vel omitt. hered. & in l.3. C. de iure deliberandi*, in illis verbis, *nihilominus statim suus ei heres existit*: ex quo textu (vt
4 notat ibi doctissimus *Gothofredus lit. I.*) Doctores regulam illam colligunt, vt existentia sui heredis, ipso iure operetur transmissionem hereditatis ad quoscunque; & aliam vt suitas habeatur pro immixtione *Gratian. discept. 732. num. 52. Surd. cons.* 448. *nu.4. & 13. & cons. 541. num. 19.*

His tamen non obstantibus, veritas est in contrarium, & pro matre pronuntiandum est, pro qua vrgent.

Primo loco *textus in l. si filius qui patri 12.* vers. *etenim ff. de vulg. & pupill.* vbi habemus intentionem Prætoris concedentis benefitium abstensionis, non
5 aliam fuisse, quàm filios ab oneribus paternæ hereditatis liberandi, nisi se immiscuerint, vt dicitur in vers. *etenim*; filius igitur, quoad non se immiscet, non tenetur oneribus hereditarijs, nec intentio creditorum fundata est.

Secundo loco textus *in l. ei 12. ff. de adquir. hered.* vbi Vlpianus ait. *eum qui se non miscuit hereditati paternæ, siue maior sit, siue minor, non esse necesse Prætorem adire, sed sufficit se non miscuisse*
6 *hereditati*; si ergo sine immixtionis probatione, filius heres esset re ipsa, effectiuè, & vbi etiam de damno agitur, & ipse conuenitur; profectò egeret benefitio abstensionis, & adeundus esset Prætor, nec vim fecisset Vlpianus super actu positiuo immixtionis.

Tertio textus *in l. recusare 6. §. sed, & ad filium ff. ad S.C. Trebell.* vbi filius *com-*
7 *pellitur miscere se hereditati*, ad hoc vt restituat; si igitur virtute suitatis heres esset formaliter, frustra requireretur actus positiuus immixtionis ad restitutionem faciendam.

Quarto textus *in c. ex præsentium 3.* vers. *mandamus extra de pignor.* secun-
8 dum intellectum *Barbat. ibid. col. 1.* vers. *et pondera*.

Quinto *textus in l.1. C. si minor ab hered. se abstineat*, vbi ita scribitur. *si vos*
9 *paternæ hereditati non immiscuistis: ob eam rem, testificatio necessaria non fuit*,

eum

eam fides veritatis, verborum adminicula non desideret.

Vbi glossa casum figurat in minore, qui se paternæ hereditati non immiscuerat, non tamen protestatus fuerat se velle abstinere, & ideo à creditoribus pa-
10 ternis vti heres conueniebatur; & statim subdit in verbo *ob eam rem; & sic nota, quod per hanc legem reprobatur opinio quorundam qui dixerunt, quod suus heres præsumitur adijsse, & teneri statim creditoribus.*

Idem docuit glossa *in l. si cum dotem 23. §. transgrediamur* in verbo *extiterit ff. soluto matrimonio*, dum inquit *hic autem, quod sit heres* (patris scilicet) *actor probat. & glossa in l. necessariis* 5. in verbo *teneantur ff. de acquir. vel omit. heredit.* cuius verba non affero, vt breuis sim; & alia etiam *in l. ita tamen 27. §. si pater* in verbo *restitui* vers. *quia est heres nomine, non re, vt teneatur creditoribus ff. ad S.C. Trebell.*

Faciunt textus *in l. 4. & in l. & si quis 14. §. plerique filij 8. ff. de religios. & sumpt.* vbi deciditur, quòd scriptus heres, &
11 filius miscuisse se non præsumatur, qui defunctum, & parentem funerat; si ergo filius præsumeretur heres frustra dubitatum fuisset.

Per quæ, & alia iura, quæstionem nostram in terminis decidunt contra creditores.

Tiraquel. in tract. le mort saisit le vif septima parte declarat. 2. n. 2. vers. *verùm in ea sum sententia, et num. 7. et 8.* quo loci cum *Bartolo, Baldo, Angelo, Imola, Castrensis, Alex. Dyn. Alber. Cyn.* concludit creditoribus incûbere onus probandi immixtionem.

12 *Menoch. præsumpt. 99. lib. 4. num. 4. et 5.* vbi hanc sententiam verissimam profitetur.

Gail. obseruat. 128. num. 16. lib. 2. vbi quæstionem discutit, & contra creditores decidit.

Gomez. var. resol. tom. 1. cap. 9. de transmiss. hered. n. 25. vers. *his non obstantibus*, vbi latè confirmat ad creditores spectare probationem immixtionis.

Paschal. de patria potest. p. 4. cap. 1. nu. 19. vbi videatur in puncto nam plures doctrinas congerit.

Cristof. Mart. Medic. examin. 50. et decis. 79.

Et sanè sententia hæc, Mediolani sine difficultate transire deberet, vbi habemus *Statutum 75. vol. 1.* de interrogan-
13 do filio an se immiscuerit, vel immiscere velit; quod euidenter demonstrat, filium ipso iure heredem non esse, ad hoc, vt paternis creditoribus obligetur, sed immixtione opus esse.

Imò *N. C. in titulo de continuanda possessione*, non absolutè loquuntur, sed ad-
14 dunt *per aditionem, seu immixtionem;* ideoque dum actum positiuum requirunt, non possumus dicere suitatem ipso iure operari ad fauorem creditorum.

Quod obseruauit *D. Garon.* in opusculo super *d. tit. art. 1.* in verbo *non vacet num. 156.* dum inquit, *si igitur volunt creditores sibi prospicere, debent interpellare heredem num velit esse heres*, & in verbo *per aditionem num. 2.* vers. *nemo enim dixerit.*

Non obstant modo auctoritates pro creditoribus allatæ.

Nam ad *Decium in cons. 330.* respondetur primùm, communem, & meliorem DD. sententiam stare in contrarium vt patet ex dictis: Deinde ipsum loqui in
15 casu, quo agatur de lucro, commodo, & fauore filij; non autem de damno, vt patet *ex num. 7.* vers. *quia in his, quæ sunt fauorabilia filio, operatur suitas perinde, ac si se immiscuisset*, & infra vers. *cum agatur de fauore filii etc.* Postremò ipsum *Decium* contrarium respondisse *in cons. 652. viso consilio num. 10. et 11.* vers. *non obstat, quod filius.*

Ad textus verò, & rationes supra pro creditoribus laudatas, & quibus mouetur *Decius* bene respondent DD. dupliciter scilicet.

Primo scil. probare solum, quòd filius virtute suitatis, heres est ipso iure, &
16 quod suitas habetur pro immixtione, quantùm ad solum nomen, & commodum ipsius filii, non quantùm ad effectum, & incommodum, & re ipsa. Ita respondit *glossa* videnda *in d. l. 1. C. si minor. ab hered. se abstin.* in verbo *ob eam rem, et glosam* sequitur *Bartol. ad dictam*

l. 1.

l. 1. qui instar omnium omnino videri
meretur, & debet. *et in d. l. necessarys*
57. *ff. de adquir. hered.* in verbo *tenean-*
tur. et in l. ita tamen 27. §. *si pater* in ver-
bo *restitui ff. ad S.C. Trebell. Paschal. d. p.*
4. *cap.* 1. *num.* 18. vbi allegat plures. *Medic.*
dicto examin. 50. *et decis.* 79.

Quod etiam docuerunt *Garon.* cum
pluribus apud eum videndis *var. resol.*
cap. 1. *num.* 26. vers. *nam quando tractatur*
Gomez. d. cap. 9. *nu.* 19. vers. *dubium tamen,*
et nu. 25. vers. *secundò, et num.* 26. *Tusch.*
17 plures congerens *lit. F. concl.* 361. *nu.* 18.
et 18. *Franciscus de Barry.* videndus *de*
success. lib. 11. *tit.* 5. *num.* 3. quia lex here-
dem verè filium non efficit si nolit, sed
tantùm prædestinat, vt pulchrè inquit
Iason. in l. planè 34. §. *si duobus num.* 19.
ff. de leg. 1.

Eò magis si filius infans sit, vt fuit in
hoc casu, tunc enim nec verè, nec fictè
hereditas adita præsumitur *Socin. Sen.*
consil. 116. *Spiritus Sanctus adsit nu.* 14.

Secundo procedere vbi filius actor
est, secus vbi reus conuenitur. *Medic.*
et Barry. locis supra citatis, & ita cum
Amato decis. Marchiæ 61. *num.* 7. *Chartar.*
18 *decis.* 32. *num.* 14. *et* 15. probat *Garon. d.*
cap. 1. *num.* 26. & ante hos Iacobin. de S.
Georgio *in l. si fratris* 3. *in p. notab. C. de*
iur. delib. quem sequitur *Tiraquel. in d.*
tract. le mort saisit le vif d. par. 7. *declar.* 2.
num. 8. *in fine.*

Patet igitur euidenter, nullam posse
considerari transmissionem hereditatis
paternæ tanquam agnitæ, *sed tanquam*
adeunda, & cum benefitio abstinendi,
vbi creditores immixtionem non pro-
bent. optimè *Gomez. d. cap.* 9. *nu.* 55. vbi
videatur *Alex. consil.* 113. *num.* 3. *et seq.*
lib. 3.

Et ideo potuisse, & posse matrem se-
parare hereditatem filii ab hereditate
eius patris, & ab hac abstinere, nam vt
19 verbis vtar *Barry de success. lib.* 12. *tit.* 1.
num. 1. vers. *denique omnis transmissionis*
hereditatis simpliciter delatæ defuncto,
hoc proprium est, vt quamuis heres here-
dis adieris hereditatem heredis, liberum
ei sit adire, vel repudiare eam, quæ heredi
cui succedit delata fuerat, et vt habeat
eandem facultatem, quam ille primus he-
res habebat, vt rectè obseruarunt Gomez.
resol. tom. 1. *cap.* 9. *nu.* 55. *et de Pratis lib.* 3.
interpret. 1. *dub.* 5. *fol.* 4. *nu.* 6.

Solùm igitur superest videre an So-
roldona heres filii, dum post eius mor-
tem vendidit libros qui erant patris, di-
20 catur eius etiam hereditatem transmis-
sam adiuisse, vt contendit D. Dondeus,
auctoritate *Bartoli in l. gerit* 87. *ff. de ad-*
quir. hered. num. 21. vers. *responde c. et* §.
vlt. Instit. de hered. qualit. et diff.

Et dico, quod hic actus æquiuocum
nullam aditionẽ inducit; tum quia fortè
Soroldona vendidit iure creditricis, tum
quia hic actus vtpote factus à muliere
non probat, nec inducit aditionem.

Ita in terminis scripserunt *Franciscus*
de Barry de success. lib. 11. *tit.* 3. *nu.* 3. vers.
secunda si actus sit factus à muliere, vel
21 rustico, *et Mascard. de probat. concl.* 47.
num. 4. *et* 5. vbi auctoritate *Alexandri*, &
aliorum hanc sententiam confirmat, *quia*
mulier, et rusticus ius ignorare præsumun-
tur; De rustico etiam, & muliere est *text.*
in l. 2. §. *finali ff. de iure Fisci*, & in *l.* 3. §.
21. *ff. de Sillan.* nec Bartolus de muliere
loquitur. *et dictus* §. scientiam exigit, vt
liquet ex vers. *et se ei heredem esse Instit.*
de hered. qual. et dif.

Addimus etiam rem alienam vendi
posse, & agi de libris, qui seruando ser-
uari non poterant, vnde intrat alia limi-
tatio doctrinæ *Bartoli*, vt docet *Barry*
ibid. num. 4. vers. *vna est.* simul cum *Mas-*
cardo, et Menoch.

Cum igitur creditores non probaue-
rint immixtionem filii, partes sunt D.
mei pronuntiare pro matre; nec omitto
quod vbi etiam probaretur immixtio
filii, adeo vt patris hereditas dici posset
22 transmissa tanquam agnita; nihilominus
diceretur transmissa cum benefitio resti-
tutionis in integrum, quod filio compe-
tebat *Gomez. tom.* 1. *d. cap.* 9. *nu.* 56. *Barry.*
d. lib. 12. *cap.* 1. *num.* 21. *Cancer. de trans-*
miss. nu. 21. adeò vt nihil vnquam à ma-
tre consecuturi sint creditores.

23 *Pro matre iudicatum fuit.*

Responsum XLIII.

Quæritur an *Vrsulina* degens in Collegio S. Marcellinæ Mediolani, & Canonicus Lateranensis connumerentur, ad hoc vt legitima semis sit ad fauorem fratrũ, & contra Vitricũ. Agitur etiam de amborum capacitate, & iure successionis ad commodum fratrum in concursu fratris Vterini, & de hypotheca bonorum mariti ducentis viduam, quæ rationes filijs non reddidit.

SVMMARIVM.

Vrsulina *retinet iura sanguinis, nec moritur Mundo nu.1.et 2.*

Fœmina, quæ per Statutum excluditur à successione, auget legitimam fauore fratrum num.3.

Siue prius excludatur, et postea dotetur, siue contra nu.4.

Exclusio fœminæ non attenditur, quando interest fratrum eam numerari nu.5.

Non excluditur, quæ non dotatur ab eo, de cuius hereditate agitur nu.7.et 8.

Legitima debetur non obstante renuntiatione nu.9.

In iurata renuntiatione successionis an legitima contineatur nu.10.et 11.

Filia læsa agit ad pacti rescissionem nu.11.

Restituitur in integrum nu.12.

Filia dotari, vel saltem aliquid habere debet à matre cui renuntiat num.13.et 16. attenta etiam circumstantia, quæ narratur nu.14.

Renuntiatio donationis propter nuptias, an teneat matre deinde ad alias nuptias transeunte num.15.

Ad renuntiationem legitimæ iuramentum speciale requiritur nu.16.

Si filia egrediatur Monasterio, resoluitur renuntiatio num.17.

Filia per masculos exclusa faciunt partem ad commodum masculorum nu.18.

Renuntiatio non valet, quæ sine solemnitatibus fit matri tutrici num.19.

Exceptio de iure tertii admittitur hoc casu num.20.

Professus in religione capaci retinet iura filii nu.21.

Statutum 294. non trahitur ad ius legitimæ fauorabile fratribus nu.22.

Finis dicti Statuti nu.23.

Ratio finalis quando dicatur cessare contrariè nu.23.et 33.

Ratio decidendi in quæstione præsenti consideratur num.24.et 25.

Ratio finalis vbi non exprimitur in Statuto, non fit extensio casus ad casum nu.26.

Merlini doctrina nu.27.

Fœmina exclusa per Statutum nostrum à successione ascendentium facit partem fauore fratrum ex eodem matrimonio nu.28.

Renuntiatio quæ fit matri per filiam, quæ nec ab ea, nec à patre quicquam accepit, transit in donationem 29. vel saltem rescinditur num.31.

Maximè si filia testari possit, et nihil sibi reseruauerit nu.30.

Renuntiatio etiam realis, et abdicatiua quando non attendatur nu.32.

Scire leges quid sit nu.34.

Sac.Concilium Tridentinum sess.25.cap.16. *explicatur nu.35.*

Vota Canonicum Regularium conditionalia sunt, vbi nempe in ea religione perseuerent num.36.

Suarez latè agit de ijs nu.37.

Non comprehenduntur nomine religiosorum nec Monachorum, sed Clericorum nu.38.

Viuere in communi non inducit mortem ciuilem nu.39.

RR.PP.Iesuitæ Clerici sunt nu.40.

Canonici Regulares capaces sunt beneficiorum Ecclesiasticorum nu.41.

Religiosi omnes (Franciscanis exceptis) hodie sunt capaces dominij nu.42.

Votum, quod emittunt dicti Canonici ponderatur, et explicatur num.43.

Habilitas ad actus oppositos paupertati, non repugnat essentiæ voti paupertatis: puta capacitas Dominij in communi; vel pendentis à voluntate superiorum nu.44.

Concilium Tridentinum sustulit à voto solemni paupertatis inhabilitatem ad do-

mi-

minimum, vt docet Sanchez nu.45.
Bona eius, qui duxit in vxorem viduam tutricem nondum per eam redditis rationibus obligantur à lege nu.46.
Quando reddenda per heredes ratio sit non obstante liberatione nu.47.
Tutrici quando imputentur nomina creditorum, quæ defecerunt nu.48.
Quietatio, et liberatio, quamuis generalissima, restringitur ad ea, de quibus actum fuit nu.49.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.

1 I D. Barbara, & M. R. Canon. Lateranensis computetur; legitima (vt in proximè superiori responso per Senatum declarata) semis erit. Quod attinet ad D. Barbaram, res clara videtur; quia Mundo mortua non est; habet enim ex se dominium rerum suarum; testari, & de illis disponere potest; contrahere, & distrahere, & adquirere, sicuti possunt laici; nec vlla solemnia, nec simplicia vota paupertatis emisit, nec religionis, nec clausuræ Cancellis circumscribitur; vno verbo, nubere potest; *Cyriac. contr.* 504. *in prin.*

Retinet ergo procul dubio iura sanguinis, & suitatis ad textum *in l. sanci-*
2 *mus* 35. §. *ad hac sancimus* 3. *& in l. Deo nobis* 56. *C. de Episcop. & Cleric.* & ibi tradita per DD. & sic numerum facit ad augendam legitimam.

Quod si ideo dicatur exclusa, quia per Statutum arceatur à successione; Primo loco respondetur, fæminam per Statutum exclusam, etiam si non succedat; tamen facere numerum fauore fratrum, quorum contemplatione excluditur, vt infra, ad augendam legitimam, licèt ipsa non admittatur ad partem, vt de meliore sententia post *Graff. in* §. *legitima q.* 7. *num.* 5. *& Surdum in decis.* 252. *vbi Hodierna*, testatur *Merlin. de leg. lib.* 1.
3 *tit.* 4. *q.* 3. qui latè quæstionem tractat, & cuius rationes, & scripta non transcribo; & in indiuiduo concludit, re accurratè discussa *Innocentius de success. municip.* videndus *q.* 32. *nu.* 5. *&* 7. vers. *conclusio pag.* 113. *Addo Bellon. de iure accresc. cap.* 6. *q.* 15. *nu.* 30. *& pluribus seq. & num.* 40. vbi ait hanc sententiam approbari ab omnibus Supremis Tribunalibus, siue prius excludatur, & postea dotetur; siue contra: idem auctor *à num.* 66. *&* 67. *ad*
4 77. & in successione matris *num.* 79. vbi argumenta contraria refellit.

Secundo loco respondetur obiectum cessare, vbi interest masculorum fæminam connumerari *Merlin. d. loco num.* 32. *& q.* 6. *eodem tit. nu.* 6. *& seq.* vbi plures
5 citat DD. & ita iudicatum refert *Bellon.* omnino videndus loco citato *num.* 31. cuius verba referam infra: quia semper in hac materia inspicitur principaliter commodum, & vtilitas masculorum: vera namque ratio finalis dicti Statuti
6 est fauor agnationis, scilicet, vt bona in ea permanere possint ad maiorem amplitudinem; vt in puncto cum pluribus firmat *Innocentius de success. municip. q.* 3. *nu.* 15. *& Bellon. d. nu.* 31.

Tertio obiectum remoueri, quia fæmina non excluditur, nisi dotetur: cum igitur fæmina hæc dotata non fuerit, nec à patre, nec à matre de cuius hereditate agitur; ergo ab huius legitima non arcetur. Videatur *Menoch. cons.* 402. *praci-*
7 *puè num.* 34. *& sequentibus*, quia cum nihil à matre habuerit, dicitur exheredata *Barry de success. lib.* 11. *tit.* 25. *nu.* 36. vers. *certè*: Eò magis, cum adsit D. Bussetus ex tertio matrimonio. Nec resistit Statutum, quod ingressa religionem, præsumatur à parentibus idoneè dotata; quia negamus primùm filiam hanc nomen religioni dedisse, cum nubere possit, & statum non mutauerit: Deinde quia præsumptio cedit veritati.

Nam nec à matre de suo, nec à patre dotata fuit, sed ex solis bonis Magdalenæ Inzaghæ auiæ paternæ, quæ sola
8 possidebantur tunc à fratribus, vt patet ex calculis tutelaribus, & ex instrumento liberationis tutelæ factæ matri; & ex ipso testamento D. Magdalenæ Inzaghæ auiæ, quæ nouissimè dimissa fuerunt in actis.

Quarto, quia nisi dicta Vrsulina fauore fratrum legitimam augeret, ipsa-

met inſtitui debuiſſet à matre in ſua ſal-
tem portione legitimæ, cum, vt dixi ci-
uiliter non ſit mortua.

Nec obſtat renuntiatio generalis, quã
fecit matri, quia nihilominus ei debetur
legitima, vt cum pluribus probat *Craſſ.*
9 *in §.legitima q.3.num.9.& 10.l.ſi quando*
35.§.& generaliter C. de inof. teſtam. &
latè proſequitur *Galleratus de renunt.*
cent.1.cap.47.per tot. præcipuè ſi agatur
de diſpoſitione hominis *ibid. nu.13. Fa-*
ber in C.lib.3.tit.19.defin. prim. Boer. de-
ciſ.ſeu q.3.nu.7.& 8.Ranch.deciſ.p.1.con-
cl.245.Miſynger.obſer.36.cent.1. Surd.de
alim.tit.9.q.15.Gramat. deciſ.57.& 101.
Capreol.lib.1.num.496.de ſucceſſ. ab inte-
ſtato. Videatur Boerius deciſ.104.

Quamuis enim controuertant DD. an
in generali renuntiatione ſucceſſionis
iurata, compræhendatur legitima; &
& ſententiam affirmantem ſequuti ſint
10 Theoricè *Fachin.controu.25. lib.3. Vaſq.*
de ſucceſſ.lib.2.§.18.n.106.& lib.3.§.21.
nu.247. Couar. in c.quamuis pactum p. 3.
§.3. num. 4. Faber. de error. decade 12.er-
ror.5.

Attamèn in praxi verior eſt, & recep-
tior ſententia negans, niſi ſpecialis ex-
preſſio legitimæ facta ſit, vt docent au-
thores ſupra per me citati: imò illi ipſi,
11 qui negantem opinionem ſuſtinent, fa-
tentur tamen filiam grauiſſimè læſam
poſſe agere ad pacti reſciſſionem, vt di-
ſertè ait *Couar.d.num.4.* verſ. *nam ſi gra-*
uiſſimè.

Læſio autem omnium grauiſſima luce
clarior eſſet in caſu noſtro, in quo alio-
quin, nec dotem, nec legitimam, nec
ſucceſſionem haberet à matre; quo in
caſu reſtitutio quoquè in integrum dari
debet. *Barry* (qui plures refert) *de ſuc-*
*ceſſ.lib.11.tit.25.num.35.*verſ.*ſed aequio-*
rem: Et fortiùs cum eſſet tùnc, adhùc
12 minor ibidem *n.36.* & quod hæc renun-
tiatio non valeat docuit *Clok. de contri-*
but.cap.12.nu.122.& ſeq.

Vt enim renuntiatio ſubſiſtat, dotari
ſaltèm debuit à matre, cuius in fauorem
renuntiat. *Manzius de teſtam. tit.12.q.4.*
nu.37.pag.384.Petrus Gregor.in ſyntagm.
13 *lib.41.cap.12.num.* 8. alioquin (ait ille)
ſummoperè læſa, & decepta fuit; quò
tendunt etiam ſcripta per *Couar.in d.cap.*
quamuis p.3.§.2.nu.6.

Ponderandum autem erit bonam iſ-
tam matrem; quæ tunc temporis nupta
erat ſecundo loco cum D. Buſſero, nec
filiam hanc dotaſſe, nec aliquid ei dediſ-
ſe de ſuo; & tamen ſibi renuntiationem
fieri curauiſſe etiam de bonis paternis, (ſi
quæ habuiſſet) fratres verò dictæ renun-
14 tiantis obligauiſſe ad ſolutionem annuã
librarum 50. licèt ipſi nihil adquirerent
commodi, vt ex ipſo inſtrumento.

Multò minus operari poteſt renun-
tiatio in ea portione, quæ ad renuntian-
tem ſpectabat de augumento maternæ
15 dotis; cum poſteà tranſiuerit mater ad
tertias nuptias *Couar. d. §. 3. in princip.*
quia durum eſſet portionem hanc cede-
re in vtilitatem D. Buſſeri filij ſecundi
matrimonij.

Et fortiùs quia iuramentum ſpeciale
requiri ſuper ipſa renuntiatione legiti-
mæ, nec ſufficere generale, quod de
ſtilo Notariorum ponitur in calce in-
16 ſtrumenti, docet in puncto *Faber. in C.*
lib.2.tit.3.de pact.defin.13.& generalitèr
maternorum bonorum renuntiationem
non ſuſtineri, vbi filia nihil à matre ha-
beat tenet *Meynard.lib.4.cap.21.*

Quod ſi Monaſterio egrediatur; (quod
facere poteſt) etiam quia profeſſionem
17 talem non emiſit, quæ mortem ciuilem
inducat; tunc renuntiationem reſolui,
tradi *Barry de ſucceſſ.lib.11. tit.25. n.14.*
in fine.

Quinto, quia dum *Statutum noſtrum*
279.vol. 1. apertè diſponit, vt fæminæ
excluſæ per maſculos faciant partem ad
commodum maſculi eiuſdem matrimo-
nij contra maſculos alterius matrimo-
18 nij: fortiùs numerum facient in legiti-
ma in odium vitrici, vt infra dicam la-
tiùs.

Sexto, quia dum dicta renuntiatio
facta fuit anno *1639.* per filiam mino-
rem matri ſuæ, quæ adhuc erat tutrix,
nec adhuc rationes reddiderat (vt appa-
ret ex inſtrumento rationum reddita-
rum anno *1648.*) & facta renuntiatio
abſque vlla diſpenſatione Senatus, &
ſine deputatione tutoris, & ſine inter-
uentu agnatorum, nec cognatorum, nec

Iudi-

Iudicis: ideo euidenter nulla eſſe detegitur; cum pupillus obligari tutori non
19 poſſit *l.pupillus 5.ff.de author.& conſenſ. tutor.* nec alius interuenerit, qui authoritatem loco tutoris præſtiterit, & perſonam pupillæ integrauerit.

Nemini ſiquidem dubium eſt hanc exceptionem allegari poſſe à DD. fratribus Vicecomitibus, etiam ſi ſit de iure tertij, cum ipſorum fratrum interſit, vt
20 ſui fauore dicta Soror faciat numerum; & partem *Theſaur. deciſ.* 4. *nu.* 7. & à D. Ferrario actore conueniantur.

Alia demum contra hanc renunciationem afferam infra *nu.* 29. *&* 30. præcipuè quod nihil ſibi reſeruauerit, de quo poſſet teſtari, *& nu.* 31. vbi vide.

Quod verò ſpectat ad Reu. Canonicum Lateranenſem, cum legitima iſthæc debeatur magis filijs vti talibus, quàm vti heredibus: nec dubitandum ſit, quin verſemur in religione capaci bonorum,
21 & dominij; & quin profeſſus in religione capaci retineat, vt dixi, iura ſuitatis, & prærogatiuas filij. *Griuell. deciſ. Dolan.* 34. *n.* 8. *&* 75. & tradit *Carpanus ad Stat.* 291. *nu.* 9. *vol.* 1. verſ. *poſſunt autem conciliari*.

Propterea diſerre videntur hi termini quæſtionis à terminis quæſtionis circa ſucceſſiones, & ius vniuerſale, de qua diſponit *Statutum* 284. *illa perſona lib.* 1. cum enim iſtud ſtricti iuris ſit, & ex alio Statuto 174. *lib.* 2. intelligendum ad literam, & expreſsè de ſucceſſione, ſeù hereditate loquatur; non videtur trahendum ad hac quæſtionem ſingularem
22 an profeſſus in religione capaci dominij, faciat numerum in fauorem fratrum ſuorum, ad augendam legitimam de triente ad ſemiſſem contra vitricum, cui lex non fauet; nam filij dicuntur potius creditores legitimæ, quàm ſucceſſores *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 16. *num.* 7. *& ſeq.* potiſſimùm dum in hoc caſu obtinetur finis Statuti; qui eſt (quemadmodũ tradit idem *Merlinus de legit. lib.* 1. *tit.* 4.
23 *q.* 3. *nu.* 11. *& Innocentius de ſucceſſ. municip. q.* 3. *nu.* 15.) vt bona remaneant in agnatione, & penes laicos, qui onera realia, perſonalia, mixtaque ſuſtinent, & ſic ceſſat ratio excluſionis perſonæ religioſæ; atque ideo longè diuerſa quæſtio eſt; nec ſimpliciter ceſſat ratio Statuti, ſed ceſſat quaſi contrariè, vt Theologi morales loquuntur, & benè explicat *Suarez de legib. lib.* 6. *tit.* 9. *num.* 2. quia
24 ſcilicet niſi Reu. Canonicus augeret hoc caſu numerum, præiudicaret fratribus ſuis, & ſic agnationi noceret eius excluſio, & faueret extraneo, ſcilicet vitrico; adeo vt dum excluſio inducitur in fauorem alicuius non ſit in eius odium admittenda, ſi ipſe nolit *l. quod fauore* 6. *C. de legib. nulla enim iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem*, ſunt aurea verba *Modeſtini in l. nulla* 25. *ff. eod.*

Quàm ſanè rationem nemo meliùs expreſſit, quàm *Bellonus de iure accreſcendi, dicto cap.* 6. *q.* 15. *num.* 31. vbi ait, *nam mens ſtatuentium eſt, vt maſ-*
25 *culis proſpiciant, & per fæminarum excluſione efficiant, vt ij plus de paterna ſubſtantia ferant, quàm eſſent habituri iure communi: quippe qui fæmina ſimul cum maſculis admittuntur, & partem bonorum* paternorum in alienas transferunt *familias* (dico ego in Monaſteria) *Et tamen contrarium effectum operarentur, quia efficerent, vt maſculi propter excluſionem filiæ* (dico ego Canonici) *minus vti Statuti conſequerentur, quam ea vocata, et concurrenti de iure communi.*

Quod ſi quis dicat in fauore ſolius agnationis non conſiſtere rationem finalem Statuti, ſed etiã in faciliore exactione onerum, & in iuriſdictione exercenda in perſonas ſubditas.

Reſpondemus hæc omnia concurrere in perſona heredum; Dicimus deinde
26 rationem finalem in Statuto non eſſe expreſſam; atque ideo cum triplex aſſignabilis ſit; non poſſe de caſu ad caſum extenſio fieri, vt eleganter more ſuo docet *Suarez de legib. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 6. atque ideo à caſu ſucceſsionis vniuerſalis, de quo loquitur Statutum, non inferri ad caſum faciendi numerum pro legitima augenda fauore fratrum.

Hactenus ratione pugnauimus, nunc

auctoritatem addimus. *Merlini videndi de legitima d. lib. 1. tit. 4. q. 3. art. 3.*
27 *num. 12. et nu. 39. et 42.* (posito semper
quod Canonicus patre suo iam mortuo testatus fuerit, & heredes instituerit fratres suos) qui cum *Castrensi*; *Socino*; *Angelo*; *Crasso*; *Petra*; *Peregrino, et Rota Romana*, docet Canonicum nostrum connumerari debere ad augendam legitimam.

Alia succedit controuersia an dicta Reu. Vrsulina, & dictus Reu. Canonicus faciant capita in diuisione residuæ dotis, & hereditatis (prædeducta legitima.)

Et quòd ad Vrsulinam, fauore scilicet fratrum suorum, res videtur clara, ex rationibus supra propositis, (quæ hìc pro repetitis habeantur,) & quia adest D. Busserus filius alterius matrimonij:
28 aperta namque est dispositio *Statuti nostri 279. vol. 1*, ibi, *hoc intellecto, quod in prędicta successione ascendentis, vel ascendentium ex linea fæminina, fæmina exclusa per masculos faciant partem per respectum ad alium, vel alios descendentem, vel descendentes masculum, vel masculos, & fæminas alterius matrimonij, seu aliorum matrimoniorum ad commodum masculi, vel masculorum excludentium*: ita vt tollatur quæstio disputata apud *Peregrin. de fideicom. art. 38. à num. 14. ad 25.* & apud alios, an filiarum numerus considerandus sit ciuiliter respectu successionis, an verò naturaliter, & physicè; atque ideo (dato per modum argumenti, quod subsisteret) renuntiatio facta matri, (quam nullam esset patet ex supra dictis) adhuc nullum effectum operaretur; quia fratribus auferri non potuit dictum ius ex Statuto quæsitum; multò minus cum nulla interuenerit dispensatio Senatus, nec tutoris, aut propinquorum consensus; & cum dicta renuntiatio ex causa religionis non sustiz
29 neatur; quia renuntians nunquam ciuiliter Mundo mortua fuit; (& hic punctus) atq; ideo donationem sapiat, quæ nullitate laborat, etiam quia desunt solemnitates, & iuramentum *N. C. in tit. de donat.* nec vlla portio reseruata fuit dictę renuntianti, de qua posset testari *Clar. §.*
30 *donatio qu. 19. per tot. & signanter nu. 8.*
ratione verò bonorum paternorum frustatoria remanet, quia soror dotata excluditur à paternis; & quia nulla sunt bona paterna; cum omnia proueniant à D. Magdalena Inzaga auia. Alia quoq; ratione nulla fuit dicta renuntiatio maternorum; quia cum nec de maternis dotata fuerit, nec aliquid tunc habuerit;
31 propterea manifestam continet læsionem, & sic rescinditur, licèt facta sit matri viuenti, vt præter supra per me allegatos Doctores, bene scribunt *Bottilier. de success. theorem. 96. Faber. in C. lib. 5. tit. 6. defin. 7.* vers. *consequens igitur Roccus respons. 48. num. 4. & 5. cent. 2.* Quod si fingeremus renuntiationem hãc de futura matris successione, vtpote realem sustineri posse, tanquam repudiationem exclusiuam, & abdicatiuam iuris *Caren. resol. 69. nu. 12.* & sic in vim pacti, vt apud eundem *Bottilier. theorem. 49. nu. 18. & 21.* dicere possemus, nunquam
32 ad hanc portionem renunciatam concurrere posse D. Busserum fratrem Vterinum, vt apud eundem *Bottilier. theor. 51. in princip.* cum simus in matre trinuba; faciunt scripta per *Hodiernam contr. 7. nu. 11. lib. 1.*

Iam verò, quod attinet ad Reu. Canonicum, quæstio minus dubitabilis fit; tum quia ipse non redditur insuccessibilis, quales sunt soli fratres minores (in quibus terminis loquuntur, & intelliguntur oppositi DD.) tum quia testatus est, & heredes nominauit fratres suos; adeo vt militent tam dicta doctrina *Merlini*; quàm rationes aliquæ supra ponderatæ pro Moniali; tùm quia, vt ex *Suarez. suprascripsi*, nisi fauore fratrum suorum faceret caput; sequeretur hoc inconueniens, vt Statutum fauens agna-
33 tioni, & conseruationi bonorum in familia, contrarium pareret effectum in hoc casu: siquidem maior pars bonorum tunc transiret ad vitricum, & ad fratrem vterinum.

Nemo autem prudens admiserit hoc, quasi absurdum; vt nempè frater non faciat caput in damnum fratrum coniunctorum ex vtroq; latere; vt sic contra pinguior fiat portio fratris ex vno

tan-

tantùm latere coniuncti, imò, & pin-
34 guior illa vitrici: potiſsimùm dum me-
liorem reddere voluit fratrum ſuorum
conditionem, eos heredes inſtituendo:
ſcire namque leges, non eſt verba tenere,
ſed vim, ac poteſtatem l. ſcire ff. de legib.
quæ ex mente, & ſine legislatoris deſu-
mitur *l. non dubium C. eo l. 6. ff. de verb.*
ſignif. l. ſcire §. aliud ff. de excuſ. tutor. l.
nemo 14. §. nec callidis C. de adſeſſor. ibi
cum in legem committant, & hi, qui vigo-
rem eius ſcrupuloſis, & excogitatis arti-
bus eludere feſtinant.

Fortiora ſunt hæc, quia ſecluſo etiam
dicto teſtamento, in quo non procedit
diſpoſitio S. Concilij Tridentini *ſeſſ. 25.*
cap. 16. de duobus menſibus ante profeſ-
ſionem, quia nempe iſtud loquitur de
actu inter viuos (qualis eſt renuntiatio)
35 *Valaſch. de collat. cap. 16. num. 3.* non de
teſtamento; adhue ſucceſſionis capax
ex ſe dici poſſet dictus R. Canonicus,
non obſtante Statuto *illa perſona.*

Primo loco, quia vota, quæ emittunt
RR. Canonici Regulares non includunt
obligationem permanendi in tali ſtatu,
ſed ſolùm ſub conditione, quamdiu in
illa religione perſeuerare libuerit; vt de
ſimilibus tradit *Suarez. de relig. tom. 4.*
tractatu nono de varietate religionum
lib. 1. cap. 9. num. 3. & 4. pag. mihi 333. paſ-
36 ſim enim videmus, eos cum ſola facul-
tate Abbatis generalis habitum dimit-
tere, & in ſeculo degere habitu Clericali
veſtitos cum quolibet tenui beneficio:
de quibus ſanè Canonicis Regularibus
eorumq; ethymologia, & ſpeciebus diſ-
ſerit idem *Suarez. d. capite per tot.* & de
origine, ac antiquitate eorum regulæ
37 *d. tract. 9. lib. 1. cap. 7. nu. 3. verſ. atque ita,*
& nu. 25. & latè *lib. 2. cap. 8.* præcipuè *nu.*
15. & 16. & ſeq. pag. mihi 368. *& 369. &*
rurſus tractatu 10. *lib. 1. cap. 5. nu. 7. pag.*
mihi 403.

Secundo loco, quia nullum formale,
ſeù proprium paupertatis votum emit-
tunt, ſed vitæ communis tantùm, per
quam iura ſua transferunt in Monaſte-
rium, retento dominio in communi, in-
terim dum in religione perſeuerant.

Tertio, quia non comprehenduntur
nomine Religioſorum, nec Monacho-
rum, ſed Clericorum cum leuiorem re-
gulam ſeruent *Suarez d. cap. 7. nu. 6.* poſt
medium, & ſentit etiam *D. Thomas 2. 2. q.*
189. art. 8. & in opuſculo 19. cap. 2. part. 2.
38 faciunt etiam ſcripta per *Donatum A. de*
Marinis reſol. 166. num. 5. & ſeq. lib. 1. &
textus legitur expreſſus in *c. 5. extra de*
ſtatu Monach. qui loquitur in indiuiduo
de Canonico regulari, cui cura anima-
rum conferebatur tanquam inſeruienti
regulæ laxiori (ſunt verba S. P. Innocen-
tij Tertij.)

Quarto quia viuere in communi, &
obedire ſuperioribus non inducit mor-
tem ciuilem (de qua loquitur Statutum)
aliter dicendum eſſet etiam Presbyteros
39 mortuos eſſe ciuiliter, qui ſuperioribus
ſuis obedire tenentur, & in communi re-
fectorio comedunt, vt RR. Oblati S. Se-
pulchri; imò, & RR. PP. Societatis Ieſu,
quorum religio Clericorum, & Presby-
terorum eſt, vt loquuntur Summi Pon-
tifices, & Concilium Tridentinum *ſeſſ.*
40 *25. cap. 6. de regular.* & dicit *Suarez de re-*
lig. tom. 4. tract. 9. lib. 1. cap. 9. num. 5. pag.
mihi 334. & ex profeſſo probat d. tom. 4.
tract. 10. lib. 1. cap. 5. pag. mihi 401. nam
viuere in communi conditio eſt acci-
dentalis Religioni, vt tangit idem *Sua-*
rez. dicto tract. 9. lib. 1. cap. 7. num. 5. verſ.
conueniunt pag. 327. col. 1.

Siue quia Curia Romana eos capaces
declarauit omnium benefitiorum Eccle-
ſiaſticorum, quod fieri non potuiſſet, ſi
ciuiliter eſſent mortui. *c. benefitium de*
regul. vbi Canoniſtæ, & ibi *Barboſa nu. 6.*
quamquam etiam ſine declaratione præ-
dicta multorum benefitiorum capaces
eſſe docuerat *Leſſius de iuſtitia, & iure*
lib. 2. cap. 41. dub. 12. Tambor. de iure Ab-
batum tom. 1. diſput. 25. q. 21. & benè
Gratian. diſcept. 123. nu. 22. & ſeq.

Quinto demum quia, quidquid diſ-
putari potuerit ante Concilium Triden-
tinum; illud ſatis eſt, quod poſt illud
receptum iuſſu Potentiſſimi Regis Phi-
lippi Secundi in hanc Prouinciam abſq;
vlla prorſus reſtrictione; omnes Reli-
gioſi, exceptis Franciſcanis, capaces
42 ſunt dominij, & ſucceſſionis, vt legitur
in *Seſſ. 25. cap. 3.* & docuit *Gaſpar Man-*
zius in ſuo tractatu de teſtam. tit. 6. q. 7.
limit.

limit.13.nu.177.vers. restringitur quarto pag.mihi 177. per quam sane rationem effectus dicti Statuti, vel sublatus, vel eneruatus fuit.

Nec resistit, quod hi Canonici Regulares votum quoddam paupertatis emittant, vt apud *Tamburinum de iure Abbatum disp.25.q.1.nu.271.*

Respondeo enim vt supra post *n.72.et seq.* Præterea non agi hic de successione ad commodum proprium, vel Monasterij; in quibus terminis agebatur in caussa R.D. Claudij Cattanei petentis in-
43 tegram successionem Magnifici Senatoris Cattanei, sed agi de commodo fratrum, & agnationis, & familiæ: quamquam, & in caussa dicti Don Claudij Cattanei, bona pars hereditatis paternæ ipsi, & Monasterio data fuit liberè per transactionem.

Deinde non repugnare voto paupertatis, nec eius essentiæ habilitatem ad actus oppositos paupertati: nempe capacitatem dominij in communi, seu particularis, sed pendentis à nutu superiorum, vel alio modo restricti; imò bene se compati, vt docent Theologi primi nominis, quos olim recensuit pro Excellentiss. Marchione Carauagij *P. Io. Aloysius Confalonerius* de insigni Socie-
44 tate Iesu; scilicet *Vasquez. prim.2. disput. 165.cap.8.nu.31.et 92. Sanchez.in Decalog.lib.4.c.1.num.13.et de matrim.lib.7. disput.26.nu.2. Filliuccius tom.2. Moral. quæst.tract.10.nu.119. Less. lib.2. de virt. Cardin.nu.141. Castro Palao tom.3. tract. 16.p.1.nu.6. Cardin.de l'Vgo tom.1. de iust.disput.3.nu.75. Ribadeneira de instit. Societ.Iesu c.17.et* 19. videatur etiam *Couarr.4. decret. part.2. cap.3. §.1. Suarez. tom.3. de relig. fol.* 311. etiam quia (vt bene aduertit) *Sanchez. lib.6. in Decalo-*
45 *gum cap.*18. *num.*14. dum S. Concilium Tridentinum receptum in hac Prouintia redditum permisit omnibus religiosis, præterquam Capuccinis, & Franciscanis strictioris obseruantiæ, sustulit à voto solemni paupertatis inhabilitatem ad dominium, & sic cessat oppositio hæc, de qua quæri poterat ante Concilium.

Postrema erit controuersia super obligatione, & hypotheca bonorum, tàm D. Ferrarij vitrici, quàm D. Busseri secundi mariti cum vterque nupserit D. Franciscæ, nondum redditis rationibus tutelæ filijs primi matrimonij.

Hypotheca verò inducitur absolutè *ex textu in l. si mater 6.C. in quibus caussis pignus, vel hypotheca tac.contrah.l.matres 2.C.quando mulier.tut.offic.& in No-*
46 *uella Iustiniani 22. de nuptijs cap. si verò 40. & in auth. eisdem C.de secundis nuptijs*, etiam si iuramentum non nubendi deficiatur ibidem vers. *sed hodie, nouella 94.cap.2. vt sine probib. matres*, quod sublatum fuit etiam *in l.2. C.de indicta vidu.toll.* latè *Io.de Garronibus de secund. nuptijs pœna* 28. *nu.*54. *Merend. controu. 50.lib.9.*

Cæterùm excitatur hæc quæstio; tum quia dictæ rationes postea redditæ, & liberatio subsequens magnos patiuntur defectus: non enim insertos habent calculos per extensum: & omissa fuerunt credita non exiguæ quantitatis, de quibus ne verbum quidem ibi legitur; prout neque in inuentario, nec libro tutelari; & signanter illud maximæ summæ contra DD. Georgios Papiæ; quorum indiuidualem scientiam habuisse probatur D. Tutrix ex actis, & publicis documentis; adeo vt non tantùm cogi posset D. Busserus coheres rationes, licèt semel redditas reddere non obstante liberatione, vt docet in puncto *Io. Nicolaus Arelatanus in comment. ad l. generaliter C.de 2.nupt. respons.3. in decis. dubij dubio 4. num. 9. & seq. pag. mihi* 439. sed si con-
47 tingat DD. fratres Vicecomites, qui pro dicto credito caussam hanc in Senatu introduxerunt, contra DD. Georgios, nihil consequi, quia ex supina, & diuturna tutricis negligentia, quæ præceptum exequutiuum, & instrumentum crediti in manu habebat, effectus debitoris occupati fuerunt à creditoribus posterioribus, qui nunc præscriptione cridarum prouisionalium, vel consumptione pecuniæ se tuentur; vel quia bona obligata distracta sunt ex caussa onerum interim maturatorum; non sit dubium, quin sibi locum vindicent dis-
48 positio *tex.in l.nomina 2.C.arbitrium tutelæ*, & scripta per *Cuiaccium in lib.7.q.*

Pauli

Pauli ad l. 43. ff. de administrat. & peric. tutor. tom. 2. operum posthumorum Parisijs editorum; & per *Muñoz. de ratiocin. cap. 19. nu. 21. & seq.*

Nec iuuari videntur DD. Ferrarius, & Bufferus ex liberatione de neglectis, & omissis, quam dicti DD. Fratres Vicecomites fecerunt D. Tutrici anno vsque 1649. Nam illa expressè restricta fuit ad parcellas calculorum ibi insertas, & dependentes; inter quas ista credita non recensentur, vt videri potest: quæ omissa quoq; fuerunt in inuentario tutelari; quamuis eorum specificam notitiam haberet tutrix; & quia certum est axioma, generalitatem verborum (si quæ etiam adesset in hac materia) restringi ad ea sola de quibus ibi actum fuit explicitè; vt in puncto quietationis factæ, & in fortioribus terminis probatur ex eleganti *textu in l. emptor 47. §. Lucius Titius ff. de pactis, vbi Gothofredus litt. I.*
49 & docent *Surdus decis. 217. Muñoz. de ratiocin. cap. 40. num. 21. & seq. Fabius Capyc. Galeota contr. 40. tom. 1.* Quæ doctrina fortior est in transactione, in qua versamur, *Surdus ibidem num. 13. & 15. l. si de certa 31. C. de transact.*

Breui decisionem habebis.

Responsum XLIV.

Bona Soceri quando sint obligata pro dote nurus recepta per filium: & an hæc tacita legis hypotheca præferatur expressæ posteriori.

SVMMARIVM.

Facti species, & circumstantiæ nu. 1.
Probatur tacita obligatio bonorum soceri n. 2.
Referuntur, & explicantur Auctores sententiæ contraria nu. 3.
In Ducatu Mediolani fit certior obligatio bonorum soceri nu. 4.
Etiam si matrimonio socer præmortuus fuisset nu. 5.
Decisio Magistratus Extraordinarij nu. 6.
Hypotheca hac tacita præfertur expressæ posteriori nu. 7. & 8.
Decisio nu. 9.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



CVM ex instrumento dotis appareat Dominicum socerū cōsensisse in nuptias filij cum Octauia: chyrographū sponsalitium subsignasse:
1 interfuisse, & præstitisse consensum cum *clausula ad formam iuris, & Statutorum Mediolani*, dum filius partem dotis recepit, ac se pro restitutione obligauit, dumque donationem fecit propter nuptias: Cumq; non reuocetur in dubium, quin Virgilius filius fuerit tunc in patria potestate, & habitaret cum patre: Ac demum cum probatum remaneat dictum Patrem coram Egr. Prætore Mediolani obtulisse alimenta præstare Felici Elysabeth nepti ad computum dotis dictæ Octauiæ defunctæ matris eiusdem.

Dico satis superque conuinci consensum, & approbationem Dominici soceri: atq; ideo bona eius in obligationem venisse.

Textus est celeberrimus in *l. si cum dotem 23. §. transgrediamur 12. ff. soluto*
2 *matrimonio*, vbi omnes DD. & præcipuè *Petrus Barbosa nu. 9.* vers. *ex qua resolutione infertur.*

Addo videndos omnino per D. meum qui iudicare debet præter antiquiores.

Antonium Fabrum in suo C. lib. 5. tit. 13. soluto matrimonio defin. 7.
Fontanellam de pact. nuptial. tom. 2. clausf. 7. glos. 2. p. 2. nu. 72.
Surdum decis. 62. num. 13. 14. & 33.
Merlinum de pignor. lib. 3. tit. 2. q. 49. num. 42. in sexto casu.
Thesaur. q. for. 46. lib. 2.
Cauagnol. decis. consult. 64. lib. 2.
Paschal de patria potestate par. 2. cap. 7. num. 80. et seq.
Negusant. de pignor. 4. memb. 2. p. n. 36.
Decian. consf. 49. nu. 27. lib. 2.
Fabium Turettum consf. 45. lib. 3.
Hieronymum de Leon. decis. Valent. 54.
(retenta tamen semper in casu nostro patria potestate.)

Mol-

Molfesium ad Constitut. Neapol. tom.2. consit.28.nu.4.

Qui omnes loquuntur in casibus non æquè fortibus, atque sunt nostri.

Sed quia possunt in contrarium afferri *Mantent. decis.52. Milanensis decis.19.*
3 & allegati per *R.P. Bossium de dote parte 2.cap.12.§.2.à n.19.ad 12.*

Ideo aduertendum est, primo loco nullum ex oppositis Doctoribus loqui in terminis, in quibus tot adsint circunstantiæ, quot ad casum istum concurrunt.

Secundo loco sententiam nostram esse magis communem, & receptam; quam idem etiam *R. Pater Bossius* appellat *aequiorem*, nec ei aduersari *Milanensem*, & alios Siculos, qui loquuntur in terminis diuersis, & attenta consuetudine regni illius, vt ait *Thesaurus dicta q. 46.*

Tertio loco cessare omnem controuersiam, quia Dominicus socer, vt dixi, non simplicem consensum præstitit ad formam iuris, sed etiam ad formam Statutorum Mediolani, & sic ad formam Statuti 454. vol. 1. quod socerum obligat *in solidum* pro dote nurus, vbi filius sit in potestate, & consensus à socero præstitus fuerit matrimonio *tacitè, vel expressè*, & loquitur per verbum *teneatur*, quod necessitam inducit, & quod sanè Statutum, aliquid vltra ius commune debet operari.

Quibus in terminis non loquitur P. Bossius, nec alius ex oppositis DD. ideoque non est hæsitandum, quin sententia, quam defendimus recipienda sit in Ducatu Mediolani, cum dicere non possimus consensum sic à patre præstitum ad formam Statutorum integrasse solam personam filij.

Quodq; de hac sententia nostra dubi-
4 tari non debeat in Ducatu Mediolani, testantur.

Carpan. ad dictum Statutum *nu. 25. et seq.* & quidem in casu fortiore; vbi scilicet matrimonium sequutum etiam esset post mortem patris.

5 *Bimius in puncto conf.147.num.16. et seq. lib.2.* & suffragatur celebris decisio Magistratus Extraordinarij, post acrem celeberrimorum Aduocatorum contentionem (quia deficiebant circunstantiæ, quæ sunt in casu nostro) inter D. Marchionissam Ioannam Vicecomitem Cusanam, & D. Marchionem Lonatum die 23. Aprilis 1628. referente D. Quæstore Turriano, qua declaratum fuit at-
6 tento Statuto, bona Octauiani patris esse hypothecata pro dote D. Iustinæ Barbianæ nurus, licèt Octauianus instrumento dotis non interuenisset.

7 Quod attinet ad secundum articulum; certi iuris est hypothecam tacitam legalem pro dote præferri expressæ posteriori; quia tacita quidem dicitur respectu soceri, sed expressa est respectu legis, & Statuti, vt bene dicit *Merlinus de pignoribus lib.1.tit.2.q.11.nu.16. et 20.* Siue quia inducta sit magis ob fauorem publicum, quàm ipsius mulieris, *vt in l. 1.ff. soluto matrimonio*, & ibi *Petrus Bar-*
8 *bosa p.7.num.13.* Siue quia hæc est communis Doctorum sententia, vt videre est apud *Merlinum lib.3.tit.2.q.65.nu.5. et 6.* & latè apud *R.Patrem Bossium de dote cap.18.§.4.nu.48.pag.682.*

Ex quibus gratis à me scriptis, sentio omnino pronuntiandum esse pro pauperrimis istis minoribus.

Et ita iudicatum fuit à D. I. C. Piola.

Responsum VI.

Mater heres particularis à filio nominata in certis bonis cum ampla facultate capiendi possessionẽ propria authoritate: & indicta alijs heredibus se opponentibus pœna priuationis, & *pro omni, & toto eo, quod tam ratione legitimæ, quàm ex quacunq; alia caussa petere posset*, continuari debet in possessione, nec tenetur dicta bona capere de manu heredis vniuer-

uersalis: ad *tit. N. C. Mediolani de continuanda possessione defuncti*.

SVMMARIVM.

Factum exponitur nu. 1.2.3.4.
Appellatio an detur à sententia lata in iuditio continuanda possessionis nu. 5.
Afferuntur argumenta pro herede vniuersali contra matrem à nu. 6. *ad* 12. *& num.* 15. *&* 16.17.
Pro matre verò à nu. 12. *ad* 57.
Qualibet circumstantia decisionem iuris immutat nu. 14. *& à nu.* 18. *ad* 43.
Legitima debetur titulo institutionis n. 43.
Statutum Mediolani 302. *an matrem excludat à legitima nu.* 43. *&* 44.
Rationes pro matre à nu. 45. *ad* 53.
Res iudicata pro matre nu. 54.
Ratio, & finis N. C. in tit. de continuanda possess.
An attentis N. C. possit uxor pro dote mutare caussam possessionis nu. 58.
Ius accusandi nō datur heredi particulari 59.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Ctauius Castellettus antequam vota solemnia nuncuparet in Religione PP. Capuccinorum testamentum fecit die 18. Aprilis 1670. in quo inter cætera sic dispofuit.

Item legauit &c. *ac mandauit, & vult quod D. Antonia mater sua possit, & valeat propria auctoritate, & quandocunque ei*
1 *videbitur, & placuerit absque licentia infrascriptorum heredum, & sine Iudicis ministerio accipere perticas* 127. *terra* ex bonis suprascripti D. Testatoris, *qua habet in Territorio Cantij &c. quas possit accipere vbi meliùs placuerit, & videbitur &c. & hoc in solutum, & pagamentum eius dotis, & augumenti, & quod supererit &c. illud eidem matri sua legauit, & legat, & iura pralegati, & institutionis reliquit*.

Simili modo legauit matri mobilia quædam, & vsufructum domus: mox clausit in hæc verba. *In quibus omnibus vt supra legatis, & dispositis ad fauorem dicta D. matris sua, ipsam D. Antoniam matrem suam heredem sibi particularem instituit eam ore suo proprio nominando,*
2 *prout nominauit, & nominat* (quæ certè sunt verba directa) *mandans, quod sit tacita pro omni, & toto eo, quod, & quantum pratendere, & consequi possit in eius bonis, & hereditate, tam ex ratione legitima, quàm ex quacunque alia caussa.*

In alys autem bonis omnibus, sibi heredes vniuersales instituit D. Carolum Antonium Castellettum patrum ex *besse*; & ex *triente* filias D. Ioannis Torriani.

Vbi verò dicti heredes non præstent, vel non *sinant*, aut aliquo modo *directè, vel indirectè impediant dictam matrem*
3 *suam liberè, & absque vllo impedimento consequi, & habere integrè dicta omnia, & singula prout supra legata, & disposita in fauorem dicta matris, vel aliquo quouis modo recusent, vel quomodolibet controuersiam moueant ex quauis caussa, titulo, & colore, etiam ex minima quauis parte, nulla, & nullis penitus exceptis; tunc, & eo casu* reuocauit institutionem, & solam cum matrem heredem vniuersalem instituit.

Cum autem dicta mater auctore Iudice continuata fuerit in possessione sibi relictorum vt supra, contendunt
4 mordicus dicti heredes, qui & ipsi continuati fuerant, reuocandum esse præceptum, & teneri mulierem petere, & capere de manu sua vigore *N. C. Mediolani tit. de continuanda possess. defuncti*.

Et pro ipsis afferuntur sequentia rationum momenta, quæ eò diligentiùs confutanda sunt, quò difficilior esset quæstio, an à sententia, quam D. meus pronuntiabit in hoc iuditio possessorio detur appellatio: de qua re bene agunt
5 *Menoch. cons.* 1073. *num.* 18. *Raginell. de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 738. *&* 744. *Cost. Papiens. cons.* 23. *à n.* 20. *ad seq. & de facti scientia distinc.* 61. *nu.* 25. *cent.* 2. *Scaccia de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 17. *limit.* 6. *membro* 9. *nu.* 114. *& seq. Tort. ad Stat. Pap. de*

*de regim. num.*38.*fol.*236.

Primum scilicet, quod institutio incipiat à nuncupatione legati, & quod deinde dati sint heredes vniuersales *Re-*
6 *denasc.conf.*4. *nu.*58. *Menoch. lib.*4. *praesumpt.*20.*num.*4.*Farinac.p.*2.*tom.*1.*decis.* 162.*num.*1.*Costa remed.subsid.*80.*nu.*19. *&* 20.qui loquitur de filio herede particulariter instituto in legitima.

Nec relictum matri videatur cadere
7 super portione hereditatis, sed super quota bonorum *Rota vbi supra num.*2.

Praesertim cum id suadeant illa verba N.C.*pro hereditarijs portionibus*,quae excludere quasi videntur habentem por-
8 tionem bonorum, cum ad literam intelligenda sint, vt infra cauetur.

Secundum, quod dispositio posita le-
9 gatur in ordine, & serie legatorum *Menoch.vbi supra nu.*2. *Redenasc.* loco citato in fine.

Neque resistat clausula *iure institutionis*, cum sit particularis, & ad legata-
10 rium potius, quàm ad heredem aptetur *Redenasch.ibid.Paz.de tenuta cap.* 48. *nu.* 25.*Nicol.Bellon.supput.lib.*4.*cap.*18.*nu.*8. *& seq.*

Quamuis enim subsequatur expressa nuncupatio heredis; haec tamen tàm de legatario, quàm de herede participat.
11 *Garon. in verbo heredum art.* 1. *nu.*12. *&* 13.& quidquid disputari possit de hoc in terminis iuris communis; tamen in terminis N. C. dicatur silere quaestio, dum loquuntur de portionibus hereditarijs,non de portione bonorum.

Tertium, quod non iuuet matrem facultas concessa capiendi bona propria auctoritate: quasi haec inefficax maneat: dum hereditas non vacat, quia N. C.
12 continuant in herede vniuersali possessionem, & sic resistunt, ne dentur duae possessiones in solidum *Garon. in verbo non vacet num.*49.*fol.*65. nec valeat testator facere, quin leges in suo testamento operentur effectum suum.

His tamen, iudicio meo, non obstantibus, quae ad veritatem eruendam doctè, & subtiliter excitata fuerunt per D. meum Comitem Marcum Aresium, sentio, nisi fallor, (quod ingenio meo facillimum est) contrariam sententiam veriorem esse in proposita facti specie, ideoq; confirmandam esse matri possessionem.

Prima ratio, qua moueor illa est,quia nemo ex praecitatis Doctoribus, loquitur in casu adeo mixto; quo nempe non solùm mater, quae particularis heres instituta fuit, erat etiam ereditrix dotis, & simul, vel heres necessaria, & vti talis solemniter instituenda in legitima; vel saltem quaestionem mouere poterat valde agitatam an heres instituenda sit, vt infra dicam; sed insuper testator ipse,
13 vlterius progrediendo, legitimam confudit, cum dote matris,& cum alijs praelegatis, (vt in casu nostro,) & pro omnibus hisce simul iunctis designauit descripsitque certa bona, quae omni onere libera mater caperet, vti heres particularis ex se; districtè prohibendo, ne ab
14 heredibus impediretur, alioquin mater in solidum heres esset: quaelibet enim, *vel minima facti mutatio* totam iuris decisionem mutat, vt ait ex alijs *Redenasc. cons.*95.*nu.*1.*vers.nunc noua pag.*784.

Argumentum siquidem principale, cur non modò fideicommissarius, sed etiam institutus heres particulariter in legitima ex sententia *Redenaschi, Costa, & aliorum*,vt supra non continuetur,sed capere debeat de manu heredis vniuersalis, illud est, quod non minùs legiti-
15 ma, quàm fideicommissum post mortem testatoris, sit adhuc incerta, & liquidari priùs debeat, & sciri, vnde, & ex quibus rebus, seu corporibus praestanda sit: ideoque interim continuetur heres.

Ita prae alijs *Garonus* in verbo *non vacet*, & DD.ab eo citati *à num.* 158. *ad num.*165.inclusiuè; praesertim ibi,*idque*
16 *propter incertitudinem, ratione loci, & quota, & num.* 159. *&* 160. ibi, *quia nescitur vtrum quarta, tertia, vel millesima pars praedij ei debeatur, propter incertitudinem aris alieni.*

Et hanc rationem praesuppofuit pro fundamento D. Praeceptor meus *Merenda*
17 *contr.*48. *lib.*10. *num.*7. *&* 8.*pag.mihi* 307.*& nu.*15.*pag.*308.

Atquì haec ratio finalis cessat penitus in hoc casu, in quo tùm legitima, tùm quid-

quidquid dari debet matri taxatum fuit per testatorem, purè, & absque onere permittendum ab herede, ad bona per
18 ipsum designata, & ad quæ mater continuata fuit; ita vt nec de quantitate, nec de loco, nec de ære alieno disquirendum sit: cessat igitur opposita doctrina, & æquior atq; iustior manet sententia, quam pro matre sustinet *Francus decis.127. à nu.6. ad fin.* Optimè *Postius obser.47.num.8.pag.mihi* 80.vbi ait:
19 multò magis quando manifestè,& notoriè constat, quod heres nullum posset sentire commodum ex ipsius immissione, nec essent ad ipsius fauorem faciendæ aliquæ deductiones: est enim tunc manutenendus fideicommissarius, etiam quòd possideat authoritate propria, & non de manu heredis. *Beltramin. ad Ludouis.decis.206.nu.12.*

Nec mihi Mineruam hanc meo marte cudo; ita namque me docet magistralis distinctio *Argelli de legitimo contradict.*
20 *q.10.art.16.nu.233.235. et 236.* ibi *maximè si manifestum sit non esse aliquid remansurum de his bonis penes heredem. Bellon. de potest. eorum, qua fiunt incont. cap.105.tit.1.* & faciunt etiam tradita per *Gratian.discept.954.nu.20. et 21.* vbi alios citat.

Costa remed.subsid.80.num.8.et 9. qui se limitat ibi, *nisi idem sit fideicommissarius, et heres* (vt in hoc casu vbi,& lega-
21 taria, & vsufructuaria, & heres mater est,) & ibi, *præterea cessat vbi nihil esset detrahendum ab herede, cum lex abhorreat remedia superuacua: et nu.20.in fine,* vbi dicit continuari filium heredem in legitima si eam petat in folle, scilicet *computato ære alieno*, & *cum rata parte onerum*, postea dispungendorum: quantò igitur fortiùs, vbi iam pura est?

Hanc doctrinam melius cæteris illustrauit *Antoninus de Amato*, videndus
22 *resol.39.num.161.et 162.et seq.* sumpto etiam à contrarijs argumento.

Secunda ratio, qua moueor illa est, quia vbi expressissimè, & efficacissimè testator vult, vt mater ex se capiat, vt supra, ibi non operantur N.C. Mediolani: *Non enim absolutè verum est* (sunt verba *Antonini de Amato d. resol. 39. num.115.) quod adeo Statutum in heredem continuet possessionem, vt testator non possit, nec expressè facere, quòd tale Statutum non continuet*, ad quam assertionem probandam *Fabrum Cassaneum*, & alios
23 adducit, & *num. 117.* docet Statutum continuans possessionem in herede, non operari contra voluntatem testatoris.

Nam ad argumentum, quod testator facere non possit, quin Statutum seruetur, respondet *num. 118.* conclusionem sibi locum vindicare, quando simpliciter iuberet ne possessio continuaretur in herede, quo in casu possessio remaneret in suspenso; non verò quando testator de possessione disponit in alium: tunc enim, & si ex N. C. possessio tanquam sagitta volet in heredem *occulta quadam vi*, & nullo interiecto *momento*, vt ait
24 *Redenasc. d. cons. 95.* in præambulo, & docent *Ludouis.decis.258. nu. 9. et decis. 307.num.27. Amat.resol.39. num.56.* tamen hoc non tollit, quin ex facultate data per testatorem, possit ab illo statim auferri, & propria auctoritate capi per eum, per quem voluit testator.

Ad illud verò, quod duo in solidum nequeant possidere respondet *num.119. quod imò stante dicta licentia à testatore*
25 *attributa, non inducitur, nec resultat, quod duo in solidum, vno, eodemq; tempore possideant, sed heres ex Statuti vi statim continuat, et solus possidet in solidum; exindè verò alternatim; si legatarius, vel si Commissarius dicta licentia vtatur capiendi propria auctoritate, et capiat tùnc possidebit ipse legatarius, vel fideicommissarius solus in solidum, prout antea solus heres possidebat.*

Illi quoque argumento, quod possessio capi possit, si vacans sit, non autèm vbi Statutum disponit ne vnquàm vacet, respondet *nu. 120.* id in dubio procedere *in licentia generalitèr, et simplicitèr data capiendi possessionem, qua de vacanti intelligitur: secùs verò cum Testa-*
26 *tor, qui scit possessionem in heredem ex vi Statuti ipso iure continuatam esse; nihilominus dat licentiam intrandi possessionem propria auctoritate; potest enim lex, testator, vel Iudex scientèr eam tribuere, etiam si possessio plena sit, si volun-*

tas testatoris probetur, verè enim in hoc
casu magis auferri dicitur possessio ab
herede, quàm continuari is, qui aufert.

Qui sanè auctor, cum loquatur in
terminis legatarij, seù fideicommissarij,
arctiùs vtique stringit in casu nostro, in
quo solemnis legitur institutio heredis,
& adeò efficax voluntas testatoris ex-
primitur, vt mater sinè impedimento
per heredem quouis modo ponendo
bona capiat, vt nulla efficacior dari pos-
sit: Ista siquidem nuncupatio, & ampli-
tudo verborum deficit apud aliquos ex
oppositis DD. & apud *Redanascum d.
cons.*4. qui loquitur de vsufructuaria.

Et in terminis, & in fauorem præle-
gatarij simul, & instituti in re certa, qui
post aditionem aliorum heredum, ap-
præhenderat possessionem affero *decis.
Putei* 73. *et* 134. *lib.* 2. quam sequitur
27 *Rhaudens. de Annalog. lib.* 1. *cap.* 15. *num.*
364. *Redenascus cons.* 12. *nu.* 11.

Tertia ratio est, quia sententia, quæ
docet cõtinuationem istam Statutariam
dari etiam heredi particulari, solidis ni-
titur fundamentis, adeò vt eam præsup-
ponat *Peregrin. decis.* 63. *in princip.* & in
28 terminis Statuti Papiæ, quod homoge-
neum est N. C. Mediolani, idem tradat
Tortus ad Statut. ciuile 55. *nu.* 29. *ex Ti-
raquello, et Riminaldo*.

Et in ipsis terminis N.C. optimè tuea-
tur ipsemet D. Senator *Redenascus cons.*
12. per tot videndus, *et num.* 18. *et seq.
Merlin. de legitima lib.* 5. *tit.* 4. *q.* 8. *num.* 2.
vers. *sed egregia*: maximè si instituti sint
extranei idem ibi *nu.* 7. Bimius omnino
29 videndus *cons.* 371. *pag. mihi* 317. *lib.* 4.
Rhaud. de annalog. d. cap. 15. *sub nu.* 364.
lib. 1. *Ripa obseruat.* 206. *nu.* 2. 3. 4. *et cons.*
14. *nu.* 80. *lib.* 2. & si namq; heres particu-
laris habeatur pro quasi legatario: Hoc
tamen aduertendum erit non procedere
in possessione occupanda, quia quod ad
hanc vtitur iure heredis, vt benè cum
Bartolo, Alexandro, & alijs distinguit, &
docet *Peregrin. vidend. de fideicommissis
art.* 47. *num.* 53. *et Redenascus d. cons.* 12.
num. 3. *et* 4. *et seq. et num.* 8. nec in alia re
distinguitur ab herede, quàm in debitis
hereditarijs, ad quæ non tenetur, & in
30 actionibus, quæ in heredem particula-
rem non transeunt *Redenasch. ibid. nu.* 3.
et 4. *Fachin. contr.* 15. *lib.* 4. ita vt illa ver-
ba, *mihi heredem particularem instituo
ore meo proprio nominando, prout nomi-
naui, et nomino*, tanquam posita in ma-
iorem fauorem heredis particularis (ad
hoc scilicet, vt ære alieno subleuetur)
non sint retorquenda contra illum, quasi
non gaudeat alijs priuilegijs, illo præ-
sertim continuationis, quo fruitur; eò
magis dum testator enixè iussit, vt ex
se mater possessionem caperet. *l. quod
fauore* 6. *C. de legib.*

Benè *Argel. de legitimo contradic. q.*
13. *art.* 3. vbi loquitur de filio pro legiti-
ma instituto in re certa: idem docent
31 *Diaz. reg.* 407. *in* 3. *limit. Berous cons.* 142.
nu. 5. *lib.* 2. *Hyppol. Riminald. instit. de do-
nat. in princip. nu.* 1480.

Potissimùm inspectis illis verbis N.
C. *in heredem, seù heredes*, & infra *pro
hereditarys portionibus*, quæ sunt dis-
32 tributiua, nec æqualitatem portionum;
minùs vniuersalitatem tituli requirunt.

Nihil repugnante clausula *quocunque
iure etiam speciali succedatur*: siuè quià,
si benè consideretur, intelligi commodè
potest, vt referatur ad ipsos heredes
33 particulares, vt scilicet quocumque iure
etiam speciali succedant, in ipsos quoq;
continuetur possessio, & nulla reddatur
appræhensio medio tempore facta ab
alio quolibet inter mortem, & aditio-
nem, vel immixtionem: Quæ certè in-
terpretatio colligi posse videtur ex anti-
quo Ducali decreto vndè N.C. desump-
tæ fuerunt, quod publicatum fuit Me-
diolani die 28. Nouembris 1432. & per
extensum datur in lib. inscripto *antiqua
Ducum Mediol. decreta* pag. mihi 271.
34 hisce verbis conceptum *licèt non fuerit
aliqualitèr apprahensa; siuè succedant ex
testamento, siuè ab intestato; de iure ciuili,
aut Pratorio; aut municipali, consuetudi-
nario; aut iure alio, vel benefitio, seù Pri-
uilegio communi, vel speciali quocunque*,
hæc enim vltima clausula de heredibus
continuandis loquitur, non de alijs
quorum intermedia possessio, nulla esse
sancitur.

Siuè quià hæc clausula (nè quasi re-
pugnare videatur præcedenti illi *pro he-
redi-*

35 *reditarijs portionibus*) bene intelligitur
de creditore, qui pactus fuerit cum de-
functo de Possessione apprahendenda;
vel de legatario; vel de fideicommissa-
rio; vel de vsufructuario, alioue, qui
non induat vestem, vel repræsentatio-
nem heredis, qualem hæc mater habet
in legitima.

Quarta ratio, quià ipsa verba testa-
menti excludere videntur DD. Aduer-
sarios à prætensa vniuersali continua-
tione.

Eos enim post matrem testator insti-
tuit heredes *in alijs bonis*: scilicet ijs
demptis, in quibus heredem sibi matrem
iam fecerat: Si igitur in his bonis, de qui-
bus agitur heredes non sunt, quomodo
continuari possunt in ijs? Certè qualitas
hereditaria præsupponitur ab ipsis N.C.
ibi *in heredem, seù heredes*, & de iure ista
36 probari priùs debet ab eo, qui vult con-
tinuari *Cauagnol. decis. Consult. 99. num.
5. lib. 2.* Quæ propositio qualiter intelli-
gatur explicant *Costa cons. 23. num. 44.
Rhandens. de annalog. cap. 36. n. 83. lib. 1.
Ladereh. cons. 133. Pacian. cons. 145.* cum
non continuetur quod continuabile
non sit. *Amat. resol. 39.* & N. C. intelli-
gantur non nisi de iusto vero, & capaci
herede *Muta decis. 198.* Quo posito ces-
sat obiectum iàm suprà confutatum, ne
duo insolidum possideant, & illud quod
heres vniuersalis præuenerit in posses-
sione; & quod factum legis potentius sit
facto hominis, vt ait *Peregrin. d. artic. 47.
num. 14. et Redenasc. d. cons. 4. num. 17.
et 14.*

Quibus rationibus suffragatur *Argel.
de legitimo contradictore dicta q. 2. artic.
7. à num. 208. ad 217.* vbi ideò decidit
heredem institutum in quota, renitente
37 etiàm herede vniuersali in possessionem
immitti, quià cum ab illa portione ex-
cludatur heres vniuersalis in institutio-
ne; ideò non concurrunt, nec sunt inter
se propriè contradictores, sed vterque
immittitur, nec alter, alterum impedit,
sed ambo consequuntur ex eodem testa-
mento: ita vt nihil ad rem faciat, quod
heres vniuersalis resistat; quodque præ-
uenerit in possessione capienda, vt du-
bitabat *Amat. dicta resolut. 39. num. 178.*

(licèt dubitationem eximere possent
ipsi rationes efficaces, quas supra pro-
posuerat *à num. 116. ad 123.*) & vt limi-
tabat *Merlin. dicta q. 8. num. 2. tit. 4. lib. 5.*
quibus etiam respondent adducta supra
per me *num. 26. vers. illi quoque argu-
mento*: & confert *Knichen de iure territo-
rij cap. 5. num. 6.* ibi *veluti si Statuti dis-
positione possessio in heredem censetur con-
tinuari; eam prætendere vel nancisci nemo
potest, nisi doceat se heredem.*

Quod verò ampla ista facultas matri
data capiendi possessionem *absquè licen-
tia heredum, et Iudicis*, effectum sortia-
38 tur in terminis N. C. etiam ad fauorem
legatarij, & fideicommissarij (quantò
magis ad fauorem matris heredis?)
scripsit *Plotus* magnus earum interpres
cons. 54. num. 38. antè finem *vers. nisi te-
stator in testamento dederit licentiam ap-
prehendendi possessionem bonorum propria
eius auctoritate absque licentia heredis;
vel quòd heres eum non molestet etc.* cum
quo transeunt *Garon. et DD.* ab eo lauda-
ti in verbo *non vacet num. 39. et seq.* &
faciunt scripta per *Peregrin. dicto artic.
47. num. 48. et 49.*

Quinta quia cum ista mater iam fue-
rit ex præcepto Iudicis continuata; ad
39 quod obtinendum, vel non erat opus
aliquem citare, quià nullus suprà an-
num possidebat, vt N. C. ibi disponunt,
vt in puncto scribit *Redenasc.* sæpe lau-
dato *cons. 12. num. 14.* vel saltem disputa-
bile fit, an qui præuenerat in possessione
capienda, citandus esset, vt videre possu-
mus apud *Menoch. cons. 928. num. 12. et
cons. 1073. num. 1. 15. et 16. Tornielam
cons. 87. Galliam cons. 43. Borgnin. decis.
20. p. 4. Milanens. decis. 3.* ideò satis erit
expressè, ac incontinenti apparere bona
hæc ipsi deberi, ad hoc, vt non reuoce-
tur preceptum, sed imò confirmetur pos-
40 sessio *Menoch. de adipiscend. remed. 4. nu.
350. Adrian. Neguss. q. 400. num. 16.* & in
terminis *Tortus ad dictum Statut. ciuile
55. num. 37. ex Nonio, et Borgnino*: Ad
quid enim vti circuitu? Quod si facul-
tas capiendi propria auctoritate impe-
dit de iure immissionem heredis in pos-
sessionem: multò magis deseruiet, vt
possessio capta manuteneatur: Eò ma-
gis,

gis, quia N. C. quæ tribuunt hanc con-
tinuationem exorbitant à iure; & ideò
reſtringendæ ſunt, & in dubio non no-
41 cent *Seſſe decif. Aragon. 67. num. 8. et 9.*
Plot. ad l. ſi quando num. 593. C. vndè vi;
Et in ſpecie, quòd legitimæ detractio, in
qua mater inſtituta fuit, impediat heredi
continuationem, ſcripſit ex aliorum do-
ctrina *Peregrin. d. artic. 47. nu. 66.* vbi vi-
deatur: validiùs igitur confirmabit ma-
tri poſſeſsionem adeptam *legitima ſiqui-*
dem magnam habet ſimilitudinem cum
hereditate, et habet vim ſucceſsionis vni-
uerſalis, quòd ad iura actiua, et etiam ſi
ſit particularis actu, tamen ſit vniuerſa-
lis potentia, ſunt verba *Bellon. de iure ac-*
creſcendi cap. 6. q. 8. nu. 34. et 36. pag. 236.

Debet enim mater, expreſsiſsimis
verbis heres in ijs bonis inſtituta, diſer-
re formalitèr à legatario, & ab herede
fideicommiſſario: Nè alioquin fiant de
lite lites, & diſputandum ſit an teſtamen-
tum hoc ex præteritione matris, vel nul-
lum ſit ipſo iure, vel querela inofficioſi
rumpi poſsit. Certi ſiquidem iuris eſt
42 legitimam relinquendam eſſe matri di-
rectè, non alio titulo, quàm inſtitutio-
nis, vt poſt *Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 2.*
q. 1 et 2. tradit *Gaſpar Manzius de teſtam.*
tit. 9. q. 1. num. 17 et ſeq. et tit. 8. num. 258.
et 259.

Nec reſiſtit Statutum noſtrum 302.
excludens matrem à ſucceſsione de-
ſcendentium, ità vt habeat vſufructum
eius portiònis, quam habitura eſſet
43 ab inteſtato, ex quo aliqui arguunt ex-
cludi etiam à legitima, quàm petere
non poteſt is, qui contra tabulas venire
non poteſt, vt in puncto matris *Merlin.*
de leg. lib. 3. tit. 1. q. 23. & generaliter *Gra-*
tian. diſcept. 300.

Quia licèt contra matrem ſtent *Car-*
panus ad dictum Statutum n. 13. Menoch.
conſ. 206. nu. 26. Merlinus, & DD. plures
44 quos citat *de legitima lib. 3. tit. 1. q. 23.*
qui illa potiſſimum ratione mouentur,
quòd Statutum matrem penitus non ex-
cludit à ſucceſſione, ſed dat ei aliquid,
ſcilicet dictum vſumfructum.

Tamen pro matre pugnant alij plu-
res, quorum Achilles eſt, quòd etiam
ſi Statutum ad conſeruandam agnatio-
nem tollere, vel minuere poſſit matri le-
gitimam (quæ tamen deciſio non ita de
plano procedit, vt videre eſt apud *Socin.*
45 *Sen. conſ. 150. num. 2. lib. 1.* vbi refert an-
nos amplius ducentos pugnatum eſſe in-
ter Doctores, apud *Dec. et Cagnol. in l. iu-*
ra ſanguinis 8. ff. de reg. iur. lib. 50. tit. 17.
& Mangil. de Imput. q. 51. nu. 38. & alios
plures) nihilominus ad excluſionem
legitimæ videtur ſaltem requiri parti-
cularis, & expreſſa mentio eiuſdem, de
qua tamen nullum verbum facit Statu-
tum. *Merlin. de legitima lib. 5. tit. 1. q. 4.*
& 5.

Et ſanè matris partem tuentur non
ſolùm argumenta duo, ſed etiam res iu-
dicatæ tum Mediolani, tum alibi.

Alterum eſt, quod cum mater ex du-
plici iure venire poſsit, nimirum tùm ex
iure ſucceſsionis, tùm ex iure legitimæ,
46 & hæc iura formaliter inter ſe diuerſa
ſint, & diſtincta, propterea cum Statu-
rum excludat ſimpliciter à ſucceſsione,
non debet porrigi ad legitimam *Tort.*
videndus ad Statut. Papia 121. in ciuil.
ſub nu. 78. col. 2. verſ. *primo ad ita tenen-*
dum moueor, et ſeq. præſertim vbi Statu-
tum odioſum eſt, & iuris communis cor-
rectorium, & vbi cauetur ad literam in-
telligi debere.

Hanc concluſionem vtpote magis
communem tuentur *Theſaur. deciſ. 159.*
num. 2. verſ. *nam alias ſi de legitima Sta-*
tutum mentionem non faciat. & robuſtis
fundamentis fulcit *Salycet. in authentica*
47 *nouiſſima num. 11. & ſeqq. C. de inof. teſ-*
tam. & ibi *Iaſon. num. 57. in fine Cephal.*
conſ. 120. per tot. & conſ. 404. nu. 17. Becc.
conſ. 112. num. 13. Barz. videndus *deciſ.*
97. num. 49. cum ſeq. Alex. conſ. 7. num.
6. vol. 2.

Ratio rationis eſt, quia Statutum
huiuſmodi, excludere dicitur à ſucceſſio-
ne vniuerſali *l. quadam 9. §. is autem ff. de*
edendo lib. 2. tit. 13. &. Iaſon. in l. Pompo-
nius 13. §. quæſitum eſt in textu ibi *quo-*
niam plenius eſt ius ſucceſſionis num. 11.
ff. de adquir. vel omitt. poſſeſſ. lib. 41. tit. 2.
48 Sed mater ſuccedens in legitimà non
ſuccedit in iure vniuerſali *l. Papinianus*
8. §. quarta ff. de inoffic. teſtam. lib. 5. tit. 2.
nec venit ſub nomine ſucceſſionis *Socin.*

Sen.d.cons. 150. *num.*13. *lib.*1. *Mysinger. obser.*43.*cent.*6. sed potius dicitur creditrix legitimæ *Socin.Sen.cons.*30.*num.*33. *lib.* 1. igitur non excluditur à Statuto; cum melior, & verior sententia sit ea, quæ docet legitimam esse quotam bonorum non hereditatis *Merlin. lib.*1. *tit.* 1.*q.*2.*num.*1.*&* 4.

Et sic ruit fundamentum contrarium, quod loco legitimæ datus sit vsusfruc-
49 tus à Statuto; quia ille datus est loco exclusionis à successione vniuersali, non à legitima, quæ est quid particulare.

Alterum fundamentum est, quia nimis philosophiæ morali, à qua leges fluxerunt, & Statuta interpretationem recipiunt, imò, & naturali pietati repugnat, vt mater non solùm à luctuosa filij
50 hereditate arceatur, sed etiam à legitima, quæ in solatium datur amissæ prolis, & in aliquam compensationem dolorum *Thob.Non.cons.*13.*n.*4.*&* 19.*Angel. cons.* 26.*num.*1.

Nec obstat, quod legitima sit portio eius, quod ab intestato mater haberet; ideoq; cum mater successionem ab intestato non habeat; prohibente Statuto; nec etiam videatur habere posse legitimam.

Quia respondent ad hoc *Socin. Sen. cons.*30.*nu.*39.*lib.*1. *Salycet. in d.authentica nouissima num.* 12. vers. *item pro hac*
51 *parte*, & ibi etiam *Iason.& alij. Tort. sub d.num.*78.*Corn.cons.*290.*nu.*6. vers. *nam ad hoc,& nu.*9. *Menoch. cons.*356. *num.*9. *&* 12.*Curt.Sen.cons.*37. *nu.*19. vers.*nam respondeo*.

Oppositam regulam desumi ex iure communi, & ideò aptari quoque debere ad limites iuris communis; non au-
52 tem ad Statutum trahi contrarium iuri communi. adde *Beltramin. ad Ludouis. decis.*135.*ante finem*.

Pariterque non obstat, quod legitimam petere non possit, qui non potest *contratabulare*; nam & hoc obiectum remouent idem *Socin.d.cons.*30.*num.*39. vers. *non obstat quartum lib.*1. *Martha de*
53 *success.leg.p.*1.*quæst.*13.*art.*1.*num.*17.*&* 18.*Corn.d.cons.*290. *nu.*6. vers. *nec etiam Ruin.cons.*40.*nu.*12.*& seq.lib.*3.quorum dicta non transcribo, ne longior sim.

Res autem pro matre iudicatas (præter eas, quas in similibus afferunt *Crass. in §.legitima quæst.*3.*num.*6.*Salycet.in d. auth. nouissima num.*12.*in fine. Grammat. decis.*101.*nu.*46. *Menoch. cons.*8.*nu.*13.) tres affert Amplis. Senator, & I. Consultissimus Sertorius, qui mihi præluxit in quadam eius allegatione apud D.meũ I. C. Marchionem Petrum Franciscum Carcassolam: primam scilicet à Prætore Mediolani de Consilio I. C. C. Iosephi Latuadæ anno 1608. 17. Septembris in fauorem Isabellæ Terzaghæ contra fratres Biragos, quæ in caussa appellationis confirmata fuit, imò, & exequutioni missa, vt apparet ex instrumento
54 recepto per Fabritium de Turre die 17. Decembris 1609. Secundam per M. R. Octauianum Bertolatium Archidiaconum S. Mariæ Scalensis, & I. C. C. Paulum Rhaudensem arbitros electos inter domum Professam S. Fidelis, & Claram de Syrturis super hereditate Genepriæ Confaloneriæ: Tertiam à Magistratu Extraordinario die 11. Aprilis 1612. ità vt stante difficultate huius articuli, quæ celebriorum DD. ingenia torsit, non possit interim denegari matri manutentio in possessione bonorum, ad quam fuit continuata per Iudicem.

Quorum argumentorum aciem non hebetat *Garonus dicto articulo* 1. in verbo *non vacet num.* 165. dùm ait titulum institutionis in legitima desiderari *maio-*
55 *ris honoris gratia*: Primùm quia ideo relinqui debet titulo institutionis ad hoc, vt herede vniuersali non dato, vel dato deficiente, tota hereditas accrescat instituto in legitima, vt bene aduertit *Bellon. de iure accrescendi cap.* 7. *q.* 8. *num.*3.*et* 4. *et q.* 11. *nu.* 6. *et seq.* Deinde quia siuè ex necessitate naturæ, siuè ex ratione morali (quod verius est) siuè ad honorem lex id induxerit; satis est mattri, quod heres instituenda sit, & fuerit instituta, & ideò vti talis continuanda.

Imò cum heredes spreto testatoris imperio, tàm acritèr continuationem hanc oppugnent, & tàm secretis inter se pactionibus, quàm factis expressis defuncti voluntatem eludant; opinor ideò (attenta dispositione testatoris, adeò præ-

prægnante) cecidisse eos ab hereditate, & euenisse casum fauore matris, vt sola heres sit, vt dixit testator: Quam propositionem peculiari responso, seorsim cōfirmabo: Nimis enim repugnat rationi morali, vt heredes extranei voluntatem testatoris sic destruere velint, à quo ho-
56 norati fuerunt, & lucrum capiunt, & quibus potius legis instar esse debuisset voluntas testatoris. Facit ad hanc materiam *Redenascus cons. 19. per tot.*

Roborantur prædicta, tùm quia sanctio hæc N. C. *de continuanda possessione defuncti* principaliter posita fuit, vel in fauorem filiorum, ita vt aduersus eorum voluntatem non sit duriùs retorquenda
57 in fauorem extranei, vt aduertunt *Grat. discept. 732. Menoch. cons. 1073. num. 1. Gabriel. commun. conclus. lib. 5. de adquir. hered. concl. 9. limit. 13. num. 23. Costa Pap. cons. 75. num. 7.* vel vt faueatur voluntati morientium, vtque occurratur inualionibus, & occupationibus, quæ fierent contra, vel præter voluntatem defuncti; vel vt euitentur circuitus adipiscendæ possessionis, vt latè prosequitur *Redenasc.* videndus *d. cons. 12. num. 24.* quæ omnes rationes stant pro matre in hoc casu.

Tùm quia cum mater ista habeat etiā creditum dotis ex instrumento cū clausula constituti, & pacto Camerali (vt mihi dicitur) pro quo non obstantibus N. C. mutare potuisset possessionē mortuo marito, secundum aliquorum sententiam confirmatam in foro Mediolanensi per praxim quotidianam, & per rationes, & doctrinas adductas per *Redenascum cons. 95. nu. 3. et 4. et seq. ac per tot. responsum*, quidquid seclusa praxi querant *Giurba ad Statut. Messan. cap. 10.*
58 *glos. 8. num. 15. fol. 639. et nu. 20. vers. aut defuncti viri hereditas; Rim. cons. 156. à num. 4. ad 12. Gratian. discept. 700. nu. 34. et seq. et nu. 62. et 63. Iason. cons. 85. lib. 3. Rota apud Postium decis. 325. Andreol. contr. 190.* ideo faciliùs manuteneri debet in possessione.

Addo pro coronide coheredem vnum ex supra institutis repudiasse hereditatem; atq; ideo quæri posse, an eius portio accreuerit tota alteri heredi, an verò simul etiam matri heredi particulari; ad
59 quam quæstionem pertinere videntur scripta per *Bellon. de iure accrescendi cap. 7. q. 1.* vbi docet heredem particularem non habere ius accrescendi cum vniuersalibus, *et q. 8. et q. 9. nu. 52. et seq. et q. 11.* Sed quia quęstio hęc esset longioris subsellij, ideò eam examinare non vacat, cum duo hìc sint heredes vniuersales, & alia pro matre concurrant adminicula &c.

Ex quibus omnibus, alijsq; quæ pro sapientia sua supplere dignabitur D. meus Comes, concludo firmandum esse matri præceptum; & ita pro conscientia mea iudicare, si meum esset munus, cum vel firmior sit sententia, quam supra defendi; vel omnino tenenda, vtpote conformis enixæ voluntati testatoris, quæ nisi iuri contraria expressè sit, sustineri debet, etiam in dubio, & maximè in iuditio possessorio. Me tamen &c.

Responsum XXXXVI.

Consensus à marito præstitus vxori, vt testaretur de dote, Mediolani, an sit in fraudem creditorum hypothecariorū eiusdem mariti accuratè discutitur.

SVMMARIVM.

Doctrinæ concoquenda sunt, & per solutionem dubiorum inquirenda veritas nu. 1.
Recensentur Doctores, & rationes facientes pro creditoribus nu. 2. 3.
Fiscus in causis lucratiuis non gaudet priuilegijs; imò infra priuatos creditores est num. 4.
Veritas mole librorum suffocatur, & de Auctorum multitudine querela nu. 5. & 6.
Afferuntur Doctores, & rationes pro mariti consensu contra creditores nu. 7. & 8. 14. 15. 16. 18. 19.
Distinctio inter creditores hypothecarios, & Chyrographarios reprobatur nu. 9.
Statutum Mediolani 298. vol. 1. est correctorium

*rium iuris communis nu.*10.
*Explicatur nu.*11.
*Per matrimonium non soluitur patria potestas num.*12. & Bodini *querela nu.*13.
*Lucrum dotis non defertur purè, & absolutè marito nu.*14.
*Respondetur rationibus adductis pro creditoribus nu.*14.15.16.17.
Explicatur opposita Doctrina Sanchez, & Larreæ *nu.*17.*& seq.*
*Damnum qui facere dicatur nu.*20.
Explicatur l. in fraudem ff. de iure Fisci nu. 21.
*Iuri delato renuntiari potest etiam in odium Fisci nu.*22.
Ponderatur antinomia inter l. in fraudem, & l.cum quidam ff. de iure Fisci *nu.*23. *&* 25.
Affertur conciliatio dictæ Antinomiæ *num.* 23.
Iura conditionalia, & in spe non sunt in bonis nostris 26.
*Hypotheca complectitur iura irreuocabilia nu.*27.*&* 28.
*Ius lucrandi dotem non comprehenditur hypotheca nu.*29.
*Masculus, qui vigore Statuti feminam excludit, potest illam admittere nu.*30.
*Pater emancipans filium potest remittere vsufructum nu.*31.
*Rogatus restituere post mortem, potest statim restituere nu.*32.
*Falcidia repudiari potest, & ità decisum fuis Mediolani num.*33.
*Primigenitura renuntiari potest nu.*34.
*Repudiare licet legatum nu.*35.
*Potest filius legitimam, vel eius supplementum non petere nu.*36.
*Hereditas repudiatur dotis constituenda causa nu.*37.
*Decisio quæstionis nu.*38.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Vper vnico cardine vertitur difficultas; an scilicet in præiuditium Nicolai, creditoris hypotecarij, cuius iuribus vtitur Fiscus, potuerit Iulius debitor, testandi facultatem facere Flauiæ vxori suæ, de dote, quæ ipsi delata fuisset, ea præmoriente sine liberis, ex dispositione *Statuti Mediolani* 298.*vol.*1.

Quæstio est, à qua breuiter nos expedire possemus prouocando ad *Dec. cons.*259.*incip. quæritur breuiter, Franc. decis.* 101.*præsertim num.* 5. *Grat. decis. March.*17.*& Caren. resolut.* 202. verùm,
1 quia nobis res est cum acerrimo Fisci patrono, & frigidi stomachi est, scripta vorare, non concoquere, vt monuit *Salyces, in l. si ex cautione C. de non num. pecun.* ideò quęstionem pro viribus euëtilabimus, mox contraria diluemus, cum dubitationum solutio, *veritatis Inquisitio sit*, vt Philosophus docet *in* 3. *metaphysicis.*

Negantem porrò sententiam, quæ fauet creditori hypothecario, inter primos inuexit *Petrus de Anchar. cons.* 101. *nu.* 8. quem antesignanum sequuti sunt
2 *Neguf. de pignor. p.*4.*princip. num.*33.*&* 41. *Franciscus Pepius inter cons. Socini Senioris cons.*76.*nu.*6.*lib.*4. *Merlin. de legitima lib.*3.*tit.*2.*quæst.*29.*n.*19. *Mantic. de tacit.& ambig. lib.*13.*tit.*38. *num.*16. *Lanar. cons.* 42. *num.* 2. *Camil. de Medic. cons.*98.*Bero. cons.* 43.*cum diebus in primo. Molinæus in addit. ad cons. Decij* 259.

Ex quorum numero, tamen expungendi sunt, in hypothesi nostra *Mantica, & Berous*, qui Ancharani sententiam limitant, in iure nondum radicato, vt infradicam, & *Merlinus*, qui re melius considerata, nouissimè in tractatu de pignoribus ab hac opinione discessit.

Achilles huius opinionis, deducitur ex *l. in fraudem* 45. *in princip. ff. de iure Fisci*, vbi non sustinetur repudiatio iuris delati debitoribus Fisci, ob tacitam
3 nimirum hypothecam, quàm Fiscus habet in bonis debitoris, vt docent *Anchar.* & proximè laudati Doctores: cum verò Fiscus in dubio vtatur iure priuati *l.*1.*& l.cogi C. de petit. hered.* imò in excutiendis debitoribus, non æque priuilegiatus sit, ac cæteri creditores *l. quod placuit ff. de iure Fisci*: in causis nimirum lucratiuis, *Neguf. de pign. parte* 2. *memb.*
4 4. *num.*118. *Gayl. obser.*86. *num.*7. *lib.*2. *Sanchez de matrim. lib.*6. *disput.*4. *num.*8.

ad med. verf. nam caussa creditorum potior est; propterea sequitur, vt ex identitate rationis, idem ius sibi vendicet locum in priuatis etiam creditoribus hypothecarijs, & fortiùs, vbi adsit expressa hypotheca, comprehendens futura quoque bona debitoris, & sic quodammodò ipsum etiam ius lucrandi.

Affirmantem autem partem, vt imò creditor possit delatis iuribus renuntiare, etiam in præiuditium creditoris hypothecarij, vti veriorem, & communiori suffragio receptam à Tribunalibus, strenuè tuentur ex ijs, quos ad eruendam veritatem consuluimus, non iam in antro Platonis, vel in Democriti puteo consepultam, sed mole librorum obru-
5 tam, ac penè suffocatam nimirum, si vnquam, hoc certè sæculo, illud Iuuenalis, satyra septima vsurpari potest

.... tenet insanabile multos
scribendi cacoethes, & agro in corde senescit;

Adeo vt verè *Seneca* dixerit *de benefic. lib. 7. cap. 1.* inuolutam latere in alto: & iurè, ac meritò hanc querelam inge-
6 minent *Budæus ad Pandectas ad l. 1. de contrah. empt. post med. fol. mihi* 555. *& seq. Nicolaus Caussinus de eloquentia lib. 3. cap. 12. Burrus de incendio in principio libri*.

Tuentur inquam hanc partem.

Franc. plenissi. decis. 101. vbi arguit ad partes, & contra creditores hypothecarios, re maturè discussa, decisum refert,
7 & in puncto lucri dotalis, quod per Statutum defertur nu. 5.

Nouar. in addit. ibid. præsertim *verf. idem eà ratione*.

Grat. videndus *decis. March.* 17. præcipuè *à nu.* 15. *verf. contrarium tamen*, vbi sic declarasse dixit *vsq; ad fin. & discept. forens. cap.* 132. *verf. non faciendo differentiam inter creditores chirographarios, & hypothecarios*, vbi testatur de comm. sententia, & stylo Rotæ, & iterum cap. 271.

Surd. decis. 140. *nu.* 8. *ibi, & est generale in quocunque iure, & conf.* 116. *nu.* 80. *lib.* 1. *& conf.* 300. *nu.* 18. *lib.* 2.

Ric. decis. 96. *nu.* 3.

Hodierna ad d. decis. 140. *nu.* 4. *& seq.*

Magon. decis. Florent. 132. *nu.* 15. verf. *& est generale in omnibus*.

Ioseph. Ludouis. decis. Lucens. 21. *n.* 58.

Manent. decis. Mantua 38. *nu.* 12.

Barz. decis. 130. *nu.* 126.

Muta decis. 49. *n.* 22.

Costa de remed. subsid. prælud. 1. *nu.* 20. vbi cum Peregrino dicit reiiciendam esse distinctionem inter chirographarios, & hypothecarios creditores, *& de retrotract. cas.* 3. *c.* 8. *nu.* 13. *& seq. fol. mihi* 87.

Gallerat. de renuntiat. tom. 2. *cent.* 1 *renunt.* 97. *nu.* 5. *et tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 54. *et* 55. *in fin.* verf. *imò creditores, etiam habentes hypothecam non possunt conqueri si debitor repudiat*.

Fontanell. de pact. nupt. lib. 1. *claus.* 4. *glos.* 9. *p.* 5. *nu.* 76. *fol. mihi* 208. vbi sic decisum refert.

Mangil. de imput. quæst. 4. *nu.* 21. *&* 24.

Merlin. qui fuit quidem pro contraria sententia laudatus, sed nouissimè palinodiam cecinit *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *qu.* 134. *nu.* 9.

Caualcan. de vsufruc. Mul. relict. num. 187. vbi in puncto lucri dotalis, quod per Statutum viro defertur.

Pacific. de Saluian. interdicto inspect. 3. *cap.* 2. *nu.* 92. *iunctis nu.* 95. *&* 96.

Straccha de Mercat. in tit. de decoct. p. 3. *nu.* 37. in puncto lucri dotis.

Peregrin. de iure Fisci lib. 6. *tit.* 7. *n.* 38. *ante fin. verf. attamen communis sententia, et conf.* 46. *nu.* 18. *cum seq. vol.* 3. vbi reiicit distinctionem inter chirographarios, & hypothecarios, & iterum *de fideicomm. art.* 3. *nu.* 125. *et seq. & n.* 130. *verf. verùm differentia hac inter hypothecarios, et chirographarios*.

Phanut. de lucro dotis glos. 8. *nu.* 16. *et* 20.

Roland. de lucro dotis q. 40. *per tot. præcipuè nu.* 14.

Frideric. de Sol. eod. tract. p. 1. *q.* 38.

Valer. de differ. vtriusq; fori in verbo debitum differentia 4. *nu.* 1. *& seq.*

Valasch. de partition. cap. 13. *num.* 144. 146. 149.

Argel. de acquir. possess. q. 8. *num.* 452. *cum seq.*

Andreas Rauchbarus q. iur. p. 1. *quæst.* 39. *nu.* 16.

Albe-

Alberic.in l.patrem 19.ff.qua in fraud.cred.

Zanch.in l.heredes mei 57.§.cum ita p.4.nu.415.ff.ad S.C.Trebell.

Franciscus Molinus de pact. in matrimon.conuent.lib.3.quaest.49.à num.21.ad num.29.

Sanchez. de matrimonio lib.6.disp.4.nu.8.& 9. vbi tutum pariter esse ait, in foro conscientię, successorem repudiantis, qui bona repudiata possidet.

Tiraquel. de retract. lignagier §. 26. glos.1.nu.15.

Angel.ad §. item si quis in fraudem vers. *nota singularem &c. vbi etiam in fraudem, & despectum creditorum Inst. de action.*

Aretin.ibid.

Iason.ibid.nu.121.

Myssinger. ibid.in verbo *tradiderit nu. 15.*vers.*quare si debitor.*

Oinot.ibid.nu.20.

Couarruuias in puncto lucri dotalis *in epit.lib.4.decretal.tit.de sponsal.par.2.c.7.§.1.nu.12.*

*Tellius Fernandez.in constit.Tauri ad l.4.nu.55.vers.& quia obiter,& num.57.& 60.*laudatus à Francho.

Molinaeus in consuetud. Parisiens tit.1. §.1.glos.3.q.1.nu.13.

Guttierez.in c.quamuis pactum de pact. lib.6. in secundo casu principali num.24. vbi Ancharani opinionem falsam dicit, *& pract.q.lib.2.q.127.*

*Maynerius ad l.non alienat,*ante finem ibi, *non diminuit patrimonium creditoribus pignoratum ff.de reg.iur.*

Cervant.ad l.Taur.6.nu.75.& 76. vbi contra Ancharanum.

Suar.tit.de las ganac.nu.24.

*Carpan.ad Stat.Mediol.298.num.126. vol.1.*in puncto lucri dotalis, *& ad Stat. 300.nu.25.*

Giurba videndus ad consuet. Senatus Messan.p.1.c.5.glos.7.num.10.& seq.fol. mihi 423.& glos.8.nu.5.fol.426.

Carena resolut. 202. à num.15. ad 24. vbi in puncto repudiationis lucri dotalis sententiam contra creditores hypothecarios veriorem, communiorem, & magis receptam à Tribunalibus esse dicit.

Ripa ad l.1.num.7. vers. *sed ego dubito vsque ad fin.ff.de pignor.*

Decius omnino videndus in puncto lucri dotalis, quod per Statutum viro defertur *cons.259.per tot. incip. quaeritur breuiter, & ab eo laudati DD.*

Marzar.cons.19.nu.6.

Menoch.cons.1220.num.19. in puncto lucri dotalis.

Port.Imola cons.57.nu.19.

Paris.cons.127.nu.18.lib.1. in puncto lucri dotalis.

Martha voto 48.nu.21.

*Socin.Iun.cons.124.nu.3.vol.3.*in puncto lucri dotalis.

Rimin.Iun.cons.193.nu.20.vol.3.& in l.1.nu.103.C.qui admitti.

Barbat.cons.59.col.2.vers.capio modo vol.2.

Communis haec sententia, probatur primo loco per textum *in l. quod autem 6.in princ.ff.qua in fraud.credit.*vbi Vulpianus ait, *quod autem eum possit* (ecce supponit I.C. debitorem, actu posse acquirere, & sic ius esse delatum) *aliquid quaerere, non id egit, vt adquirat, ad hoc*
8 *edictum non pertinet: pertinet enim edictum ad diminuentes patrimonium suum non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur, & in §. proinde,* vbi sic *proinde, & qui repudiauit hereditatem, vel legitimam, vel testamentariam, non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat: noluit enim adquirere, non suum proprium patrimonium diminuit.*

Secundo per textum *in l. non fraudantur 134. ff. de reg. iur.* vbi ad literam *non fraudantur creditores, cum quid non adquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur.*

Tertio per textum *in l.1.§.vtrùm autem 6.ff.si quid in fraud.patro.fact.sit,* ibi *in caeteris quoq; liberalitatibus, quas non admisit is Libertus, cui quis donatum voluit, idem erit probandum Fauianam cessare; sufficit enim patrono, si nihil de suo in necem eius Libertus alienauit, non si non adquisijt: proinde, & si eum sub conditione ei legatum esset, id egit ne conditio existeret, vel si sub conditione stipulatus fuerit, maluit deficere conditionem, dicendum est Fauianam cessare.*

Qui textus, magni faciendus est in casu nostro; nam cum hoc ius lucrandi dotem, deferatur marito sub conditione, nisi ipse consentiat vxori testanti, vt infra dicemus, maluit maritus conditionem deficere, consensum præbendo; vnde cessat edictum.

Quarto per textum *in l. alienationis verbum 28. ff. de verb. signif. vbi Paulus, ait, qui occasione adquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.*

Quinto per textum *in l. 1. §. fin. vers. confertur ff. de collat. bon.* ibi, *sed hoc sic accipiendum est, vt hoc demum conferatur, quod eius esse desijt dolo malo, caterùm si id egit* (nempe data opera) *ne adquireret, non venit in collationem.*

Sexto per textus *in l. sed si vir 31. §. quod legatarius 7. & in l. si sponsus 5. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi non est prohibita illa donatio, qua *nihil ex bonis mariti diminuitur*, vt in casu, quando, *quod legaturus mihi, aut hereditatis nomine relicturus es, rogatus à me, vxori mea relinquis.*

Ex quibus iuribus, inferunt supra enumerati DD. debitorem, in acquirendis, & in iure delato præiudicare posse creditoribus, reiecta distinctione inter hypothecarios, & chyrographarios; tùm
9 quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguimus *l. de pretio ff. de public. in rem actione*; tùm quia lex generaliter, & indistinctè loquens, omnem casum complectitur, dato etiam, vt sit maior ratio in vno, quàm in alio *l. 1. §. quod autem ff. de alea lud. & aleat.* imò intelligitur de casu magis dubitabili *l. Domitius ff. qui testam. l. 1. ff. ad municip.*

Maximè, quia *Statutum Mediolani* 298. *vol.* 1. est correctorium iuris, dum adimit vxori facultatem de dote testandi, vt per *Carpan. ad idem Stat. in princip.* & bene per D. Præceptorem meum *Merendam contr. lib. 3. cap. 5. num. 9. vers. est*
10 *quidem, & n.* 10. vt igitur minus iuri aduersetur, quàm fieri possit *Burat. decis.* 211. *nu.* 18. libentiùs in eam sententiam descendendum est, vt licuerit huiusmodi Statuto renunciare.

Et profectò (ingerat quidquid velit Fiscus) res est extra aleam difficultatis; nam cum idem Statutum Mediolani, quod defert hoc lucrum marito, concedat etiam, vt possit illi renunciare, consentiendo vxori testanti, vt liquet ex *Statuto 300. eod. vol.* 1. omninò videndo, quia falcem ad radicem ponit; propterea lucrum hoc, dicitur deferri sub conditione, nisi maritus vxori consentiat, & sic datum sub vna conditione, sub contraria, dicitur ademptum *l. quibus dieb. 40. §. quidam Titio ff. de condition. & demonstrat.*

Nec aliter intelligi potest Statutum; tùm quia absolutè loquitur; tùm quia
11 nisi comprænderet casum, in quo adsint creditores, sed procederet in solum præiudicium mariti, superfluum vtique foret, & de re indubitabili latum, cum quilibet fauori suo renuntiare possit: Nisi fortè dicere velimus satis operari Statutum si per hunc mariti consensum posit vxor testari etiam si patrem adhuc viuentem habeat, vt plerumq; contingit: dum enim per matrimonium non tollitur patria potestas, nisi filia emancipetur *l. 1. §. 1. ff. de lib. agnosc. l. 1. §. vltimo l. eum, qui §. si nupta ff. de iniur. l. 1. in fine,*
12 *et l. seq. ff. de lib. exhibend. l. 2. §. quod si in patris, et l. quoties 29. ff. sol. matrim. l. nec inter l. si vt proponis C. de donat. inter vir. & vxor. l. filium l. licèt C. de collat. l. si vxor. vbi DD. C. de condit. insert.* contra
13 quas leges clamat *Bodinus de Repub. lib.* 1. *cap.* 3. vers. *oportet igitur:* propterea satis disponit Statutum permittendo, vt filia familias de dote testetur, quæ neq; patre consentiente testari poterat *l. qui in potestate ff. qui testam. facere possunt.*

Cum igitur hoc ius lucrandi dotem, deferatur marito, non purè, sed sub conditione, nisi scilicet ipse velit consentire vxori testanti; propterea, etiam si hoc ius comprænderetur sub generali hy-
14 potheca bonorum ad fauorem creditoris, quod falsum est, vt infra probabimus vers. *et in terminis*; adhuc certum est, hoc ius, non fuisse obligatum creditori, nisi eo modo, & sub ea conditione, sub qua marito competebat, scilicet sub conditione resolutiua, nisi ipse consen-

sum

sum vxori testanti præstare vellet: nihil enim huic conditioni contrarium legitur in instrumento obligationis susceptæ.

Ponderandum insuper est, hanc facultatem testandi cum consensu mariti, respicere principaliter fauorem vxoris; cui propterea hypotheca creditorum mariti præiudicare nec debet, nec potest.

Et si Statuentes noluissent, consensum mariti obesse creditoribus, vtique prouidissent, vt prouiderunt ibi ad fauorem filiorum alterius matrimonij; cum igitur simplicem mariti consensum exegerint, necessariò senserunt, quòd vxor, interim, & adhùc disponat de re sua, & maritus habeat interim ius tantummodò de futuro, quod simplici consensu tollitur, vel conditionale ad eius arbitrium resoluendum.

Quero enim si creditores volunt contractum dotalem haberi pro celebrato
15 ad formam Statuti 298. nimirum cum illo iure lucrandi dotem, præmoriente vxore; pari modo admittere debent celebratum censeri ad normam etiam alterius Statuti 300. permittentis marito consentire vxori testanti; non minus enim secundum Statutum fauet mulieri, quàm faueat primum marito, & eius creditoribus.

Et fortiùs in hac specie facti vbi creditores sunt tempore posteriores instrumento dotali; atque ideo ius istud consensus prius adquisitum fuit vxori, in
16 cuius præiuditium non debet operari posterior obligatio bonorum mariti erga creditores: & quemadmodum dicunt creditores nõ posse maritum in ipsorum perniciem abdicare à se ius lucrandi dotem: ita eum non posse dicit vxor abdicare ius consentiendi ab eodem Statuto delatum.

Ac per has rationes existimo non aptari ad hanc quæstionem sic disputatam de his duobus Statutis Mediolani doctrinas *Sanchez. de matrimon. lib. 6. disput. 4. num. 9. vers. his tamen, et Larrea*
17 *decis. Granat. 55. nu.* 10. quas alioquin fateor apud me multùm vrgere, vbi res ageretur in alijs terminis.

Quia vt dictum est ius istud lucrandi dotem non defertur purè, & absolutè, ita vt dici possit radicatum esse, & in bonis mariti consistere, sed immò sub conditione, & reuocabiliter: nempe cum facultate consentiendi in fauorem vxoris; & sic non possunt conqueri cre-
18 ditores, qui ad normam Statutorum nostrorum, & scientes, vel scire debentes hanc facultatem ei competere contrahere voluerunt; eò minus cum de iure communi maritus non lucretur hanc dotem, sed ex Statuto, quod eam etiam dedit facultatem consensus, qui ideo dolosus non dicitur, quia non præcessit vllus contactus, nec materia, quæ maritum adstringat ad consensum negãdum, vt apud *Carlenal. de indicijs disput. 25. nu.* 12. nec habent locum textus *in l. 2. §. sed et si quid ff. de hered. vel act. vendita*
19 ibi, *si dolo factum est, quo minus* ad eum perueniat, *vel id egit dolo malo, ne de hereditate adquireretur, nec aliæ ll. quas Larrea citat. nu.* 8.

Non igitur attenditur creditorum querela, quibus in consequentiam aufertur commodum, quod alioquin sentirent: *nemo* si quidem ait *Paulus in l. nemo 51. ff. de reg. iur. damnum facit, nisi*
20 *qui id fecit quod facere ius non habet, l. nullus 55. ff. eod. l. Proculus 26. ff. de damno infecto*, vbi præclarè differit *Vlpianus*, & benè *Merenda contr. 5. num. 2. lib. 19.*

Eòq; magis recipienda est, hæc communis conclusio, quò euidentiùs cessat animus fraudandi creditores mariti, inspectis ipsis tabulis testamenti, in quibus vxor de maiori parte dotis disposuit ad pias causas, & de parte etiam ad commodum sororis, & de reliqua minore parte, ad commodum eorum de familia, & diu etiam superuixit post testamentum.

Non obstant modo Ancharani, & eius asseclarum iacta in contrarium fundamenta, quia facili negotio quatiuntur ariete rationis.

Respondetur enim primùm ad textum in dicta *l. in fraudem ff. de iure Fisci,*
21 procedere secundùm aliquos ex speciali priuilegio Fisci, non verò hypothecæ *Bartol. et Alberic. ibid. Grat. discept. forens.*

cap.132. nu.12. et seq. et decis. March. 17. num.20. Peregr. videndus *de iure Fisci lib.5. tit.1. num.192. & 190.* vers. *secunda conclusio; & lib.6. tit.7. nu.38. Socin. Iun. consil.124. nu.6. vol.3. Io. de Platea in l. quo in contractibus C. de iure Fisci lib. 10. Franciscus Lucanus de Fisco, & eius priuilegijs parte 1. cas.75.*

Respondetur deinde, contrariam sententiam veriorem esse, vt etiam in præiuditium Fisci, possit debitor delatis iuribus renuntiare, & ita in puncto decisum esse per textum in *l. eum quidam 26. ff. de iure Fisci*, vbi Vlpianus ait, *eum qui-*
22 *dam capitis reus emancipasset filium, vt hereditatem adiret* (ecce iam delatum erat ius) *rescriptum est, non videri in fraudem Fisci facere, quod adquisitum non est*. bene *Sanchez. de matrim. d. lib.6. disp.4. nu.8. ad med.* vers. *sed oppositum est verius*, & in terminis *§. Collegijs N.C. tit. de pœnis*, posse ante appræhensionem, renuntiari lucro delato, docuerunt *Costa re integra distinct. 72. nu. 4.* & ante eum *Carpan. ibid. num.82. ex Bossio, & Alciato*.

Fateor tamen conciliationes hactenus per DD. allatas ad euitandam antinomiam inter dictam *l. eum quidam 26. & dictam l. in fraudem 45. ff. de iure Fi-*
23 *sci*, & præcipuè per doctissimum *Cuiacium ad d. l. eum quidam, per Osuald. ad Donell. lib.23. cap.18.* vers. *obijces primo*, per *Castill. quot. iur. contr. lib.5. cap.112. num.43. & pluribus seq.* & per DD. laudatos *à D. Carena d. resol.202. num.10. & 22. per Pacium legum concil. cent.7. concil. 75. & Nicolaum Genuam fol. 339. Arias de Mesa resol.41. num.12. lib.2.* fateor inquam, se hactenus in ingenium nostrum (quod sentio, quàm durum sit) penetrare non potuisse; vt proinde existimemus cum eloquentissimo *Budæo in pandectas ad l. vltimam §. seruus ff. de adilit. a dict. fol.679. ante fin. ad Impress. Lugdu.1551.* cum *Gothofredo in suo corpore iuris ad d. l. in fraudem*, cum *Alba consil.451. nu.21. et consil. seq. num.31.* & nouissimè cum *D. Garono ad tit. N.C. de iur. et priuileg. Fisci nu. 68.* hos textus ab inuicem discrepare; neque enim is sum, qui in verba Iustiniani, vel potius Tribuniani iurauerim, asserentis in *l. 2. ibi, nullo seditioso relicto*, & in *l. 3. vers. contrarium autem C. de vet. iure Enucl.* nullam in iure reliquis esse antinomiam.

Placet tamen afferre conciliationem, quam in hæc verba dedit *D. Dondeus*. Conciliatio non difficilis esse videtur: etenim *in l. eum quidam* traditur regula *non videri in fraudem Fisci factum, quod adquisitum non est*. Deinde *in l. in fraudem*, quæ posterior est, subijcitur exceptio regulæ, *vbi scilicet in fraudem non sit adquisitum*; & ita Paulus supponit fraudem intercessisse, & sic loquitur ex suppositione: sed hæc fraus non debet colligi ex simplici omissione adquirendi, sed ex alia coniectura, vt probatur ex illis postremis verbis textus, *aquè enim in omnibus fraus punitur*: cum enim agendo de debitore priuati creditoris, lex non præsumat fraudem ex omissione
24 adquirendi, vt probatur ex *l. quod autem 6. §. proinde ff. quæ in fraudem creditor.*; nulla ratio proponitur cur fraus ex omissione adquirendi potius præsumenda sit in debitore Fisci, quàm in alio debitore priuati creditoris: imò potius nullam esse differentiam probant dicta verba *d. l. in fraudem aquè enim in omnibus fraus punitur*, quæ monstrant æqualem esse in hoc cõditionem priuatorum, & Fisci: si enim lex hoc priuilegium Fisco competere sensisset; vtiq; rationem specialem proposuisset pro Fisco, non autem generalem, quæ æquè conuenit priuatorum debitoribus, quàm Fisci.

Quidquid verò sit de hac antinomia, communis DD. sententia, ea est, vt nimirum ius quærendi, repudiari possit, in præiuditium Fisci, vt liquet ex autho-
25 ribus primi nominis, quos recenset, & sequitur *D. Carena* videndus *d. resol.202. num. 10.* & qui nostræ conclusioni vnanimes suffragantur, & plenè respondent ad dictam *l. in fraudem*, prout, idem quoq; doctissimè præstitit *Castill. quotid. iur. contr. tom.5. d. cap.112. num.43. et seq.*

Respondetur postremò, *Anchsranum*, eiusq; asseclas, loqui in terminis simplicibus debitoris repudiantis in præiuditium creditoris hypothecarij; secus verò dicturos fuisse in terminis nostris, in qui-

quibus idem Statutum, quod lucrum dotale defert, permittit etiam vxori de eo testari, cum consensu mariti.

De authoritate verò *Molinai*, in fidei rebus, atro carbone notati, curandum non est; tùm quia communiter reprobatur, vt videre est apud *Caren. d. resol. 212.num.18.et seq.*tum quia, solida fundamenta iuris, & momenta rationum contrarium suadent, cum non simus in simplici casu *Statuti* 298. in quo scribit, sed etiam in casu *Statuti* 300. quod ipse non considerauit.

Nec facessit negationum alia ratio, vt scilicet ius lucrandi dotem, censeatur comprahensum sub hypotheca generali fauore creditoris, quia respon-
26 demus cum DD. supra dictis, ius nondum irreuocabiliter quæsitum, non esse in bonis nostris, *textus est in l. substitutio 42. ff. de adquir. rer. domin.* vbi Vlpianus ait *substitutio, qua nondum competit, extra bona nostra est*, & docet *Franc.d.decis.101. num.11.* Et conditionalia nomina, quæ in spe consistunt, bonorum appellatione non concludi tradit *Paulus Voet in disquisitione iuridica de mobilium, et immobilium natura cap.2.nu.1. in fine* vers. *sicuti*, & proinde non posse comprahendi sub generali obligatione bonorum: & quamuis hypotheca generalis, includeret etiam iura debitoris, id tamen intelligendum est, de iuribus irreuocabiliter tantùm acquisitis, vt ex *D.Carena ibidem num. 16.*
27 *et 18.*nam vt ait *Hodierna ad d. Surd. decis.140.num.12.vers. tamen ex ore Baldi* omnino videndi *in l. fin. nu.3. C.de pact. spes succedendi homini viuenti* (vt ait idem Baldus)*non appellatur propriè spes.* cum ergo in casu nostro lucrum istud dotale, non solùm, non esset agnitum, sed nec marito delatum in actu secundo, tempore consensus, & sic nondum in esse productum, nec radicatum *Cauall. commun.contra commun.quæst.811.n.18. Franc.d.decis.num.11.ante fin.et num.15. Caren.vbi supra nu.16.vers.et hoc fortiùs Mantic.de tacit.lib.13.tit.38.nu.15.Bero. d.cons.43. nu.1.* qui limitant in hoc casu sententiam Petri de Ancharano; quis dixerit ens istud obiectiuum tantummodò, vt cum Metaphysicis loquar, & in actu signato, sub reali obligatione bonorum irreuocabiliter comprehendi? cum tunc in simplici potentia consisteret, adeò vt, de ipsius reductione ad actum, nihil certi pronuntiari posset, cum actus à mariti voluntate, & à futuro contingenti penderet: quis enim tunc diuinasset, vter coniugum, alteri præmoriturus esset, contra illud.

Et genus humanum damnat caligo futuri?

Hinc firmant passim DD. ius delatæ hereditatis, ius legati, ius adeundi, non esse in bonis nostris, vt præ ceteris exe-
28 plificant *Dec. cons.442. num. 18. Grat. d. cap.132.nu.5.& cap.271. nu.28. Bardell. cons.1.nu.26.Thesaur.quæst.forens. lib.1. cap.2.nu.11. Surd. Franc. & Caren.dictis in locis*, & ab his recensitis Doctores, & *D.Garon.var.resol.cap.1.num.76.& num. 78.& seq.* vbi confirmat, ius istud non esse in obligatione, nec in donatione bonorum.

Et in terminis nostris, ius lucrandi dotem non comprahendi sub hypotheca generali, scripserunt *Paris.* videndus
29 *cons.127.num.26.lib.1. Grat. d.decis.17. n.18.Pacific.de Saluian.interd. inspect.3. cap. 2. nu. & seq. vt per D.Caren. d. resol.nu.17.*

Et sanè, si de similibus ad similia procedendum est, iuxta præceptum Iuliani *in l. non possunt, & Vlpiani in l. sequenti ff. de ll.* nemini hæc communis decisio, dura videri debet.

Potest enim masculus, stante Statuto excludente fæminas propter masculos, admittere secùm fæminam, citra iustam creditorum quærelam (qui sanè casus, huic nostro similis est, cum sit de iure
30 delato à Statuto antequam debitor cõtraheret cum creditoribus) *Iason.ad d.§. item si quis in fraudem num. 124.& ibi addens in verbo praiudicare. Bald. in l. maximum vitium num. 21. C. de liberis præteritis, Costa de remed. subsid. prælud. 1.num.22.et de re integra distinct.72.nu. 8.et 9.Gabriel.cons.20.num.70.vol.2.Menoch.cons.1220.nu.17. Amend. ad Franc. d.decis.101. nu.3. et ibi Riec. in addit. in principio. Barbat.cons.12.col.2.lib.1.*

Potest

Poteſt pater emancipato filio, remit-
31 tere illi vſufructum bonorũ, nec huiuſmodi remiſſio à creditoribus reuocatur *Mantica de tacit. lib. 13. d. tit. 38. num. 14. vbi Albericum*, & alios recenſet. *Nouar. in addit. ad d. Franchi decif.* verſ. *hinc eſt*.

Poteſt maritus, heres ab vxore inſtitutus, rogatuſq; bona poſt mortem reſtituere communi filio, ſtatim reſtituere filio hereditatem ſine deductione Trebellianicæ, nec dicitur propterea in fraudem creditorum. *textus eſt in l. patrem 19. et in l. debitorem 20. ff. quæ in fraudem, Hodierna ad Surd. decif. 40. nu.*
32 *7. Mantica vbi ſupra num. 4. et 5. Bald. in rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud.* & ſimiliter licere repudiare Falcidiam in præiuditium creditorum, deciſum fuit ab Excelſo Mediolani Senatu, vt ex ipſo S.C. videre eſt apud *Coſtam de re integra d. diſtin. 72. in fine*, quæ Senatus Mediolanenſis deciſio à quo tanquam è Del-
33 phica cortina, certa redduntur oracula, facit ius in ſimilibus *Plot. conſ. 3. num. 3. Franc. decif. 238. in fine*, imò pro lege habetur, *Oldrad. de litter. et mand. Princ. p. 1. prælud. 1. num. 29. Clar. in* §. *fin. quæſt. 38.* verſ. *vidi aliquando. Theſaur. in præfat. ſuarum decif. n. 32*. In hac porrò materia celebris eſt, *textus in l. ſi ſponſus 5.* §. *ſi quis rogatus 19. ff. de donat. inter vir. et vxor.* vbi *rogatus præcepta certa quantitate*, vxori ſuæ hereditatem reſtituere, ſi is *ſine deductione reſtituerit, Celſus libro decimo Digeſtorum ſcripſit, magis pleniori officio fidei præſtandæ, functum maritum, quàm donaſſe videri*.

Poteſt primigenitus renuntiare primigenituræ in præiuditium creditorum
34 *Cauall. commun. contra commun. d. q. 811. nu. 21. Afflict. Tiraquel. et Mieres*, locis ibidem adductis.

Poteſt legatarius, vt dixi, repudiare legatum *Grat. diſcept. for. cap. 882. nu. 31. Hodierna ad Surd. d. decif. 140. num. 6.* &
35 qui heres eſt collegatarij, poſt diem legati cedentem, repudiare ex perſona defuncti, & integrum legatum conſequi ex perſona ſua, vt pulchrè per *Alex. in l. ſi mihi, et tibi 12. in principio ff. de leg. 1.*

Poteſt filius, legitimam, eiuſq; ſup-
36 plementum non petere, nec peccat in edictum de his, quæ in fraudem, vt latè per eruditiſſimum *Annaeum Robertum rerum iudicat. lib. 3. cap. 12. Coſta de remed. ſubſid. in prælud. 1. n. 20. Papon. conſ. 129. Theſaur. qq. forenſ. cap. 74. lib. 3. et per Hodiernam loco adducto nu. 8.*

Poteſt demum pater (vt ait *text. in l. profectitia* §. *ſi pater ff. de iure dotium*)
37 *repudiare hereditatem, dotis conſtituendæ cauſſa, fortè quòd maritus, erat ſubſtitutus, aut quia potuit ab inteſtato hereditatem vendicare*.

Si ergo debitori licet, hæc iura iam radicata repudiare, cur non licuerit marito, ius iſtud lucrandi dotem, nondum radicatum, ſed ſolummodò pendens à fortuna, vt ait *Socin. Iun. conſ. 124. nu. 3. in fine lib. 3.* & ab eius arbitrio, repudiare? prout licuiſſe, iam fuit iudicatum per ſententiam Iudicis inferioris, quàm omnino confirmandam puto.

His viſis Illuſtriſs. Magiſtratus Extraordinarius de voto Egregij Fiſcalis Porri, accepto pauco ære, receſsit à lite. 38

Reſponſum IIIL.

Redimens domum tenetur ſtare locationi, quæ interim per emptorem facta fuit. Pactum ſtandi locationi ſuffragatur etiam Inquilino. Pactum reale quod nam ſit. Hypotheca bonorum locatoris pro manutentione dat retentionem conductori. Iuramentum quid operetur in hac materia: An liget emptorem domus; & quid attento Statuto Mediolani 399. Vxor tenetur præcisè ſtare locationi factæ per Maritũ. Explicatur *l. Æde C. de locato*, & quæ, & qualis eſſe debeat neceſſitas Domini vt conductor recedere cogatur è domo.

SVM-

SVMMARIVM.

Venditor & eius successor, etiam singularis, qui domū retrahit, obseruare tenetur locationem factam interim per emptorem n. 1.
Rationes sic decidendi num. 2. *&* 3.
Contractus in totum approbari debet num. 4.
Alteri per alterum non quaritur actio nu. 5.
Pactum standi locationi dicitur esse in rem num. 6. *&* 8.
Excipiendi ius transit in successorem singularem etiam sine cessione num. 7.
Hypotheca intelligitur apposita de stylo nu. 9.
Hypotheca generalis bonorum locatoris tribuit conductori retentionem num. 10.
Item iuramentum num. 11. *&* 18.
Sed contra num. 12.
Et quid attento Statuto Mediolani 399. *lib.* 2. *num.* 3.?
Inadimplementi exceptio quando mulitet, vel non num. 14.
Vxor quando stetisse dicatur locationi facta per maritum num. 15.
Vxor precisè stare tenetur num. 16.
Explicatur dictum Statutum 399. *num.* 17.
Illustratur l. Æde C. de locato *& c.* propter §. verùm extra *eod. num.* 19. *& seq.*
Non procedunt in successore singulari nu. 20.
Necessitas Domini, quae & qualis, & quando consideretur num. 21.
Decisio caussa num. 22.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Enetur D. Claudia vti cessionaria iuris redimendi domum, quod competebat heredibus Ayroldi venditoris, locationi stare, siuè iuris, siuè pactorum rationem habeamus.

Enimverò quod attinet ad ius; ea fuit interpretum melioris notæ sententiam, vt venditor eiusq; successor, etiam singularis, qui domum venditam retrahit virtute pacti teneatur stare locationi. Ita cùm *Baldo*, qui mihi instar omnium est, *Raphaele, Alexandro, Socino, Cagno-*
1 *lo*, docuit *Tiraquel* videndus *de retract. conuent.* §. 3. *glos.* 1. *& vnica nu.* 14. *&* 15.

Quibus addo *Roland.* pariter videndum & ab eo laudatos DD. *cons.* 49. *decreueram à num.* 3. *ad* 10. *lib.* 2. *Carpan. in puncto ad Statut.* 399. *num.* 117. *vol.* 2. *& Surd. decis.* 264. *num.* 11. *Carocc. de locato & conducto parte* 4. *tit. de successore q.* 12. *num.* 2. *& ibi Zoanet. Neuizan. Gozadin. & Borgninus fol. mihi* 217. *col.* 1. *Scapucin. de success. sing. lim.* 1. *Mantica de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 34. *Mastril. decis.* 5.

Duplex affertur ratio: altera est, quia quemadmodum emptor re empta fruitur ex voluntate venditoris, licèt sit obligatus reuendere, ita ex eiusdem vo-
2 luntate videtur interim eam locasse. hæc ratio est *Baldi in l.* 1. *in fine C. de iure Fisci*, qui ait *item pone, vendidi tibi fundū & promisisti mihi reuēdere ad voluntatem mei, dico quod interim tu frueris ex voluntate mea, quia volendo redimere impedirem te frui vt ff. de praescript. verb. l. si vir vxori, ergo sequitur, vt & locare videaris voluntate mea & teneor stare.*

Altera est, quia singularis successor necessarius, in quem scilicet quis cogitur dominium transferre, vt in casu no-
3 stro, tenetur stare locationi *glos. in l. diuortio* 8. in verbo *tertia portio* propè medium sibi *alij quia mulier grauatur in colono cui habet necesse stare, vt infrà eod. l. si filio* §. *vlt. & arg. infra de bon. auth. iudic. possid. l. in venditione nam hic sit traslatio ex necessitate ff. sol. matrim.*

Glosam ibidem sequuntur *Bartol. Bald. Imola Alex.* & cæteri propè omnes qui idem docent in *d. l. si filio* 26. §. *vltimo Osasc. decis.* 82. *num.* 6. *Grat. discept. forens.* 37. *num.* 4. & per hanc rationem idem in fideicommissario statuerunt *Fusar. q.* 526. *& Peregrin. art.* 40. *à num.* 92.

Quod verò ad pactum standi locationi in casu retractus illud adeò disertis verbis conceptum est, vt vel id vnum sufficiat ad victoriam.

Cum enim ex eodem instrumenti fonte procedat hæc exceptio, ex quo retractus actio manat, non potest D. Claudia alterum pactum ab altero præscindere, tum ratione relationis, tum indiuiduitatis contractus initi inter Abduam emptorem, & Ayroldum venditorem domus, cum pacto retractus, &

cum altero pacto, vt in casu redemptionis teneatur venditor, & eius heres stare locationi, quæ tunc reperiretur facta per emptorem, & eius heredes, & successores, & cum hoc vt in locatione facienda per emptorem, & heredes præferri deberent venditor, & eius heredes: eadem pensione: nequit enim hic contractus pro parte approbari & pro parte
4 reprobari contra reg. iuris *l. 2. ff. de rebus eorum cum simil. Grat. discept. 301. num. 57. & seq. Surd. cons. 104. num. 4. & seq.* Nam vt dicit *Baldus in c. nihil est 44. num. 6. extra de elect.* ita contractus seruandus est, vt *non diuidatur, sed cum sua causa suisq; vitijs acceptetur*, id, quod docuit, & *Rota apud Seraphin. decis. 540. num. 7. p. 1.*

Obicem huic doctrinæ posuit D. Aduersans, dixit enim ex huiusmodi pacto per Abduam emptorem vsque tunc de anno 1595. ius adquiri non potuisse D. Bimio nunc Inquilino, cum ex con-
5 uentione etiam solemni stipulatione vallata alteri per alterum non quæratur obligatio *l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. obligat. cum simil.*

Verùm obicem hunc doctè non minus, quàm subtiliter remouent responsiones in terminis hisce ponderatæ per Senatum Mantuanum apud *Surd.* omnino videndum *decis. 264. num. 22. & quatuor sequentib. & decis. 225. nu. 17. & 18. per Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 3. de locatione, & conductione num. 9. limitat. 3. per tot. & per Grat. discept. 37. num. 31. & 32. & per Bartol. in l. emptorem 9. num.*
6 *2. C. de loc.* quibus conclusum est in hypothesi nostra pactum huiusmodi suffragari conductori, prout apertè decidit *Imperator Alexand. in d. l. emptorem 9. C. de locat. & conduct.* ibi *nisi ea lege emit &c.* quibus accedunt *Scapucin. de singul. success. cap. 1. de emptore sub num. 6. & Bimius cons. 187. num. 13. animaduertendum puto.*

Rationes autem potissimæ sunt, quia ex pacto quæritur conductori ius excipiendi, quod etiam sine cessione transit
7 in singularem successorem; quia licèt conductori non detur actio, datur tamen exceptio, & retentio &c. & vt latiùs apud laudatos DD. videre est; & pro notabili per eadem verba generaliter aduerterunt *Bartol. in l. ait Prætor 7. & Bald. in l. etiam 8. in princip. ff. de iure iur.* & ibi cæteri *DD.* vel quia hoc est pactum in rem, quod etiam conductori prodest,
8 vt in puncto *Gallarat. de renuntiat. lib. 1. cap. 10. num. 7. Barz. decis. Bonon. 14. num. 12. & 13. Menoch. cons. 623. num. 12.* vel quia demum defensionem sapiat, quæ sine cessione transit in conductorem, vt ait, ex *Baldo Boer. decis. 44. num. 11. ad med. vers. sed Baldus.*

Insuper ponderandum est D. Bimium non esse simplicitèr inquilinum, sed habere aliquid iuris in ipsa domo conducta, tùm ratione hypothecæ, in instrumento locationis appositæ in clausula cæterata *quare* (quæ etiam si omissa fuisset adhuc de stylo, & consuetudine subintelligeretur *Tiraquel.* plures de more cumulans *de retract. conuent. §. 3. glos. 1. & vnica num. 7. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. qu. 172. num. 17.*) tùm ratione iuramenti pro obseruantia contractus interpositi, & pacti de emendo, & vendendo, prout in facto *num. 17. & 18.* in vtroque enim casu limitatur notabilitèr regula *l. emptorem C. locati*, singularisque successor locationi stare tenetur.

Ita in terminis hypothecæ generalis didici à *Bartolo in d. l. emptorem num. 2.* qui loquitur sic. *Sed si ponerem colonum habere ius in re, vt quia conduxit ad non modicum tempus* (vt D. Bimius ad nouennium) *tunc ei emptor tenetur stare, cum enim habeat vtilem, & sic actionem, multò fortius exceptionem, vt l. 1. §. quod autem ff. de superfici, & per hoc aliàs dixi, quod quando de locatione*
10 *fit instrumentum, & in stipulatione obligant partes, hinc inde omnia bona sua pro obseruatione prædictorum; quòd tunc ratione prædicta obligationis potest dicere colonus, vel inquilinus, ego habeo ius hypotheca in re, & sic nolo recedere, donec mihi satisfiat de pæna, & interesse meo cum hac res iam sit mihi obligata, & ita de facto dixi, & obtinui.* Bartolum sequuntur communiter Doctores, quorum ne molestam seriem recenseam, liceat tantùm laudare doctissimos *Gomez.*

var.reſol.tom.2.c.3.nu.9.verſ.ex quo infertur, & Conarru. var. reſol. lib. 2. cap. 15. nu.3. & Cardinalem Manticam deciſ. 30.nu.5.& Ludouiſ.deciſ.68.nu.2.& latè Theſaur. q.forenſ.13.lib.2.Fontanell.deciſ.80.n.12.& 13.Mangil.de euict.q.147.nu.1.& ſeq.Caſtill.contr.80.nu.26.lib.5. Valaſc.conſult.76.Caldas de emptione cap. 36.nu.35. Addo tamen *Molinam de contractibus diſput.490.num.8. & Cardinalem de Lugo de iuſtitia, & iure diſp.29. ſect.1.num.17.verſ.4.* vbi tamen reprobat *Molinam* dicentem emptorem offerendo intereſſe non teneri ſtare locationi; & veriùs eſſe docet contrarium, vt nimirum etiam tali caſu teneatur ſtare, & rationem reddit.

Et in terminis iuramenti idem ſenſerunt *Surd.d.deciſ.225.num.5.10.& 11.* & ibi *Hodierna* videndus *nu.5.& 6.* qui plures neotericos congerit apud eum videndos, quibus addo *Seraphin. de priuileg.iuram.priuileg.158.nu.2.& Merlin. de pign.lib.4.tit.5.q.172.nu.16.Theſaur.*
11 *vbi ſup.n.11.Mancin.de iuram.p.4.effect. 152.fol.365.Cancer. var.reſol.cap.14.de loc.& conduct.q.6.à nu.31.ad 51.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.25.nu.77.* vbi ſic iudicatum ait. *Cancer. var.reſol.p. 1.cap.14.nu.44.* vbi ſic deciſum teſtatur.

Cuius quidem iuramenti tanta virtus eſt, vt ſpecialis hypothecæ robur obtineat, proptereaq; ſilentium indicat quæſtioni, an in terminis noſtris ſpecialis hypotheca domus requiratur fauore conductoris, an verò generalis ſufficiat, vt bene inter cæteros aduertunt *Seraph. ibid.in fine Hodierna ibid.nu.5.& 6.*& ab eis laudati DD.

Verum quidem eſt ſententiam hanc non leui difficultate laborare, vt apud *Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur ſub nu.27.ff.de verb. obligat.* & apud *Couarr. reſolut. 15. lib. 2.* nam iuramentum
12 operari quidem poteſt in iurante, & in eius ſucceſſore vniuerſali; non autem in emptore, vt aduertit *Laurentius deciſ. Auen.108.in fine, & ſub nu.7.* vbi rationes affert; *Addo Ripam reſponſ.29. tit.de obligat.* Sed cum ſit communiter recepta ſententia; ideo non auſim facilè ab ea recedere de iure communi.

Nam de iure municipali noſtro, ſcilicet ex Statuto 399. lib. 2. quo cauetur emptorem non obligari obſeruare loca-
13 tionem, modò in inſtrumento adquiſitionis apponatur iuramentum ibi præſcriptum; crederem ſibi locum vendicare opinionem *Alexandri, Laurentij, & Ripæ*, vt in puncto teſtatur, & defendit *Coſta in tractatu, aut ſciebat, aut ignorabat diſtinc.67.num.2.& ſeq.cent.1.* alioquin enim nihil ferè operaretur Statutum, dum omnia inſtrumenta muniuntur hypotheca, & iuramento; cum tamen Statuta ſoleant prouidere caſibus vſu frequentibus.

Hactenus allata rationum momenta in terminis iuris redimendi ex ſe clara ſunt, niſi fallor; nihilominus clariora fulgebunt, poſtquam ex aduerſo oppoſita argumenta ſigillatim diſcuſſero, ne tenebras offundant veritati, quæ per contraria euentilata magis elucet.

Non obſtat igitur primo loco non fuiſſe ſeruatum pactum prælationis in locatione dictæ domus, de quo in facto *num.5.& 6.* ideoq; nec D. Claudiam teneri ſeruare illud ſtandi locationi, argumento *l. Iulianus* §. *offerri ff. de action. empt.*

Q iia verba pacti ſolũ Abdı a n emptorem, eiuſq; heredes obſtrin u r, non autem ſingulares ſucceſſores, à quibus titulum habet Binius; tùm quia lapſu quinquagintaquinque annoru n præſcriptum eſt huic pacto, per tot actus locationum contrarios, abſque vlla prælationis oblatione, cum ſcientia, & patientia heredum Ayroldi; tùm quia inadimplementi exceptio habet locum inter ipſos paciſcentes ſolummodò; non autem vbi ex altero pacto ius acquiſitum eſt vni tertio, cui ex altero pacto poſtea non adimpleto iniqua conditio non debet inferri, cum nemo alterius odio prægrauetur; tantoq; magis cum pactum prælationis ſit penitus ab altero ſeparatum, minoremq; recipiat extenſionem, quo in caſu inter ipſos etiam paciſcentes inadimplementi exceptio non intraret, vt cum *Natta, Surdo, Mantica, & Rota Rom.* tradidit *Beltramin.ad deciſ.*
14 *Ludouiſ.541.lit.A.num.2.& Graſſ.de ex-*

cept.except.13.limit.3.nu.50. tùm etiam, quia ex asserto inadimplemento prælationis, sola actio oriretur ad interesse, contra solos heredes Abduæ obligatos, non autem contra tertium *l.stipulationes non diuiduntur* §.*Celsus ff. de verb. oblig.* vbi latè *Iason. nu.22.& seq. & Hugo Donell.nu.24.& seq.maximè nu.49.*

Non obstat secundo regula resoluto iure datoris &c. cuius virtute arguit D. Aduersantis Aduocatus per mortem Terzaghi locatoris resolutam fuisse conductionem D. Bimij.

Quia respondetur primùm hac regula non iuuari singularem successorem necessarium, qui ex pacto redimit, nam locationi stare tenetur, vt dixi supra, & probaui, maximè cum adsit pactũ reale.

Deinde per mortem Terzaghi locatoris non fuisse resolutam locationem, cum Catharina Cabiata vxor ipsius, ad quam domus vti fundus dotalis reuersa est, *steterit locationi*, vt in facto *num.22.* vnde non est agitanda quæstio, an vxor teneatur *stare locationi* caussatiuè tantùm; an verò præcisè, quia ipsa stando locationi, & ficta exigendo, rem posuit extra aleam difficultatis, vt per *Pacific. de Salu.interdicto inspect.4.cap.1.nu.27. vltimæ editionis*; maximè cum expressè
15 declarauerit se ficta locationis exigere ab olim Maurilio Terzago factæ, vt ex syngraphis patet: enim verò quemadmodum inuestitura Bimij, præsumitur ex titulo antecedenti continuata *Bar. in l. quadam mulier 77.in fin e ff. de rei vindicat.* ita dum vxor locatoris ex illa locatione fructus percepit, illam ratificasse dicenda est, vel potius retrotractiuè, & ab initio confecisse, cum ratum habens, censeatur auctor facti, vt ait *Baldus in l. supra 11.§. Cassius in fine ff. de aqua pluu. arcenda.*

Tùm quia teneri vxorem absolutè stare locationi, docet, & probat *Cardi-*
16 *nalis de Lugo de iust. & iur. disput. 29. sect.1.nu.23.*

Non obstat tertio Statutum Medio-
17 lani 399. *cum res locata vol. 2.* vt emptor rei locatæ non teneatur stare locationi.

Siue quia attento pacto originario standi locationi, Statutum non disponit, vt liquet ex illis verbis, *et prædicta etiam habeant locum nisi aliter legitimè in contrarium conuentum fuerit*; & ex Carpano ibid. num.160.

Vel quia statutum non procedit in retrahente virtute pacti redimendi, vt in indiuiduo docuit dictus glosator ibid. num.117.*& hoc sufficit ad victoriam.*

Aut quia cum statutum loquatur de alienatione, intelligitur de voluntaria, non autem de necessaria, vt in reuenditione. *Cardinalis Manticæ in puncto decis.63.num.9.Carpan. ad idem statut.nu. 13.36.& 48.*

Etiam quia controuersum est, vt supradiximus, an stante hypotheca, & iuramento, statutum procedat: & id negat *Merlinus de pignor. lib.4. tit.5.q.172.nu. 16.* vbi docet emptorem teneri stare locationi *etiam si Statutum disponeret, vt conductor teneatur rem liberam dimittere sequuta rei venditione, quia huiusmodi*
18 *Statutum non est contrarium iuri communi, per quod emptor regulariter non tenetur stare locationi: & propterea sicuti de iure communi dicta conclusio limitatur, quando conductor habet hypothecam generalem, vel specialem, vel iuramentum; ita pariter in terminis conclusio prædicta est interpretanda, vt fuit decisum in Rota Lucana dicta decis.38.num.25.28.*

Demum quia in instrumento deficit iuramentum à dicto Statuto præscriptam.

Non obstat quinto, & vltimo dispositio *l.ade 3.C.de loc.& cond.&c.propter* §. *verum extra eod.* vt scilicet Inquilinus
19 domo expelli possit ante locationem finitam, vbi *proprijs vsibus Dominus tam necessariam esse probauerit.*

Primo loco, quia nullã hactenus probationem vidi huius necessitatis, quæ saltem *probanda est per adium inspectionem, considerata præsertim qualitate personarum, & quantitate familiæ*, vt ait, *Faber. in suo C.lib.4.tit.41.de loc.defin.51.*

Secundo, quia dispositio dictæ *l. ade, &c.propter* procedit in solo locatore, non autem in eius singulari successore,
20 maximè si teneatur stare locationi, *Merlin.de pignor. lib.4. tit.5.q.171.num.10. Surd. cons. 103. num.10.& seq.præcipuè nu.13.*

num. 13. Conarruv. videndus var. resol. lib. 2. cap. 15 num. 4. post med. qui sic concludit, & ideo iniuria grauis fieret conductori, si expelli posset à quocunque successore singulari, sicut ab ipso locatore propter proprium, & ei necessarium rei locata vsum, essetq; locus mille fraudibus, quibus obuiandum; est &c. sequiturq; Costa de rat. rata q. 187. nu. 4.

Tertio quia necessitas, ista in casu dictæ l. æde, ad hoc, vt inquilinus expellatur, communi DD. suffragio, debet esse inopinata, & superueniens post contractum, nec habere debet D. Claudia, quò se conferat glos. pulcherrima in d. l. ade in verbo necessariam, latè Tusch. litt. L. concl. 417. n. 67. Papon. lib. 10. tit. 3. de locat. ar-
21 rest. 7. Gomez. videndus var. resol. tom. 2. cap. 3. nu. 6. vers. item quando locator proprys vsibus rem habeat necessariam &c. secus verò si illamet necessitas erat sibi tẽpore contractus &c. & bene Aloys. de Leon. in repetit. d. l. ade nu. 1. Scapuccin. de sing. success. lim. 5. nu. 2. Pascal. de patr. pot. p. 4. cap. 6. nu. 8. et 9.

Ex his pro D. Bimio concludo, Me tamen &c.

Die 30. Augusti 1651. Senatus referente Magnif. D. Sena-
22 *tore Don Alphonso de Oca censuit D. Claudiam stare debere locationi, quæ ad triennium durabat.*

Responsum IIL.

Explicatur elegans, & erudita controuersia de septem Iudicibus; & de præponderatione D. Præsidis.

SVMMARIVM.

Proponitur quæstio nu. 1.
Alciati opinio nu. 2.
Cutaccij nu. 3.
Praxis Excellentiss. Senatus nostri nu. 4.
Senatores cogi non possunt accedere alterius sententiæ nu. 5.
Hugonis Grotij placitum nu. 6.
Sententia, quæ iungi possint, & quæ non n. 7. & seq.
Posthumius Prætor notatus à Polybio, & cur? nu. 8.
A. Gellius hanc controuersiam ponit inter inexplicabiles nu. 9.
Fortunatiani, & Quintiliani sententia 10.
Plinij nu. 11.
An in maiore pœna minor contineatur n. 12
Decisio Bonifacij Octaui nu. 13.
Roberti Burgensis, Franchi, Thesauri, & Caballi opinio nu. 14.
Antonij Fabri nu. 15.
Garoni nu. 16.
Lusitanorum lex nu. 17.
Auctoris sententia nu. 18. rationes num. 19. & 20.
Contrarijs argumentis respondet nu. 21.
In Senatu Excellentiss. Mediolani votum D. Præsidis præponderat nu. 22.
Refertur in id Constitutio Manuelis Comneni nu. 23.
Papinianus non nisi à duobus vincebatur nu. 24.
Lex de paritate calculorum fauore rei eruditis testimonijs comprobatur n. 25. & seq.
Calculus Mineruæ nu. 26.
Rationes dictæ legis ex Aristotele, siue cur rei fauorabiliores? n. 29.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



1 Si tres ex septem Senatoribus reum damnent capite: duo in pœnam relegationis; & duo in pecuniam; discrepant inter se Doctores, quæ sententia numeranda, & pronuntianda sit.

Alciatus enim *Parergon. lib. 9. cap. 14.* postquam distinxit casum in quo diuersitas est in quantitate, à casu, in quo dis-
2 cordia est in pœna; dubitauit quidem cũ *Quintiliano, & Plinio*, vt secunda, & tertia sententia coniungi possent, quæ vitam seruant: sed demum cõcludit in publicis iuditijs humaniorem interpretationem accipiendam esse, & fauore hominis

minis sententias coniungendas, ita vt
intermedia relegationis præualeat.

Contrà verò *Cuiaccius obseruat. 16.*
lib. 12. regulam quidem ponit, vt quem-
admodum, vbi pares sunt sententiæ, reus
3 absoluitur; ità minimùm condemnetur;
vsq; in dubijs humanitas inclinare de-
beat in leuiorem, sed proponit hanc
quæstionem nostram sic. *Quid tamen*
(ait) *fiet è contrario, si tres capite puniant;*
duo pecunia; duo exilio, & sic eam defi-
nit: *& sanè grauior sententia, qua capite*
punit cum sit potior numero duabus singu-
lis, meo inditio magis obtinere debet, non
aliter, quàm si tres capite damnassent,
vnus relegatione, vnus deportatione; vnus
pecunia; vnus fustibus: quia diuersa-
rum sententiarum coitio non est, aduersus
eam in qua sunt plures idem sentientes:
nam quoties impares sententiæ sunt; ne-
cesse est minoris numeri voces etiam si ea
sint forsitan honore, vel æquitate maiores,
cedere numero maioribus, paruaq; vt qui-
dam Poeta ait silescere parte. (hic Poeta
Prudentius est, qui cecinit

...... infirma minoris,
Vox cedat numeri paruaque in parte
quiescat.)

& infra *si ergo ex septem Iudicibus, tres*
capitis pœnam dixerint; duo exilij; duo
pecuniæ; non dices præualere minimam;
dices fortè mediam, & negabis maximam:
quo genere non constabis tibi ipsi: nam si
tribus in vnam sententiam consentienti-
bus: non vis cedere dissentientes inui-
cem quattuor (nam quattuor sunt, qui
mortem nolunt) *cur vis quinque, idest*
tres consentientes in capitis pœnam, &
duos in pecuniariam cedere duobus, qui
sentiunt relegandum? vincant ergo po-
tius, qui reum capite condemnarunt. Pro-
sequitur Cuiaccius, *sed in omnibus his*
casibus solent hodie ex tribus sententijs
facere duas; auctoribus grauioris senten-
tiæ, quotquot fuerint, compulsis eam omit-
tere, & accedere à reliquis duabus alteru-
tri: quo genere vinceret vsque media sen-
tentia: nam quorum grauior sententia
est, idest qui capitis pœnam dixerunt, si
compellantur, mediæ accedent potius, quàm
leuiori, vt quàm minimo fieri potest à
priori sententia recedant; & hoc si fece-
rent vltrò, non coacti; vel si persuasi, vt
accidit in ea specie, quam tractat Plinius
vehementer probarem: Compelli recedere,
non possum adduci, vt probem; quin imò
sic Statuo: quæ iure potior non est media
sententia, nec fortior reddi debet, compul-
sis Iudicibus quibusdam inuitis, nec vbi-
que mediocritatem esse amplectendam,
quam eleganter Poeta ait certis dumtaxat
rebus concedi rectè.

Mediam porrò sententiam amplecti
4 solet Senatus noster, iuxta illud Apolli-
nis Consilium,

... medio tutissimus ibis.

Sed quoniam nulla, quam viderim, lege,
seu ordine Regio cauetur, vt Senatores,
qui fuerunt seuerioris sententiæ cogan-
tur descendere in mediam mitiorem; nec
de iure cogendi sunt, vt *Cuiaccius* mo-
net, imò rogandi à Præside, vt de Sena-
5 toribus suis scribit *Faber. in C. lib. 1. tit.*
7. de Senatoribus defin. 2. nec cogi posse
docent in puncto *Franc. decis. 356. Ca-*
ball. cas. 119. num. 26. quos etiam refert
Garon. de Senat. prælud. 11. nu. 59. ideo ad
vlteriora progredior, si fortè casus eue-
niret, quo persisterent in sententia.

Hugo igitur *Grotius* (à me facultatem
habente lectus) eruditè rem hanc com-
plexus, tum *Apologetico Hollãdici Regim.*
cap. 8. tum *de iure Belli lib. 2. cap. 5. §. 17.*
6 18. & 19 postquam distinxit inter sen-
tentias, quæ totis rebus differunt, & in-
ter eas, quarum altera partem alterius
continet, docet quidem has coniungi in
eo, quo conueniunt; illas autem non
coniungi; ita vt, qui in viginti damnant,
& qui in decem, vniantur in decem ad-
7 uersus tertiam sententiam, quæ absol-
uit: mox inquit, *Atqui morte reum pu-*
niunt, & qui relegant, non coniunguntur,
quia diuersa hæc sunt, & in morte non est
relegatio, sed nec absoluentes cum relegan-
tibus coniungentur, quia & si non inter-
ficiendum reum consentiant; id tamen non
est illud ipsum, quod dicit sententia, sed
per consequentiam inde elicitur: at qui
relegat non absoluit; quare rectè Plinius,
cum tale quid in Senatu euenisset, tantam
dixit sententiarum esse diuersitatem, vt
non possent esse nisi singulæ, & paruulum
referre, an idem displiceret, quibus non
idem

idem placuisset.

Mox *Grotius* elegans proponit exemplum ex Polybio, *qui notat à Posthumio Pratore fraudem factam in rogandis sen-*
8 *tentijs; eum eos, qui captiuos Græcos damnandos, et qui ad tempus retinendos censebant, contra absoluētes coniungeret*, quod nos in proposita quæstione faceremus, si cum Alciato sententiam capitis iungeremus cum illa relegationis, vt hæc media præualeat, etiam contra mitiorem pecuniariam.

A. Gellius noctium Atticarum *lib. 9. cap. 15.* hanc eandem controuersiam proponit, sed non definit; eam tamen
9 eius generis caussarum esse dicit, quod *Aphoron Græci* vocant, seu quod efferri, non potest, quasi inexplicabile sit, vt hinc intelligamus non esse tàm facile nodum hunc soluere, qui ingenia tùm antiquorum, tùm recentiorum fatigauit.

Curius Fortunatianus in loco de quantitatum comparatione, & Quintilianus Pater contr. 365. eandem caussam agitant, & is coniunctionem excludit per hæc verba, *iam apertè vnam plures facis; qua vniuersa noceret diuidendo extinguis: duo exilium, duo ignominiam pronuntiant; vis ego illos iungam, qui se ipsos diuidunt!*

Plinius verò epistola 14. ad Aristonem libro 8. plenissimè quæstionem discutit, & refert tres in Senatu dictas fuisse sen-
11 tentias: vnam absoluentem Libertos Afranij: aliam eos relegantem in insulam: tertiam eos vita priuantem.

Et has tam diuersas esse sensit, *vt non possint esse nisi singula: quid enim* (ait) 12 *commune habet occidere, et relegare? non hercule magis, quàm relegare, et absoluere: quamquam propior aliquantò est sententiæ relegantis, qua absoluerit, quàm quæ occiderit; vtraque enim ex illis vitam relinquit, hæc adimit: quum interim, et qui morte puniebant, et qui relegabant vnà sedebant, et temporaria simulatione concordia, discordiam differebant. Ego postulaui, vt tribus sententijs constaret suus numerus, nec se breuibus induceys dua iungerent: exigebam ergo, vt qui capitali supplicio afficiendos putabant, discederent à relegante, nec interim contra absoluentes, mox dissensuri, congregarentur, quia paruulùm referet, an idem displiceret quibus non idem placuisset: Illud etiam mihi per mirum videbatur, eum quidem, qui libertos relegandos, seruos supplicio afficiendos censuisset, coactum esse diuidere sententiam: hunc autem, qui libertos multaret, cum relegante numerari: Nam si oportuisset diuidi sententiam vnius, quia residuas comprahendebat, non reperiebam quemadmodum posset iungi sententia duorum, tam diuersa censentium*, & infra *Fingamus tres omnino Iudices in hanc caussam datos esse: horum vni placuisse perire libertos; alteri relegari; tertio absolui; vtrum ne sententia duæ, collatis viribus nouissimam periment! an separatim vnaquæque tantundem, quantùm altera valebit! nec magis poterit cum secunda prima connecti, quàm secunda cum tertia: Igitur in Senatu quoque numerari tanquam contraria debent, quæ tanquam diuersa dicuntur*. Pergit Plinius, & ita argumentatur: *Quodsi vnus, atque idem, et perdendos censeret, et relegandos, num ex sententia vnius, et perire possent, et relegari! num denique omnino vna sententia putaretur, quæ tam diuersa coniungeret? quemadmodum igitur eum alter puniendos, alter censeat relegandos, videri potest vna sententia, quæ dicatur à duobus, quæ non videretur vna, si ab vno diceretur!*

Ex quibus verbis, & ex toto epistolæ contextu liquet Plinium non admittere, quod (exclusa tertia sententia) prima mortis iungatur cum secunda relegationis, quasi in maiore pœna, minor inesse videatur.

Et sanè propositionem hanc non esse tutam argui fortè posset ex textu in *l. diem 27. §. si plures ff. de receptis, qui arbitrium*, vbi ex tribus sententijs, quarum prima quindecim: secunda decem: Tertia quinq; damnet, *Vlpianus* docet tertiam ratam esse, quia in quinque omnes consenserunt: anne enim in hac thesi duæ ex tribus sententiæ sunt, quæ plus damnant, quàm in quinque, & quæ tamen non iunguntur? certè si ratio *Cuiaccy* locum haberet, vt prima sententia, quàm minimo fieri potest à se recedat; debe-

debebat hæc descendere in secundam, quæ decem continebat: & sic prima, & secunda, tertiam excludere; vt determi-
12 nat *Bonifacius Octauus in c. 1. de arbitris lib.6.* quamuis in *l.inter pares 38.§.vnico* absolutè legatur, *si diuersis summis con-*
13 *demnent Iudices, minimam spectandam esse Iulianus scribit ff. de re iudic.*

Robertus igitur Titius Burgens de locis controu. lib. 1. cap. 1. tenet tres hasce sententias in suspenso stare, quousque aptus Iudicum numerus in vnum conueniat ex *l.duo Iudices 28.ff.eod.*

Et consonat *Francus* plena *decis.356.*
14 *Thesaur. decis.1.nu.12.* transire videtur in sententiam *Roberti*, quem laudat: fatetur tamen quatuor eos qui absoluunt à morte, iungi posse: licèt inter se discrepent de pœna.

Caballus resol. crimin. cas. 119. Thesauro adhæret.

Faber autem in C. lib. 1. tit. 7. de Senatoribus defin. 3. vers. idemq; est, disertè fatetur non posse in quæstione nostra iungi sententias damnantium in pœnam mortis, & relegantium; *et si enim vi-*
15 *deantur omnes* (sunt eius verba) *in eo consentire, vt capitalis pœnæ absolutio sequatur; qua tamen pœna irroganda sit ex sententiarum numero discerni non potest, quod neque pares sint, neque si omnes iungantur, alia alijs superior, non enim vnũ pœnæ genus in alio continetur, sed distincta sunt prorsusq; separatę, vt delictorum, ita pænarum species.*

Garonus noster de Senatoribus *in prælud. cap. 11. n. 59.* exscribit epistolam Plinij; Deinde vero refellit eos, qui sententiam mortis præualere volunt, quia
16 disiunctim numero vincat: Respondet enim maiorem numerum sumendum esse relatiuè, & complexiuè ad omnes Senatores, qui suffragia ferunt, non autem distributiuè ad tenentes vnam, vel alteram opinionem, vt ex multorum auctoritate tradit *Francis. Marc. q. 690. p. 1. Blanc. de comprom. q. 9. nu. 66. vers. contrarium tamen.*

Habes Lector ex his Auctoribus quatuor diffidentes sententias. Vnam, quæ
17 vult præualere capitalem. Alteram, quæ vult mediam relegationis pronuntiari: Tertiam, quæ mitiorem præfert fauore rei, & in hanc vsque adeo veniunt Doctores Lusitani, vt peculiari lege confirmauerint, vt apud *Cabed. decis. 7. par. 1.* Quartam, quæ vult numerum Iudicum augeri.

In hac pugna pro certo habeo mortem excludi, nam numerus absoluẽtium
18 à morte maior est, vt supra *ex Garono* dixi, & facit *l. Pomponius 36. et l. duo 29. ff. de re iudicata.*

Nec eò, quòd dissonæ sint sententiæ relegantium, & pecunia multantium, propterea singulariter accipiendæ sunt: enim verò dissonantia, hæc non est in morte, quæ per vtramque excluditur; & sic disputandum non est de iungendis, vel diuidendis sententijs; sed diuersitas
19 suffragiorum manet in decernenda pœna, quæ loco mortis infligitur.

In qua etiam controuersia placet mediam eligi pœnam; nam in thesi proposita quinque ex septem conueniunt, vt reus maiore pœna plectatur, quàm
20 pecuniaria; Ideoq; quemadmodum prima sententia capitis esse simul nequit cũ tertia pecuniaria: ita secunda relegationis, se cum vtraque compatitur; nempe cum grauiore vt duriùs plectatur reus, quàm in ære; & cum mitiore, vt ne moriatur; & sic media sententia fit subiectum capax accessionis saltem primæ sententiæ; vbi quis adhuc vellet defendere, tertiam pecuniariam vniri non posse cum pœna corporali.

Sed instabis cur nequit media relegationis sententia accedere tertiæ in fa-
21 uorem rei! Respondeo quia pœna pecuniaria iam exclusa fuit per eos quinque Senatores, qui volunt acriorem infligi, nam maior vt dixi numerus Senatorum attenditur in constituenda communi sententia. Quod si media sententia iungeretur minori tunc media recederet penitus à se ipsa, & sic pœna statueretur reo à qua maior numerus Senatorum abstinuit: Id autem non contingit si prima sententia societ se cum media: hæc enim nunquam fuit exclusa numero maiore Senatorum; quia si authores tertiæ cogerentur adhærere alterutri; vtique potius in mediam, quàm

in

primam seueriorem venirent.

De paritate autem votorum agen-
22 dum non est in Senatu nostro, quia tunc
præponderat ea pars, pro qua stat D.
Præses, vt tradit etiam *Garon.prælud.1.* *num.57.*

De qua sanè præponderatione pul-
chram apud Gothofredum legi Consti-
tutionem *Manuelis Comneni*, siue Ema-
nuelis *inter Constitutiones Imperatorias*,
interprete *Enimundo Bonefidio* capite
sexto, in hæc verba. *His sic definitis, quæ-
sierit quispiam, cum præsens canon defi-
niat in omnibus caussis plurium senten-
23 tias vincere: nouella autem Constitutio
Potentis Nostri Domini Imperatoris D.
Emanuelis Comneni mense Iulio 14. In-
dictionis anni 6674. promulgata consti-
tuat cum alijs, et hæc nominatim: Si omnes
non sunt eiusdem sententiæ, sed aliquid
dissentiant; si qui dissentiunt, numero
sunt æquales, eorum præferretur sententia
quibus is, qui Iudicio præest consenserit,
vtrum sequi debeamus.*

Hæc verò prærogatiua quemadmo-
dum Dominos Præsides æquat *Papinia-
24 no*, qui vt singulos vincebat, ità non vin-
cebatur nisi à duobus, teste *Cuiaccio ci-
tata obseru. 16.lib.12.* ita magnum onus
humeris eorum imponit, dum vita, &
fortunæ pendère possent ab vno.

Si enim ius, & antiquitatem omnem
effodiamus, receptum fuisse morem in-
ueniemus, efficaci etiam ratione intro-
ductum, vt ibi paria sunt suffragia, funtes
absoluantur, vel mitiorem dent pœnam:
vtq; pro reo, pro possessore sententia
proferatur.

Siquidem (vt pauca ex plurimis, quę
adduci possent in medium, attingamus)
apud *Heschilum* Minerua pronunciat.

25 *Euasit hic vir vltionem sanguinis,*
Nam calculorum numerus æquus
exijt,

Ita quoque Oresti anxio prædicunt
Gemini in Electra Euripidis.

Seruaberis ne iudicatus occidas
Per calculos pares.
Et cæteris lex ipsa promulgabitur,
Vt semper paribus calculis vincat
reus.

Quo casu absolutus dicitur *Mineruæ
calculo*: quam fabulam elegantissima,
& eruditissima dissertatione Academi-
ca illustrauit *Ioannes Henricus Boeclerus*,
& hanc mihi manuscriptam ostendit
paucis abhinc annis vir non interitu-
ræ memoriæ D. Franciscus Bernardi-
nus Ferrarius Bibliothecarius Ambro-
sianus.

26 Libanius etiam in declamatione 30.
hæc habet *plura suffragia vincere lex iu-
bebat*; & Quintilianus declamat 254.
quærit, *cur si non plures pro accusatore,
27 quàm pro reo sententiæ fuerint, reus ab-
soluitur?* & infra lex (inquit) *iubet eos
absolui, qui pares sententias tulerint.*

Seneca quoq; ait *excerpt. contr. lib. 1.
28 contr.5. inter pares sententias mitior vin-
cat. et lib.3.contr.2.* cui lemma *Parricida
æquis sententijs absolutus.*

Cuius legis rationes nemo meliùs ex-
29 plicauit, quàm *Aristoteles problemate
13. section. 29.* vbi *Ludouicus Septalius
noster in commentarijs suis pagina mihi*
337. ex quo problemate desumptam
fuisse arbitror. *l.fauorabiliores 125.ff.de
reg.iuris*: sunt autem.

Vel quia actori, seu accusatori, qui diu
præmeditari potuit, omnia sunt promp-
tiora: vel quia reus præmetu magis
turbatur, nec ideo ita expeditè potest
adornare defensionem suam, quin ali-
quid omittat: Vel quia tutius est reum
absoluere, quàm innocentem condem-
nare: non enim (ait *Boeclerus*) *potest cor-
rigi damnatio semel iniustè facta; at ab-
solutio, nocentem, vel emendabit, adeoq;
non pessimè collocata erit; vel denuo pec-
canti pœnam reseruabit*: siue quia in du-
bio præsumptio stet pro possessore:
siue quia vbi paria sunt suffragia, æquè
dicitur iniuriosus esse accusator, quàm
nocens accusatus; imò ille grauiorem
iniuriam facere.

Responsum IL.

Pater quando censeatur tacitè remisisse filio vsufructum bonorum aduentitiorum: Filius viuens seorsim à patre, an pos-

sit de aduētitijs testari, & filio suo tutorem dare: & an saltem is confirmandus sit ad exclusionem matris petentis tutelam.

SVMMARIVM.

Pater, qui permittit filium gaudere fructibus bonorum aduentitiorum, remittere censetur vsufructum num. 1. 2. 3. 5. 6. 8.
*Vsusfructus hic defertur patri cum onere alendi filium, eiusq; vxorem nu.*4.
*Emancipatio quando præsumatur n.*7.
Explicatur l. cum oportet §. fin autem C. de bon. quæ lib. *nu.*9. 10.
*Remissio vsusfructus durat tantùm, quoad pater vult nu.*11.
*Patris consensus requiritur, dum filius contrahit de Aduentitijs, quorum vsufructum pater tacitè remisit num.*12.
*Filius familias cur testari nequeat etiam patre consentiente nu.*13. *et* 14.
*An testari possit de aduentitijs quorum vsufructum pater remisit? nu.*15.
*Qui affirmant nu.*16. *et* 17.
*Ratio nu.*18. *et* 19.
*Filius familias regulariter, nec legare, nec codicillos facere potest nu.*20.
*Sententia negans filium familias testari posse de aduentitijs, quorum vsufructum non habet pater, verior est, et à Senatu approbata nu.*21.
Tutorem cur dare nequeat filius familias nu. 22.
*An datus confirmandus, exemplo dati à patre filio emancipato; vel à matre, vel à rustico? nu.*23.
In confirmando tutore ponderandæ sunt circumstantiæ quas recenset Guttierez *num.* 24.
*Mater præfertur omnibus in tutela, et cur num.*25.
Tutor confirmatus, exclusa matre, an sit datiuus, vel testamentarius num. 26.
*Decisio Senatus nu.*27.

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Controuersia prima est, an vsusfructus bonorum omnium relictorum à filio, vti herede Hieronymi patrui, debeatur D. Eusebio patri suo, etiam pro tempore, quo vixit dictus filius, cum petitus nunquam fuerit hactenus à dicto patre.

Secunda an dicto Francisco vti filio viuenti seorsim à D. Eusebio Patre, licuerit testamentum condere, vel legare; præsertim de bonis aduentitijs.

Tertia an tutorem filio suo infanti dare potuerit; & an is saltem à Senatu Excellentiss. confirmandus sit; ad exclusionem matris, tutelam, & curam petentis, in concursu etiam dicti D. Eusebij aui paterni.

I.

Aggredior ad inspectionem primæ, in qua distinguendum est, inter vsumfructum nunc à patre petitum pro eo tempore, quo filius vixit, & vsumfructum, qui à die mortis filij debetur patri, ex persona nepotis, quem habet in potestate.

De hoc secundo non disputo, nec quæro; de primo autem, sentio nullam patri actionem nunc dari.

Et moueor, quia filius (heres vt supra institutus à patruo) omnem hereditatem toto quo vixit tempore (spatio nempe annorum aliquot) administrauit, tacente, ac patiente patre; fructibusque omnibus gauisus fuit, & de redditibus
1 annuis ad libitum disposuit; imò expressè de illis contraxit, præsente, ac consentiente patre, sed vti patre; non autem vti vsufructuario, nec vti legitimo administratore.

Eòq; magis, dum pater legatum sibi relictum à fratre testatore *pro omni, et toto eo, quod petere, et consequi posset in hereditate*, accepit de manu filij, absque
2 vlla reseruatione, & quidem diuersis vicibus, & temporibus, vt ex syngraphis apparet.

Cum

Cum igitur non liqueat, aliud petere, & consequi potuisse in dicta hereditate, quàm dictum vsumfructum; ideo remissum fuisse dicendum erit; vt à fortiori probat *Andreol. contr.* 224. vbi respondet ad cons. *Merotij* 18.

3

Et fortiùs dum filius eiusq; vxor seorsim habitauerunt, consentiente patre, nec alimenta receperunt ab eo; siquidem *lex cum oportet 6.* aliæque concordantes *C. de bon. quæ liber.* non aliter deferunt patri vsufructum bonorum, quæ adueniunt filio, quàm si filio eiusq; vxori subministret alimenta *Curt. Iun. cons.* 152. *num.* 5. *Io. Baptista Barbob. de filio famil. quæst.* 50. *nu.* 9. *et* 17. *p.* 1. *Fontanel. de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 7. *p.* 3. *nu.* 13. *fol.* 70. *tergo*. *Faber in C. ad eundem tit. defin.* 13.

4

Præterea (dicimus ex præmissis in facto, & cum *Gallarato* videndo omnino *renunt.* 55. *in princip. cent.* 1. *pag.* 280. inductam fuisse tacitam renuntiationem, seu remissionem vsusfructus; dum pater *conniuentibus oculis, sciens, et patiens fuit filium percipere fructus bonorum aduentitiorum* (sunt verba Gallarati) & bona omnia semper administrare.

5

Et pro hac recepta sententia citantur à *Gallarato Gomez. Bartol. Crottus, Decius, Crauetta, Ruinus, Baldus, Parisius, Ascan. Caphal. Bursat. Surdus, et Osascus decis.* 132. *nu.* 4.

Addo *Michalorium de fratribus p.* 1. *cap.* 5. *nu.* 8. qui alios allegat, & maximè si filius seorsim à patre degeret, vt hic. *Michalor. ibidem nu.* 10. vbi hoc esse dicit indubitatum.

6

Et pro hac sententia stant celebris *decisio Boerij* 196. & alij per *Michalorium allati* loco supra citato *nu.* 6. *et* 7. adeo, vt si spatio annorum decem seorsim egisset; tunc emancipatio præsumeretur, & præscriptum foret patriæ potestati, vt ex congestis per *Mascard. de probat. concl.* 597. *à num.* 4. *ad seq.* & in puncto *conclus.* 599. & ita docuit etiam *Afflictus decis.* 183. *nu.* 2.

7

In terminis etiam nostris; vt nempe vsusfructus remissus dicatur à Patre, pulchrum extat consilium *Menochij* 282 *post nu.* 31. *ad plures seq. vbi nu.* 35. *vers. vltimo, et num.* 36. sic iudicatum fuisse refert ab Excellentiss. Senatu Mediolani.

8

Has autem auctoritates adduxi ad probandam tacitam remissionem sufficere; nam generaliter loquendo, posse patrem remittere vsumfructum bonorum aduentitiorum filio, docet textus expressus *in d. l. cum oportet* §. (siue versiculo) *sin autem C. de bon. quæ liber.* ibi, *sin autem res sibi memorato modo acquisitas, parens noluerit retinere, sed apud filium, aut filiam, vel deinceps personas reliquerit etc.*

9

Ex quo sanè textu, liquet, non posse repeti nunc à Patre quicquid ex dicto vsufructu eiusq; pecunia adquisiuit filius prudens; nam hoc esset auferre ipsum vsumfructum præteritum eiusque substantiam; & sic antecedentem permissionem vsusfructus reddere elusoriam; (imò quasi docere ipsos filios, vt durante permissione vsusfructus reditum dilapidarent.)

Ad quod sanè notanda sunt diligenter in dicto textu illa verba alternatiua *eundem vsufructum, vel quod ex hoc ad filios familias peruènit etc. sibi vindicare*; quæ expresè excludunt repetitionem etiam quorumcumque adquisitorum ex pecunia, quæ ab vsufructu prouènit. Qua de re videatur elegans doctrina *Alexandri in cons.* 48. *super extractione n.* 4. *lib.* 1. vbi docet adquisita per filium habitantem separatim à patre, esse peculium quasi Castrense, nec adquiri patri, neq; quod ad ipsum vsumfructum.

10

Satis igitur sit in hoc casu, vt pater à die, quo petijt, & imposterum quoad vixerit, gaudeat vsufructu ipsorum adquisitorum per filium, ex pecunia primi vsusfructus; imputet enim sibi, si viuente filio, remissionem vsusfructus non reuocauit; (prout potuisset) quia hanc tacitam remissionem non esse perpetuã, sed solùm quoad pater permiserit docuerunt *Boerius dicta decis.* 196. *et Grat. discept.* 781. *num.* 4. *et seq.* & alij plures, quos omitto ne longior sim.

11

Nec obstat, imò potius fauet, filio quod pater identidem consenserit filio contrahenti; tum quia, vt dixi, consen-

fus nihil meminit, (vt dicitur) de vsufructu, & sic magis remissionem confirmat; tum quia patris consensum in contrahendo etiam superaduentitijs, in quibus pater non habet vsumfructum, requirunt aliqui Doctores, quos laudat
12 *Gratianus citata discept.781.nu.7.et n.9.* vbi dicit patris authoritatem requiri in signum repudiationis vsusfructus ex *Castillo de vsufructu cap. 3.nu.15.* & ex alijs quos refert.

II.

QVod attinet ad secundam inspectionem; cum nulla hucusq; dentur argumenta probantia concludenter, solutum fuisse ius patriæ potestatis; agnosco regulam, vt filius familias testamentum facere non possit; vt
13 cauetur *Instit. tit. quibus non est permissum facere testamentum l. qui in potestate 6.et l.filius 16.ff.qui testam.fac.poss. l.senium 3.§.1.C.eod.*

Licèt testamenti factionem habere dicatur, vt explicat *Pomponius in d. l. filius*; & licèt pater consentiat, vt filius testetur; & licèt filius familias donare possit causa mortis patre consentiente. *l.tam is 25.in fine ff.de mort. caussa donationibus.*

Cuius quidem prohibitionis ratio, satis obscura est apud Doctores; vt videre est apud *Manzium*; dum alij id prohiberi volunt, quia testamentum, ex libero, non ex alieno arbitrio pendère debet, vt docent *Mysinger. ad princip. tit.*
14 *de testam.ordin.n.2.* nam filius nec velle, nec nolle potest, dum obsequi tenetur imperio patris *l.velle 4.ff.de reg.iur.*

Alij, quia filius nihil proprij habet, de quo testetur, vt docuit *Vlpianus in fragmentis tit.20.§.10.*

Alij, quia facultas testandi requirit hominem integrum; qui verò est in potestate aliena, integer non est *Afflict.decis.260.nunquid mulier.nu.4.in fine.*

Alij, quia testandi potentia, iuris publici sit, atque ideo priuati hominis potestati subiectis non permittatur *l. 3. ff. qui testam.*

Alij, quia filius familias non habet familiam, sed ipse in alterius familia est. *Vuolf.ad dictum tit.Instit.in princip.*

Alij, quia filius interdictus est omni administratione bonorum; testamentaria porro dispositio speciem habet quãdam administrationis bonorum *Sichard. ad rubricam C.qui test.fac.poss.nu.11.*

Priuati ergo hominis (qualis pater est) voluntate licere non debet, quod prohibetur à iure publico; vt post prædictorum omnium sententias, tradit *Gaspar Manzius de testam. tit. 2. nu.95. folio mihi 18.col.2.*

Sed posito, quod D. Eusebius pater (vt in prima inspectione dixi) tacitè vel per actus contrarios remiserit filio vsufructum in bonis, quæ aduenerant ex dicta hereditate Hieronymi.

Quæritur an saltem de hoc peculio 15
aduentitio, in quo pater non habebat vsufructum testari potuerit D. Crauenna filius.

Brederodius verò in notis ad *Schneid. pr.Instit. tit. C. et Christophorus Besoldus in delibat.iur.p.3. ex libro 28.ff. quæst.5. fol.mihi 105.* de iure nouissimo sentiunt filium testari potuisse, & ante eos idem
16 senserunt alij, vt apud *Thesaur. decis. 150.num.2.et 3.* & apud *Decium ad l. Senium 3.nu.13.et ad l.penult.C.qui testam. fac.poss.* & hæc opinio placet etiam doctissimo *Gothofredo in notis ad dictam l. Senium littera C.* pro qua citat etiam *VVrmser.lib.1.pract.39.obseru.16.*

Placet etiam hæc opinio, vt filius familias testari possit de aduentitijs in quibus pater non habet vsumfructum, *Michalorio in tract. de fratribus p. 1.cap.*
17 *10. nu. 5.* & pro hac opinione citat *Castrensem, Romanum, Crauettam, Soarez, Ascan.Clement. Surdum, et Rotam Romanam decis.165.num.2.* inter collectas per *Farinac.p.1.*

Rationem afferunt, quia cessare videtur prohibitionis caussa, eò quia tali casu filius habet plenum dominium, quod est ius de re sua perfectè disponendi; & fortiùs, quia dum *in l. fin. §. 5.* in verbo *filijs autem C. de bon. quæ liber.* expressè dicitur, filios familias in his dumtaxat casibus in quibus vsusfructus apud patrem constitutus est, donec parentes vi-
18 uunt, de iisdem rebus testari non posse; ergo à contrario sensu in alijs casibus, in qui-

qu ibus patri non quæritur vsusfructus,
filijs testari licebit; quia valet argumen-
tum à contrario sensu, & à casibus ex-
ceptis ad non exceptos, & ab exclusio-
ne ad inclusionem.

Eademque sequela videtur colligi *ex*
cap.1.§.1.auth.vt liceat matri,et auia,siue
nouella 117. vbi sancitur, licere filio fa-
milias disponere de eo, cuius patri non
quæritur vsusfructus, & eò magis quia
iure veteri, filij existentes in patria po-
19 testate contrahere potuerunt de his, in
quibus pater non habebat vsufructum;
& quia hęc cum Castrensi peculio com-
parentur *l.Imperator* 50.*ff.ad Trebell.* de
quo sanè filius familias, procul dubio
testari potest. *Afflict.decis.*183.*nu.*4.

Quæ si vera forent in testamento, ar-
ctiùs stringerent in legatis, de quibus fa-
uore vxoris disposuit testator noster;
cum tamen alioquin firma sit regula, vt
filius familias, nec codicillum facere
20 possit, nec legare *Sichard. ad rubric. C.*
qui testam.facer.possunt. *Manzius dicto*
*loco nu.*125.

Sed quia Senatus noster Excellentiss.
adhærere solet sententiæ, vt filius fami-
lias, ne quidem de ijs bonis, quorum pa-
ter non habet vsufructum testari possit,
quam veriorem esse fateor, & pro qua
21 stant *Fachineus contron.*94. *lib.*5. & post
Connanum, Duarenum, Cuiaccium, et Co-
uarruuiam, Arnoldus Coruinus ad dic-
tum titulum C. qui testam.facere possunt
vers.*de reliquis pag.mihi* 379. & ibi etiam
*Antonius Perezius in prælect. nu.*15. *pag.*
mihi 466. *et Barbob. de filijs famil. q.* 16.
& strenuè pugnat *Harprecht.ad Clar. in §.*
*testamentum q.*18. *à n.*13. *ad* 18. qui plu-
res refert, ideo transeo ad tertium arti-
culum.

III.

IN quo nego dari potuisse tutorem; &
ratio fortissima est, quia tutoris da-
tio, dependet omnino à iure patriæ po-
testatis; vt in casu fortiore militiæ pro-
bat textus *in l.impuberi* 40. *in fine ff.de*
22 *administrat.et peric.tutor.*

Et quia ad hanc tutelam non adap-
tatur definitio, vt nimirum *sit potes-*
tas in capite libero; quia tàm filius cui
data fuit, quàm pater, qui dedit, non
erant sui iuris, sed in aui potestate: vt
bene declarat *Guttierez. de tutel. cap.* 3.
*nu.*28.

Et à fortiori quoque deciditur *in §.*
permissum Instit. tit. de tutelis patrem,
qui solutus sit iure patriæ potestatis
non posse filijs suis tutorem dare; si pa-
tre mortuo recasuri sint illi in potesta-
tem aui; quantò igitur minus vbi pater
erat, & ipse in potestate aui?

Nec confirmandus erit hic tutor ad
exemplum quasi Tutoris à matre dati,
vt apud *Guttierez. de tutel.p.*1.*cap.*4. vel
dati à patre filio emancipato, *vt in §.sed*
et si Instit. eod. quia emancipatio tollit
quidem iura ciuilia; non autem natura-
lia, vt sensit *Aretinus* relatus à *Guttie-*
*rez.dicto cap.*3.*num.*42. *iuncta ratione de*
*qua num.*41. vel ad exemplum Baiuli, de
quo meminit *Afflictus dicta decis.* 183.
23 *in fine* (ex sola tamen authoritate *An-*
drea de Isernia, & nulla ratione adduc-
ta) vel ad normam *l.*1. *et* 3. *et* 6. *et vlt.ff.*
de confirmando tutore, et §. *vlt. Instit. de*
tutel. Tum quia præsumptio hæc melio-
ris boni ipsius pupilli, quæ desumitur ex
iudicio matris, vel patris, tollitur con-
trarijs præsumptionibus, quæ in facto,
contra tutorem nominatum vrgent (vt
audio:) quo in casu confirmari non de-
bet; eum expendendæ sint diligenter
circumstantiæ, quas affert *Guttierez. d.*
*cap.*4. *num.*12. *et seq.* præcipuè *num.* 12.
24 *et num.* 14. *in fine*, *et num.* 17. *in fine*, &
num. 22. vbi omnino videatur, & bene
cap. 8. *num.*9. Tum quia vbi mater ipsa
concurrit ad tutelam cum extraneo, &
offert idoneam fideiussionem dare ad
tollendum omnem scrupulum; tunc nul-
la ratio moralis suadet, vt mater exclu-
datur, quæ omnibus præfertur, siue ius
commune spectemus in *auth. matri, et*
25 *auia, vbi glos.C. quando mulier tutelæ of-*
fitio fungi potest, quam illustrant *Afflict.*
*decis.*281. *et Franch. decis.* 10. siue N.C.
Mediolani ob oculos habeamus *in tit.*
de tutel. et curis.

Non enim ita expeditum est apud
Doctores, an tutor hic sic confirmatus,
dicatur est testamentarius; nec ne ad
exclusionem matris, quæ præfertur qui-
buscunque legitimis, & datiuis. Quid-
quid

quid disputent *Guttierez. de tut. cap. 2. nu. 25.* & in puncto matris *cap. 3. nu. 23. p. 1. et Montanus de tutel. cap. 8. nu. 10. et n. 15.* Quin potius fauet matri *Baldus* videndus *in c. ex parte 67. extra de appellation. num. 5. fol. mihi 276. tergo*, vbi pulchrè docet hunc esse datiuum tutorem, & cedere debere matri.

Et ratio desumitur ab amore, quem descensiuum appellant Philosophi, & quem intensum natura accendit in matre, quæ propterea res etiam filij diligentiùs, & fideliùs curare præsumitur; & sine suspicione. Me tamen &c.

Senatus censuit vsufructum remissum fuisse à patre: Testamentum filij nullum esse: tutori
27 *tamen, ab eo nominato, deferendam esse tutelam, & curam; et puerum educandum esse penes matrem Viduam.*

Responsum L.

Agitur de ludo Chartularum, & de alea: An victori danda sit actio contra victum: & quid hic Mediolani? explicantur leges de aleatoribus; & alia non iniucunda proponuntur de hac materia.

SVMMARIVM.

Ludus Chartularum pictarum antiquus n. 1.
Species ludi diuersa Mediolani nu. 2.
Factum de quo scribitur nu. 3.
Rationes pro victo nu. 4.
Alea nomen, omnem fortunæ lusum complectitur nu. 5.
Alea olim lege vetita nu. 6.
Iustinianus, quos ludos prohibuerit, & quos permiserit nu. 7.
Iniuriam, & furtum fieri non prohibuit susceptori alearum nu. 8.
Repetitionem quibus, & quamdiu dederit nu. 9.
Consuetudo fere generalis sustulit multa quæ à Iustiniano sancita sunt n. 10.
Rauchbarus reprobatur nu. 11.
Statutum 428. *& N. C. Mediolani in tit. de* pœnis §. *qui* fallacibus *afferuntur nu. 11. & 12.*
Truffæ *nu. 13.*
Proclama Illustriss. Magistratus de ludo, & venditione chartularum ponderatur n. 14. & 15.
Militibus olim alea ludere fas erat in statione nu. 16.
Venditio iuris Chartularum nu. 17.
An abrogatum sit legibus, quæstio facti dicitur n. 18.
Generali consuetudine receptus fuit ludus aleæ nu. 19.
Ac pœnæ sublatæ sunt nu. 20.
Cur Iustinianus tam seueras in aleam leges tulerit nu. 21.
Victori datur retentio nu. 22.
An detur actio? nu. 23.
Rationes negantis sententiæ nu. 23. & 24.
Ludi definitio nu. 25.
Rationes affirmantis sententia nu. 26. & 31. 36. 37. & 39.
Ludus est contractus conditionalis nu. 27.
Non repugnat iuri naturæ, nec Diuino ibid.
Circunstantiæ ex quibus sit licitus nu. 28.
Æqualitas nu. 29.
Finis ludentium præcipuus tendit in lucrum nu. 30.
Consuetudo permittit ludentibus lucrum ingens nu. 32.
Olim Mediolani non licebat Nobilibus, & diuitibus ludere vltra aureos 20. tenuioribus verò vltra aureos 4. nu. 33.
Quomodo id intelligatur nu. 34.
I.C.D. Io. Maria Bidellius laudatur: ibidem.
Decisio pro victore in ludo delle Boccie.
Thesauri Iun. decisio in ludo di Picchetto *nu. 35.*
Ratio, & authoritates cur danda sit actio nu. 36. & 37. & 39.
Ex consuetudine colligitur renuntiasse collusores benefitio iuris communis nu. 38.
Pecunia mutuo data ludenti, an restituenda sit? nu. 40.
Pecunia aliena, quam lusor perdidit simul cum propria, an vindicari possit à Domino? num. 41.
Exitus litis nu. 42.

DO-

DOMINVS ILLVMINATIO MEA.



Vdus follorum, seu chartularum pictarum (vt dicitur ab *Alciato* in præfatione suorũ emblematum) anti-
1 quus est, & frequēs in hac Prouincia, *Farinac. q. 109. nu. 3.* & quasi genus continet iam sub se species ludorum diuersas, quarum aliquę plus periculi habent, aliæ minus, prout magis ab ingenio, vel à fortuna dependent, vel ab vtroque.

Inter illas numerantur *primiera : il quindeci, il trenta e quaranta : Cricca : Giuli* : inter has *il Picchetto : Lanzechinecco: la Bassetta*, seu *il Taglio : l'Ombre: il*
2 *Cento : Bazzica : Bertolotto : il Coconetto : Trionfino: Tresette: il Cocò : Trapola: Ganellino: Herbette: Tarocco*, in quo vestigia, quædam eruditionis agnoscit *P. Gregor. Syntagm. lib. 39. cap. 4. nu. 11.*

Cum igitur D. Luchinus Vicecomes in dicto ludo *del taglio*, euaserit victor duplarum quatuor centum quinquagintaquinq; dubitatum fuit an hìc Mediolani danda ei actio esset contra D. Alexandrum Clapettam soluere recu-
3 santem, imò repetentem partem solutã.

Et lis agitur coram D. meo I. C. Fabritio Conturbio Vicario Iustitiæ.

Pro debitore considero primo loco. interesse Reip. ne quis fortunis suis abu-
4 tatur *§. fin. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris.*

Secundo ludos omnes egregiæ quantitatis arcendos esse à bene constituta Ciuitate, ijs de caussis, & rationibus, quas doctè, & eleganter expressit *Constitutio Græca* apud *Gothofredum libro 3. C. tit. 43. de aleatoribus*, vbi *Cuiacius : Io. Salesberiens lib. 1. Polycratic. cap. 5. P. Gregor Syntag. lib. 39. cap. 3. Farinac. q. 109.*

Siquidem aleæ nomen, omnem fortunæ lusum complectitur, nec dum ta-
5 lorum, aut tesserarum ex pixide, siue fritillo, vt ex *Gotofredo* scripsit *Caluinus* in lexico; & ita *Paulum I. C.* intelligo in *l. si quis seruum 26. ff. de iniur.* licèt ille talorum antiquissimus sit, vt ex *Homero* probat textus in *l. aut facta 16. § euentus 8. ff. de pœnis*, ibi:

..... Cum filium occidi Amphidamantis,
Imprudens, inuitus, circa talos iratus.

Cæterùm, & aleæ lusum olim etiam lege latā vetitum fuisse certum est, ex
6 *Ciceronis Philipp. 2. & Oratij Carminum libro 3.*

Seu mauis vetita legibus alea,

& Ouidio.

Sunt alijs scripta quibus alea luditur artes.
Hoc est ad vestros non leue crimen auos.

Martiali quoque

Ædilem rogat vdus aleator,

& alibi:

Nec timet Ædilem moto spectare fritillo.

Posito igitur, quod Iustinianus in dicto titulo de aleatoribus districtè, adeò ludos omnes inhibuerit, (præter illos quinque, quos nominat, & qui corporis
7 robur exercent) de quibus etiam agit *Paulus in l. 2. ff. de aleator.* ibi præterquã, *si quis certet hasta, vel pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando, quod virtutis causa fiat*, vt non tam actionem victori denegauerit, & datas pro ludo cautiones improbauerit, sed etiam
8 repetitionem concesserit ad annos 50. tum ei, qui soluit, tum eius heredibus, & etiam extraneo cuicunq; vel defensori
9 Ciuitatis, ac Fisco, & vtilem etiam aduersus parentes, & patronos, vt *in l. 4. ff. eod. in fine*: & quod notabilius est, iniuriam, & furtum fieri susceptori aleatorum permiserit in *l. 1. ff. de aleator.*

Videndum erit, quid hodie iuris sit Mediolani, nam vt monet D. Præceptor
10 meus *Merenda contr. 22. lib. 15.* aliqua ex ijs, quæ à Iustiniano sancita sunt, consuetudo sustulit ferè generalis, reprobatur enim sententia *Rauchbari p. 2. q. 25. nu. 36.* dicentis ludos hosce non solùm
11 repugnare iuri naturali, vtpote qui alterum locupletiorem faciunt cum damno alterius, sed etiam iuri Diuino; quo

posito.

posito, non esset agendum de consuetudine.

Duplex autem erit inspectio: altera legum nostrarum municipalium,& proclamatum: altera doctrinarum,& rationum, ac distinctionum, quas afferunt Theologi morales, & nostri DD.

Quod attinet ad primam occurrit in limine Statutum 428. vol. 1. disponens, vt instantibus tribus, vel quatuor proximioribus agnatis, vel cognatis teneatur Iudex infra tertiam diem proclamari facere per præconem, *quod talis est lusor ludi reprobati, & quòd nullus debeat secum contrahere, quæ proclamatione sic facta, & registrata ad officium Statutorum, habeatur perindè, ac si bonis eius legitimè foret interdictum*: ex hoc autem Statuto non colligitur ludum prohiberi: imò *Carpanus*, ibi *nu.* 11. *& seq.* docet repeti non posse quidquid amissum fuit in ludo permisso ex consuetudine, neque in foro conscientiæ, & nu. 37. docet Statutum valere, quòd ludus sit impunitus, demptis diebus festis.

Occurrunt deinde N. C. in titulo *de*
12 *pœnis.* §. *qui fallacibus ludis, & subdolis artibus excellunt, & quodammodò rapiunt ex imperitorum manibus pecunias alea ludentes, vel alio genere ludi in quibus fallacias adhibent &c. puniantur pœna pecuniaria, vel corporali arbitraria pro qualitate, & modo delictorum; & non solùm ipsi, sed ipsis dantes ad præmissa auxilium, aut consilium*, ex quibus non ipse ludus, sed fraudes, & fallaciæ prohiberi videntur, & malæ artes, *vulgò truffe*,
13 de quibus aliqua habent *Cyriac. controu.* 76. *& Clar. q.* 83. *nu.* 3. atquè ita non simplicem ludum, sed ludi fallaciam considerat *Menochius de arbitrar. cas.* 399. *nu.* 8. *&* 9.

Occurrit deinde proclama ab *Ill. Magistratu Red. Ordin.* editum die 15. Decembris 1651. & aliud editum die 14. Februarii 1667. de mente etiam Regis
14 Domini nostri, in quibus hæc verba leguntur, *à tutti li giuochi di carte, ancorche di zarra, & prohibiti (eccetto, che il trenta e quaranta) sarà lecito à ciascuno di dar luogo di giuocare, e di giuocare nel presente Stato, sue Città, e Terre, & in qualsiuoglia luogo, ancorche giuocassero nelle strade, e piazze; mentre non si giuochi in scontro alle Chiese, e nelle hore de' Diuini Officij nelli giorni festiui di precetto, e mentre si giuochi con le carte fabricate, ò fatte fabricare, ò introdotte in questo Stato à conto, & à nome dell'Impresaro: e doueranno auertire li Barigelli, e Fanti di non molestare alcuno indebitamente sotto pena arbitraria all'Illustriss. Magistrato, anche corporale &c. e contro di loro si procederà con ogni rigore come transgressori della presente Grida.*

Non transit quidem apud me sine difficultate, ampla isthæc facultas cuique homini data suscipiendi lusores, & vbique ludendi; quia neq; Supremos Dominos sine graui peccato posse hoc tàm absolutè permittere sentiunt *Naldus, & Bellochius* apud *Dianam in summa in verbo ludus nu.* 22. *&* 23. quorum rationes non exscribo, ne sutor esse videar vltra crepidam, & falcem in messem Theologorum immittere: Quidquid sit,
15 vbi facultas sic exponendi loca restringeretur ad milites in statione (*vulgò nel corpo di guardia*) vel ad alios homines certis in locis ad fugiendum otium, quod, vt canit Poeta, beatas perdidit Vrbes, & sic ad auertenda maiora peccata.

Militibus enim, & olim aleam permissam fuisse in castris, ne otio torperent probat textus in *l. alearum* 3. *C. de alea-*
16 *tor. in princip.* ibi, *& extra operas pugnatorias concessa*, vt aduertit ibi *Gothofredus lit. B.* ità tamen, vt non impunè arma amitterent argumento *l.* 3. §. 13. *ff. de re militar.* Qua de re vide *Forcatulum in cupidine Iurisperito cap.* 20. *nu.* 7. *vers. non prateribo pag. mihi* 413.

Offert se tertio loco venditio pleni iuris faciendi, introducendi, & vendendi chartas lusorias priuatiuè facta per Illustriss. Magistratum die 5. Maii 1660. D. N. & quidem egregio pretio, indictisq; pœnis grauissimis, quæ in proclamate pblicauto continentur.

Ex quibus patet receptissimum esse, & approbatum in hac Mediolani Prouincia ludum chartarum; adeo vt Mediolani insistendum non sit thesi generali, an contraria consuetudine abroga-

tum

tum fuerit legibus ciuilibus; quia vt be-
ne monet *Oñat. de contract. tomo 4.tract.*
18 *36. disput.131. de ludo sect.9. num.151.*
hæc quæstio facti est non iuris.

Hanc tamen consuetudinē apud om-
nes ferè populos inualuisse scribūt *Clar.*
in §.ludus, vers.*scias nu.2. & nu. 7.* vers.
sed hoc. Comitol. in respons.moral. q. 10.
sub nu.6.ex D. Antonino, D.Thoma,Scot-
to,& alijs: (quidquid deinde sentiat ipse)
Less.de Iustitia, & iure lib.2.cap.26. dub.
1.& alii relati per *Bonacinam in tract. de*
restitut. in particul. disput. 2. q.3. puncto
19 *3.num.1. Nauarrus in summa c.20.n.11.*
Alphonsus à Castro in 2.de lege pœnal.cap.
2.corroll.3.Barbatia cons.66. nu.7. vol.3.
Guid.Pancirol.in thesaur. var. lect. lib. 1.
cap.48.§.sed difficultas. Perez.ad tit.C.de
*aleat.nu.*8.ibi *caterùm generali Regnorum*
consuetudine recessum est ab hoc iure.

Et per hanc consuetudinem dicunt lu-
dum,vel fieri licitum, vel saltem auferri
ab eo pœnas à iure ciuili statutas, vt di-
xit *Couarr. in regula peccatum p.2.§.4.*
20 *n.3.* & scripsit etiam *Coruinus ad dictum*
tit. C.de aleat. vers. *pœna ex Zipao in not.*
iur.Belg.tit.de relegat.& alea lusu lib.3.

A Iustiniano verò tam seuerè prohi-
bitam fuisse aleam ob hæreticales blas-
phemias,quas eo tempore heretici com-
miscebant ludo, colligimus ex Historijs
Euagrij lib. 4. Victoris Tunn. Eusthatij,
Theophanis,Zonara, Cedreni, Nicephori,
21 aliorumq; quos referunt *nota in arcanā*
Histor. Procopij à pag. 62. ad 74. quibus
pseudo Catholicis abundabat aula Ius-
tiniani, teste eodem *Procopio in arca-*
na Histor.pag. 53. (si quis tamen fidem
habendam esse credit Procopio in dicta
Historia.)

Sed rursus videndum est (& hæc erit
altera ex propositis inspectionibus) an
ex ista,quæ sic inolèuit consuetudine, &
expressa permissione, sola victori detur
retentio lucri, quam etiam sublata con-
suetudine, dari sensit *Cardinalis de Lu-*
go, loco per Dianam citato nu.25. quia le-
ges nullibi irritauerunt translationem
22 dominij,si acquiratur naturaliter: & be-
ne ex nostris explicat *Antonius Perezius*
ad dictum tit.C.de alcator.nu.6. & Ludo-
uic.Carbon.de restitut. q.42. an verò etiā
actio coutra victum, qui non soluit, ita
vt efficaciter conueniri possit, & con-
demnari.

Porrò negat *Merenda dicta contr.22.*
lib.5. per hæc verba, *consuetudo ergo ge-*
neralis concedens ius retinendi id, quod
in ludo alearum lucratus quis fuerit, cu-
iuscunque quantitatis sit, non erit tra-
23 *henda ad facultatem agendi in iudicio; de*
consuetudine enim introducta aduersus
leges,dicere solemus tantùm præscriptum,
quantùm possessum, vt liquet ex ijs, quæ
scribunt Beccius cons.96.nu.6.& 7. Pere-
grin.cons.101.nu.4.lib.5.cons.4.n.14.lib.
6. & infra *nu.2.* Mouetur *Merenda,* quia
correctio legum,quantò fieri potest de-
bet euitari; eò magis vbi agitur de lege
saluberrima, quæ arcet à Rep. ea dam-
na, quæ in Constitutione sua recenset
Iustinianus.

Crescit difficultas ex scriptis per *Co-*
*uarr.loco supra citato nu.8.*vers.*sed & se-*
mota, vbi docet acquirenti ex ludo dari
quidem posse retentionem in foro in-
terno, ante condemnationem Iudicis;
non tamen actionem ad petendum, sed
potius victo repetitionem pecuniæ per-
ditæ: adeo vt victor efficiatur à lege in-
24 habilis ad petendum: *& si perdens in*
ludo (sunt eius verba) *potest iustè lege*
humana repetere rem ludo amissam,iustiùs
eam nondum solutam retinere: id quod
tradidit etiam *Lessius lib.2.cap.26.dub.4.*
& Perezius nu.7.quia frustra cogitur im-
plere actum statim rescindendum.

Verùm contra facit, quòd ludus, &
multò magis permissus (qualis hic fuit
della Bassetta) definitur, seù describitur
optimè iuditio meo, *à Molina Theologo*
25 *de contract. disp.510. esse mixtum quod-*
dam ex contractu innominato, quo vnus
ludentium iuxta leges, ac ancipitem ludi
euentum, periculo exponit interesse, ali-
quod in alterius commodum,vt alter simi-
li modo in illius commodum interesse,
aliud exponat, atq; ex industria luden-
tium cooperantium ad eundem ludi euen-
tum, iuxtà maiorem, aut minorem peri-
tiam, seu vt concinniùs *Diana* definit in
summa in verbo *ludus num.1.contractus*
inter duos, vel plures dandi rem proposi-
tam victori.

Si igitur contractus est, & à consuetudine, & proclamate permissus, & quidem absolutè, non video cur deneganda sit actio, quæ producitur ex contractu tanquam effectus à caussa: Siquidem contractus nihil est, nisi pactum, quod parit actionem; & ratio qua mouentur *Couarruuias*, & alii retorquetur.

Nam cum hìc Mediolani repetitio non detur; neque inferri potest necessariò actionem denegari. *Hinc Valentia tom. 3. disput. 5. q. 6. puncto 5. dub. 8.* &
26 alij scribunt teneri victum in ludo soluere etiam in conscientia; nam eum obligat promissio de iure naturæ.

Idem colligitur ex *Cuiaccio in paratitlis in lib. 3. C. tit. 43. in fine*, vbi concludit sic, *& sanè si retentionem non habet, & petitionem multo minus*: igitur vbi datur retentio, non excluditur actio.

Et ludum esse contractum definiunt *Less. de Iust. lib. 2. cap. 26. dub. 1. Oñat. de*
27 *tom. 4. tract. 36. disput. 131. sect. 5. nu. 69.* nec repugnare iuri naturæ, nec Diuino *sect. 9. nu. 139.* & idem docent *Sanchez, consil. moral. lib. 1. cap. 8. dub. 1. num. 3. & dub. 24.* cum sit actus *Eutrapelia*, siue iucunditatis *Molin. disput. 510. 511. & 512. Cardinalis de Lugo de Iustitia, & iure disput. 31. sect. 1. & sectione 5.* vbi tradit victum in ludo iusto, teneri soluere in foro externo; quidquid deinde fluctuet in foro interno inter aliorum, quas ibi refert, sententias. *Couarr. in repet. dicta regula peccatum, parte 2. §. 4. num. 1. vers. præcipua*, firmat ludum esse contractum conditionalem, *& num. 2. vers. lex etenim humana*, non repugnare iuri naturali, nec Diuino.

Eò magis dum ad Iustitiam actionis concurrunt circũstantię omnes à Theologis, & Doctoribus desideratæ: qui-
28 bus deficien tibus ludus illicitus fieret, per accidens, & in consequentiam, qui alioquin per se, & ex natura sua licitus est, tanquam actus indiferens *Salas de Ludo dubit. 2. num. 3. Bonacin. de contract. & restit. disput. 2. nu. 3. Diana in summa n4.* vt proinde non sit absolutè, vt dixi, accipienda dicta doctrina *Rauchbari*, nec *Fachinei in controu. 52. lib. 11.* nec *Carpzou. 6. R. 96.* dicentium contrariam consuetudinem ludendi non posse induci.

Potuit verò tunc, & potest nunc D. Alexander de hac quantitate liberè disponere: potest hanc soluere sine graui damno familiæ: coactus non fuit ludere; at ipse D. Vicecomitem inuitauit: æqualitas seruata fuit, quia tantundem perdere, ac soluere valebat D. Viceco-
29 mes; prout olim perdidit, & soluit egregias summas eidem D. Alexandro. Ita *de l'Vgo dicta disput. 31. sect. 2. Couar. d. §. 4. nu. 1. 3. 4. 5. Oñat. dicta disput. 131. sect. 5. nu. 72. Molin. disput. 511. Diana loco citato nu. 5.*

Cum autem lucrum, & quidem maioris, quàm fieri posit pecuniæ, sit finis ludentium præcipuus *Iacob. Concen. q. q.*
30 *lib. 4. cap. 6. sub nu. 1. in fine, & nu. 3.* non ideo videtur actio deneganda victori, quòd agatur de egregia summa, quia dum nouo, ac speciali iure Mediolani permissa fuit alea, permissum etiam fuisse dicendum est lucrum, quod in consequentiam venit, nec iuri naturæ, aut Diuino repugnat: non secus, ac datur actio ex promissione, seu contractu conditionali (qualis etiam ludus est vt supra probaui) puta, si Nauis ex Asia venerit, dabo centum, vel mille. *l. si quis ità stipulatus 129. ff. de verb. obligat.* cur enim promittere non possim centum,
31 vel mille, si iactus, casus, vel fortuna tibi dederit plura puncta, vel hanc, vel illam chartulam priorem, seu posteriorem mea? bene *Barbat. cons. 66. num. 4. lib. 3.*

Lucrum porrò ingens ex ludo permitti, de consuetudine recepta in tota ferè Europa testantur *Nauar. in summa cap. 20. num. 11. Marian. Socin. in c. inter dilectos nu. 47. de excess. Prelat.* & plures
32 *à Farinac relati q. 109. nu. 134. Angel. de Malefic. in verbo Mettidore de mali dadi num. 13. & 22.* & ità legitur in corpore *commun. opin. iur. diuers. tom. 1. lib. 3. tit. 29. de religios. & sumpt. fun. & alea lusu paulò ante fin.*

At prædicta turbari videntur à proclamate publicato anno 1584. quo inhibentur nobiles, & diuites negotiato-
res

33 res ludere vltra aureos 20. alij verò vltra aureos 4. Cui proclamati, & quantitati,non videntur nouissima derogare cum se commodè simul compatiantur.

Respondetur tamen, cursu tot annorum, qui fluxerunt nunquam obseruatum fuisse, imò nec ab ipsa promulgatione *Porrus enim in fasciculo* §. *ludus pag.*47.ait *Mediolani contra lusus adsunt Crida, qua malè obseruantur, nam reposcitur pœna tantùm ab humilibus iuxta illud*,

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Et ideo vim legis habere desijsse *Oldrad.de lit.& mandat. Princip. pralud.*5. *nn.*26. *limit.* 8. quin imò per tot, ac tot actus contrarios cum scientia,& patientia superiorum proclamati abrogatum fuisse.

Considerabat etiam D.I. C.Io. Maria Bidellius, qui in hac eadem caussa doctè pro socero suo scripsit, verba illa dicti proclamatis *somma di venti scuti per volta*, intelligi posse de singulis commissionibus, *vulgo parate*, seu *poste*: &

34 afferebat verba textus *in dicta l.* 1. *C. de aleatoribus*, ex Græco Nomocanone, *& liceat quidem ditioribus ad singulas commissiones, seu ad singulos congressus, aut vices vnum assem, seu numisma, seu solidum deponere, & ludere; cæteris autem longè minori pecunia*: Quamquam hæc verba rectiùs fortasse, quis dixerit intelligi posse de vnica etiam sessione.

Actionem quoque in iuditio datam fuisse victori in ludo *delle Boccie*,constat ex *Thomat.decis.Macerat.*20. vbi *num.*9. conclusionem extendit ad omnem ludum permissum: & hanc ex stipulatu.

Et quamuis apud *Thesaur. lun. q. for.* 19.*lib.*4. decisum fuerit,denegādam esse actionem victori duplarum septuaginta in ludo *di Picchetto*, quia, vt ait *num.* 8. consuetudo tollat quidem pœnam, & repetitionem, sed non det actionem: ex

35 scriptis tamen ab hoc Auctore *num.*5.6. *& 7.*apparet conclusionem ab eo firmatam niti certis decretis Serenissimorum Ducum; non autem procedere vbi vigeat consuetudo, imò expressa permissio ludendi, qua attenta conueniri etiam posse fideiussorem ludi, citra excussionis beneficium, scribit *num.* 7. *ex Pyrro, & Heringio*.

Idem respondetur *ad decis.Pereira* 88. vbi decisum fuit denegandam actionem victori: quia ludus non permittebatur in proclamate Regio absolutè,sed ad solam *recreationem*, vt legitur *nu.*2.

Non enim proclamata nostra ad ludum potius, quàm ad ludi finem præcipuum aptanda sunt: præsertim vbi viri nobiles,& ditiores,perrarò præsenti pe-

36 cunia ludunt; & propterea magis adhærendum esse videtur sententiæ *Medinæ: Alphonsi à Castro; Bannez; Corduba Corradi: Garsiæ: Azor.* quos refert *Salas.de ludo dub.*26.*in princip.* cuius contrarijs argumentis ex supra per me scriptis satisfieri potest.

Siquidem iure naturæ, promisio, & maximè ea quæ continet *Synallagma*, parit actionem: nec tam facile est assignare formalem rationem differentiæ,

37 cur qui ludit præsenti pecunia iustè soluat Mediolani: qui verò ludit data fide soluere non debeat; hanc enim disparitatem non lego in iure Cæsareo: quin potius Glossator noster *Carpanus ad dictum Statutum* 428.*vol.*1.*nn.*21.ait *hinc infertur, quod amittens in ludo non habens pecuniam in promptu, si prōmittat pecuniam ludenti vincenti dare, tenetur ex promissione illa, nec potest vti retentione eius, tanquam quod possit eam repetere*.

Et stante consuetudine ludendi renuntiasse censeri collusores beneficio

38 iuris communis, probat *Gallerat. de renunt.tom.*1.*lib.*5.*cap.*3.

Et pessimè consultum foret bono publico per dicta proclamata ludum cuique, & vbique permittentia, nisi Nomothetæ, ac Nomophylaces nostri voluissent dare deinde actionem contra debitores; rixæ namq; inimicitiæ, Monomachiæ, cædes, & scandala consequerentur, & locum haberent carmina Oratij,

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram,
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

De pecunia verò mutuo data ludenti,

40 ti, consule lector *Parlador. lib. 2. quotid. cap. 7. Cristophorum Besoldum de mutuo cap. 22.* & an pecunia aliena, quam quis perdidit in ludo simul cum sua, vindicari possit à Domino *Fachin. contr. 52. lib. 11.*

41 Claudo cum Virgilio,

Ludite securi, quibus est as semper in arca.

Sed cauete cum Ouidio, quia

Sic ne perdiderit, non cessat perdere lusor,
Et reuocat cupidas alea sæpe manus.

Imò morbus ludendi hereditarius fit, teste Iuuenali,

Si damnosa senem iuuat alea, ludit & heres
Bullatus, paruoque eadem mouet arma fritillo.

42 *Cum in ipso litis feruore, & quasi transactionis titulo soluisset victus die 31. Augusti duplas 227. D. Vicecomiti, quas ipse recepit (præmissa seorsim protestatione residuum consequendi) ideo D. Vicarius sententiam tulit, qua tam victum absoluit à petitis, quàm D. Vicecomitem à reconuentione, sed is ad Senatum appellauit.*



V T

VT IVSTVM ESSET OPVS, PLACVIT DVO RESPONSA, TANQVAM AVCTARIVM, ADIICERE;

Alterum nempe integerrimi æquè, atque Doctissimi

D. OCTAVIANI PICENARDI PRAESIDIS SENATVS;

ALTERVM

D. SENATORIS SERTORII

Olim Aduocati Fiscalis celeberrimi.

In hoc doctissimo responso agitur de varietate Stemmatum, seu insignium: de agnatione: de agnatis: *de Parentela*: de familia effectiua, & contentiua: de rationibus, quibus filij illegitimi excluduntur à successione parentum: cur naturales reputentur degeneres, & cur tales euadant? de paribus, & imparibus nuptijs; de legitimatione, & eius effectibus: an illegitimi nobiles sint: an patrem, & familiā sequantur: an sint agnati: an dignitatem patris seruent: in quo diferant à legitimis: de eorum successione distincta à filiatione, & legitimatione: de repetitione qualitatis ex legitimo matrimonio: An spurij laborent infamia: an patrem sequantur, & dignitatē eius seruent: an admittantur ad Decurionatum, & plura de spurijs: an sint nobiles.

SVMMARIVM.

Narratio facti nu.1.2.3.4.
Actoris, & rei fundamenta nu. 5.
De varietate insignium nu.5.& 6.
De agnatione quis esse dicatur nu. 7. 16. 17. & seq.
Verbum, & intelligatur *positum in Statuto Mediolani 328.vol.1.aliquando determinat, aliquando præsumit nu.8.*
Agnatus de quo agit Statutum 301. quis sit nu.9.
Testator loquens de familia, de qua sensisse credatur nu.10.
Familia nomen accipitur multipliciter n.11. & seq.
Parentela nomen quibus conueniat nu.12.
Agnationis, & Parentelæ *nomen, quos comprahendat nu.13.& 14.& 16.*
De Pronomine mea nu.14.& 15.
De familijs diuersis eiusdem cognominis nu. 17.
De identitate insignium nu.18.
Epistola an probet consanguinitatem nu. 19.
Agnatio an ex identitate cognominis præsumatur nu.20.21.
Familia nomen genericum, & specificum nu.22.
Heres secundus, aut tertius non possunt voluntatem defuncti declarare nu.23.
Rationes morales explicantur, quibus moti sunt

sunt legislatores ad excludendos filios illegitimos à successione parentum n.24.27.

Ciuitates cur condita sint nu.25.

Solonis lex de obligatione fily alendi patrem nu.26.

Exceptis filys ex meretrice susceptis. ibid.

Odium patris, non fily consideratur nu,27.

Filius punitur in bonis temporalibus pro delicto patris nu.28.

Natura non distinguit, sed lex inter naturales, & legitimos nu.29.

Naturales appellantur degeneres n.30.

Bastardi Ethymologia.ibid.

Naturalis filius an faciat deficere conditionē si sine liberis nu.31.

Rationes cur naturales euadant degeneres n.32.& 38.

Naturales matrem sequuntur nu.33.

Etiam quod ad nobilitatem.ibid.

Francisci Pagani praclarè gesta num. 34.& 119.

Naturalis non habet culpam, quia talis nascatur nu.35.

Iustè dispensantur naturales nu.36.

Francisci Sfortia responsum nu.37.

Degeneres fily cur ab hereditate patris arceantur nu.38.41.

Abraham cur solum Isaac heredem fecerit nu.39.

Cur Iacob Abraha nepos idem non fecerit nu.40.

Lusus Ismael, & Isaac nu.41.

Philonis sententia nu.42.

Cari Imperatoris vox de Carino filio degenere nu.43.

Lex ex coniectura voluntatis defuncti successionem defert ab intestato nu.44.

Cur nati ex matrimonio, licèt degeneres non excludantur nu.45.

Pittaci consilium de paritate matrimonii nu.46.

Platonis pulchrum effatum nu.47.

Patris familias imperium in seruos, in filios, & in vxorem nu.48.

De paritate matrimony à nu.45.

Verba S.S. adiutorium simile explicantur nu.50.& 52.

Fily ex viro nobili, & muliere vili, an per subsequens matrimonium fiant paterna successionis capaces de iure ciuili nu.51.

Amicitia, qua à dissimilibus proficiscitur non durat.ibid.

Legitimatio an operetur vbi parentes possunt adhuc contrahere matrimonium nu.53.

Præsertim si mulier non violauerit torum, & honesta conditionis sit nu.54.& 55.

Quid si pater ex legitima vxore filios deinde susceperit? nu.56.

Distinguunt aly nu.57.

Quid si pater petens legitimari naturalem habeat legitimos, nec hoc dicat? nu.58.

Infans an legitimari possit? nu.59.

Clausula quoscunque vtriusq; sexus, quid operetur? nu.60.

Illegitimis non conueniunt nomina ciuilia nu.61.

Nec nomen agnati. ibid.& nu.73.

Illegitimi non sunt nobiles, nec seruant nobilitatem patris, nec vti possunt insignibus, nec sunt de parentela nu.62.& 63.

Contrarium de consuetudine seruatur num. 64.& 65.66.67.68.70.78.79.

Vsus communis loquendi voluntatem vltimam interpretatur, non verborum proprietas nu.66.

Esse nobilem, & esse natum de patre nobili diuersa sunt nu.69.

Filius non dicitur de iure ciuili, qui ex vxore natus non fuit nu.71.

Timothei, & Ioannis Austriaci vox nu.72.

Legitimati non differunt à legitimis nu. 74.

Etiam quod ad agnationem num.75.& cur? nu.76.

Legitimatus fit nobilis nu.78.

Succedendi ius separatur à filiatione, & legitimatione nu.80.& 81.

Restrictio, quod ad modum succedendi apposita in legitimatione, nihil tangit legitimationem persona nu.81.

Qualitas natiuitatis de legitimo matrimonio, quando intelligatur repetita nu.82.& seq.87.& seq.

De particula item nu.83.& 84.

Specialiter dispositum prius per testatorem; non afficitur ex generali substitutione subsequente nu.85.

De dictione vt supra nu.86.

Repetitio excluditur ex diuersitate rationis nu.87.

Illegitimi sunt aliquando meliores n. 88.97.

Distinguitur inter conditionem, & electionem nu.89.97.

Spury virtute praditi excipiuntur à lege, & ad Rēp.administrandā admittuntur n.90.

In



IOANNES Ambrosius Paganus anno 1558. die 21. Nouembris condidit testamentum, in quo instituit heredem nobilem D. Petrum Antonium Paganum patruelem suum, & constituit in eius linea masculina legitima, & de legitimo matrimonio nata, & procreata perpetuum fideicommissum primogeniale; Ipsa autem deficiente, vltimo decedenti facultatem concessit eligendi vnum de parentela sua, scilicet de Paganis, qui ei succederet, permisitque eum variare, & iussit in vltima nominatione persisti; & vbi non facta hac electione moreretur, facultatem concessit DD. Deputatis Hospitalis Magni Mediolani eligendi personam probam de dicta sua agnatione, seu parentela, quæ ei succederet, rogando eos, vt diligentes essent,
1 in hac electione facienda, & in linea masculina legitima, & de legitimo matrimonio nata, & procreata istius electi, cum eadem facultate, simile fideicommissum primogeniale constituit.

Ex Petro Antonio natus est Cæsar, & ex Cæsare nati fuere Franciscus Paganus illegitimus ex ipso soluto, & Muliere nobili etiam soluta, quem legitimauit, & alter Petrus Antonius ex iustis nuptijs, qui ei in primogenitura successit.

Hic Petrus Antonius, cum sine filijs moreretur, nominauit Carolum Augustinum Paganum, & postea mutato consilio, nominauit Franciscum Paganum fratrem suum, qui possessionem bonorum primogenialium adeptus fuit.

Mortuo Petro Antonio, Carolus Augustinus mouit litem Francisco, prætendens primogenituram ad se spectare ex persona propria, quia esset agnatus de parentela, & electus ab vltimo defuncto, non obstante nominatione Francisci, quia cum is natus non esset, & procreatus de legitimo matrimonio, ab hac successione fuerit exclusus à Testatore, dum vocauit lineam masculinam Petri Antonij heredis sui legitimam, & de legiti-

gitimo matrimonio natam, & procreatam, & vltimo ex eo decedente sine filijs legitimis masculis, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis voluit electum à moriente, vel à DD. Deputatis Hospitalis Magni succedere; & de veritate vltimæ electionis factę à Petro Antonio vltimo moriente quęstionem mouit.

Re coram Senatu latè discussa referente Senatore Petro Petracino censuit bona primogenialia ad Carolum Augustinum pertinere.

Franciscus verò conquestus fuit de Senatu, eò quòd excluserit à voto duos Senatores, ex his, qui adfuerunt relationi nempè D.Senatorem à Basilicapetri, quia discussioni vnius articuli adesse non potuerit podagra impeditus; & D. Senatorem Putheobonellum, quia abe-
2 rat Reip.Causa, nec Senatus à D.Visitatore iussus, eius reditum, qui in dies sperabatur, expectare voluerit; & quia concesserit facultatem abstinendi D.Senatori Lambertengo, qui etiam relationi adfuerat, quia consanguineus esset Notarij rogati de secunda nominatione, qui accusatus à Carolo Augustino de falso, fuerat à Iudice absolutus; Cum tamen certum sit munus iudicandi necessarium esse; Itaque sententiam nullam, & iniustam coram S. E. professus est.

Senatus excitatus à S. E. vt diceret, cur ad votum admissi non fuerint DD. Senatores à Basilicapetri, & Putheobonellus, & cur permissum fuerit D. Senatori Lambertengo à voto abstinere, dixit se hæc omnia, re plenè considerata fecisse; paratum esse sententiam iam latam reuidere (quod vnicum remedium superesset Francisco ex dispositione Nou.Const. quæ, & nullitatem, & omnia alia iuris remedia aduersùs Senatus sententiam reijciunt.)

Cæterùm quia ex Nou.Const. dispositione sententia reuideri non poterat, nisi parito iudicato, quo facto vires non supererant Francisco Iudicium reuisionis prosequendi, excitatus denuò Senatus à S. E. quo modo huic impedimento occurri posset, nil aliud respondit, nisi se paratum, si hoc fuerit petitum, pro Iustitia prouidere.

Sed cum receptum sit ex *Surd. de alim. tit. 1. q. 120.* tunc demum litiganti prouideri de alimentis, & impensis litis, vbi tria concurrant; Inopia; quod agatur
3 de omnibus bonis, vel maiori parte; & quod præsumptio Iustitiæ pro eo sit; tametsi de inopia liqueat, & manifestum sit agi de omnibus bonis; Quod tamen attinet ad præsumptionem iustitiæ cum regulariter præsumptio sit pro Iudice, etiam si fuerit appellatum, & Senatus ipse Iudex fuerit, & Iudex futurus sit; ideò res egere altiori iudicio visa fuit, nec aliud superesse, quam Iudicium S. M. Cui soli sententiæ Senatus subsunt.

Iustitia igitur huius causæ pendet à persona Actoris, & persona Rei.

Testator iussit eligi virum probum de
4 sua Agnatione, seu parentela de Paganis.

Actor fundat suam intentionem, quod sit de familia de Paganis, & fuerit electus ab vltimo vocato, qui sine filijs decessit.

Reus primò se consanguineum Testatoris dicit, vti natum ex Cæsare filio Petri Antonij, quem Testator suum Patruelem dixit, & heredem instituit, secundò dicit se, quamuis illegitimum, ex consuetudine huius Prouinciæ de familia de Paganis nominari, & maiorum insignijs vti, magis verò ex legitimatione, ex qua etiam se agnatum prætendit, & tandem ait se electum fuisse primò à Cæsare, quo tempore filios ex legitima vxore nondum susceperat, & postea ab vltimo vocato, & vltimo loco.

Actori opponitur, plures Mediolani esse familias de Pagano; incertum autem esse, an eisdem, an diuersis insignijs vtantur; eisdem enim vti videntur, cum omnes habeant in eo Castrum, & in parte superiori Caput Mauri.

Non eisdem autem vti videntur, quia vnus habet caput Mauri cũ oculis aper-
5 tis, & Castrum coloris cærulei in Campo aureo.

Alius habet caput Mauri cum oculis velatis, cum Castro argenteo, & lilio

aureo

aureo in parte inferiori in Campo rubeo.

Alius habet caput Mauri cum oculis velatis, cum Castro argenteo in Campo rubeo, & in parte eminentiori habet Aquilam nigram in Campo aureo.

Alius demũ etiam habet caput Mauri cum oculis velatis, & Castrum rubeum in Campo argenteo,& in parte eminentiori habet etiam Aquilam nigram in Campo aureo.

Ex quibus apparet, quamuis in aliquo hæc insignia conueniant, in pluribus tamen differre, & omissis his, quæ addita fuisse ob merita maiorum dubitari posset quemadmodum lilium, & Aquila, vt apud *Cassan. in Catalogo glor. Mundi p. 1. consid. 49. & Riccium resol. 468.num.9.* vers. *neque, parte prima*. In eo tamen, quod pertinet ad substan. insignium valde differt in Campo nempe, & in Colore Castri, de quorum nobili-
6 tate latè disserunt *Bartol.de insig. à n. 24. ad 28.* & latiùs *Cassan. in Catalogo glor. Mundi p.1.consider.6 0.ad 69.* in qua agitur de Castro ex eo,quod in Castro pingitur,& in dictis terminis de iisdem corporibus, & diuersitate colorum scripsit *Paris.de Putheo de re milit.lib.6.tit.de insignijs nu. 8. & Cassan. in Catalogo glor. Mundi p.1.consid.38. concl.48. vers.octauus casus*.

Vnum enim habet Castrum Cæruleum in Campo aureo, duo habent Castrum album in Campo rubeo, & aliud habet Castrum rubeum in Campo argenteo. vide *Petram cons.3 1.*vbi latè, & præsertim *nu.22. Sicil. Arald. de signific. color. p. 1. Hier. de Ver... de honore milit. p.2.fol.mihi 97.*

Proindè non consequi eum esse de agnatione,seu parentela Testatoris,quia sit de familia de Paganis, nec ei ad hoc prodesse nominationem factam ab vltimo vocato, quia errare potuit,vel in interpretatione voluntatis Testatoris; vel in opinione, quod Actor esset de familia Testatoris, vel in vtroque.

Illud interesse inter familiam Petri Antonii, & Caroli Augustini, quod Petrus Antonius Auus Francisci erat Nobilis, & talis nominatur ab ipso Testatore in institutione; incertum autem esse; an Maiores Caroli Augustini eiusdem insigniis cum Testatore vterentur.

Aduersus Reum nil aliud obiicitur, quàm defectus natalium.

Quod attinet ad Actorem eius Aduocati crediderunt Carolum Augustinum esse de Agnatione Testatoris triplici ex capite.

7 Primò ex dispositione Statutorum Mediolani cap. 328. p. 1. in illis verbis. *Et intelligatur Agnatus si nominabitur de eadem parentela sub eodẽm cognomine nominata*.

Vt hoc argumentum explicemus; animaduertendum est verba illa: *et intelligatur*; Variè accipi in iure,aliquan-
8 do enim determinat, & aliquando præsumit iuxtà subiectam materiam.

Solet determinare, aliquando verum sequendo, aliquando contrà verum disponendo.

Hic secundum veritatem non determinat, cum agnati verè sint hi, qui ex eodẽm stipite per sexum masculinum descendunt.

Nec contra verum determinat, non fingendo, cùm nulla æquitas hoc postulet, sine qua lex non fingit.

Non exequendo quod fit, quando ea, quæ diuersa sunt ad paria iudicari lex decernit, quod non accidit iuxta proposita, cùm qui eodem cognomine vtuntur, agnati esse possint, & non possint.

Quare sequitur vt præsumat, quod tunc accidit, quando lex, id quod probabilius est, & communiter contingere solet, disponit.

Vide *Corn.cons.244.num.6. vol.3.Soc. Iun. in rubr. ff. sol.matr.num.55.Bal.in l. quantum 51.nu.4. ff. de his,qui notantur infamia. Signorin.cons.81.nu.5. Menoch. præsumpt.42.num.8. lib.3. Rim.Iun.cons. 617.nu.2.3.vol.6.*

Hanc igitur probabilitatem Statutum secutus est in his, quæ tendunt ad integrandam personam mulierum, de qua agitur in dicto Statuto, vti modici momenti.

Aliter tamen disposuit in materia successionis, de qua agitur in Stat.301.p.1.

Cuius hæc sunt concepta verba; *Agnati*
9 *intelliguntur esse, qui eodem nomine, et parentela nuncupantur, saluo quod in materia successionum intelligantur Agnati dumtaxat illi, qui sunt vsque ad septimum gradum*; nec iniuria, quia, cum In successione agatur de re graui, non censuit acquiescendum huic præsumptioni, sed veritatis probationem desiderauit.

Secundò. Existimant ideutitatem Cognominis sufficere, vt quis sit de eadem agnatione, seu parentela, etiam ad effectum succedendi, & ad hoc probandum Partium Aduocati multos scribentes cumularunt.

Vt hoc secundum argumentum explicemus distinguere opus est.

Aut enim quærimus, quando Testator de familia, aut agnatione loquitur, de qua familia loqui intelligatur, & in hac quæstione *Cinus* credidit intelligi loqui de familia ipsius Testatoris, eumque mouit charitas naturalis, quæ homines communiter mouere solet, vt suis fauere, & prouidere velint ex ratione Iustiniani vallata; Ibi; *Ne videatur Testator alienas successiones proprijs anteponere. In l. cum acutissimi 30. in fine C. de fideicom.*

Cuius sententiam probauerunt omnes vsque ad tempora *Bart.* vt ipse testatur *in l. filius fam. §. cum patern. 2. ff. de le-*
10 *gatis, et in l. peto §. fratre nu. 1. ff. de legatis* 2. vbi *Andreas Barb. in add. in litt. E.* testatur se ità Parmæ respondisse, & in *l. si cognatis nu. 2. ff. de rebus dubijs.*

Probauit etiam *Alexander cons. 213. nu. 1. vol. 6.* qui ob id respondit relictum vni ex familia de Turre, censeri relictum illi, qui erat de agnatione Testatoris, non autem qui ex alia, satisque esse credidit ad probandum, quem non esse de agnatione Testatoris, si non eadem insignia cum Testatore deferebat.

Probauit etiam *Socinus Sen.* inter *cons. Curtij Sen. cons. 40. nu. 14.* qui idem respondit in relicto facto familiæ Fontanę, quo in casu idem sensit *Alba cons. 483. num. 41. et seq. vol. 3.* vbi ait tale respondisse *Lancellot..... Gabriel.* inter consilia eiusdem *Alba cons. 484. n. 16. vol. 3.* Probauit etiam *Paris. consil. 51. nu. 10. vol. 2. et cons. 1. nu. 59. et 60. vol. 3.*

Probauit, *et Berous cons. 176. nu. 72. vol. 2.* qui ità receptum testatur, nec aliter respondendum, aut iudicandum est.

Probauit etiam *Menochius cons. 30. nu. 3. vol. 1. et 233. nu. 27. vol. 3. cons. 732. nu. 41. vol. 8. et cons. 1117. nu. 22. vol. 12. et cons. 1117. nu. 7.*

Probauit etiam *Surd. cons. 247. nu. 12. vol. 2.*

Probauit etiam *Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 20. et* 21. & in...... *et nu. 26.* vers. *eodem cons. 42. num.* 4. 57. *nu.* 3. vers. *moueantur vol. 5.*

Probauit etiam *Fusarius* in terminis electionis factæ vnius de alio Colonello, quam testatoris *cons. 107. num. 4.* & ne actum ab alijs agam ità receptum testatur *Mantica de coniectur. lib. 8. tit. 12. nu. 1. Peregr. art. 22. num. 20. Sim. Petra de interpret. vlt. volunt. lib. 3..... par. 3. dub. 1. fol. 6. nu. 27. qui, et num. 28.* confert ad casum nostrum, quando ex dispositione testatoris eligendus est vnus de familia, & diuersæ sunt familiæ, ait, eligendum vnum, qui sit de familia testatoris, & *Morsel. cons........ 213. vol. 6. Oddus de prohibit. alienat. quæst. 8. art. 3. num. 54. et artic. 5. nu. 64. et 82. Fusarius de fideicommissaria substitutione quæst. 353. num. 1.* qui infinitos huius sententiæ recenset, & ità respondet *Rhaudens. cons. 57. num. 1. vol. 13. nu. 8.* testatur ità iudicatum fuisse Mediolani à Magno Cancellario Danesio Filiodono, *Rouit. cons. 27. num. 14. 15. et 16. et in fine.* Ità in Rota Florentina iudicatum fuisse scriptum reliquit Viuianus in praxi *Iurispatron. lib. 4. c. 9. n. 1. Palma cons. 24. nu. 11. et seq.....*

Fateor tamen hic non agi de familia testatoris effectiua, quia filios non reliquit, sed instituit Nob. Petrum Antonium Paganum suum patruelem, sed quidem agi de familia contentiua; nempè de omni ea, quæ prouenit à communi stipite, in qua, & ipse testator continebatur.

Aut quærimus an ne constet Carolum Augustinum esse de agnatione testatoris, quia sit de familia de Paganis.

Sign. de Homod. cons. 81. nu. 5. Respondit non constare, quia, vt ipse ait, multæ

sunt

ſunt familiæ eiuſdem nominis, quæ nullo vinculo agnationis, nec conſanguineitatis iunctæ ſunt, & exemplum affert in ipſa familia Homodea, in qua ait, extare nonnullos, qui eodem cognomine vtuntur in Ciuitate Bergomi, & in Ciuitate Papiæ, quæ tamen agnatæ non ſunt, nec conſanguineæ, imò penitus extraneæ; *Et Signoroli* dictum probarunt *Menoch. præſumpt.*88. *nu.*18. *ad finem lib.*4. *conſ.*30.*nu.*13.*vol.*1.*conſ.*321.*nu.*14.*vol.*4.*conſ.*732.*nu.*10.*vol.*8.*et conſ.*1171.*nu.*19.*vol.*12.*Roger.conſ.*37.*n.*26.*art.*2.*Gallia conſ.*16.*num.*60.*Cyriac.contr.for.*281.*nu.*30.*par.*2.*Rhaud.conſ.*58.*nu.*16.*vol.*1.*et Io.Antonius Bellonus conſ.*45.*num.*55. & idem ſatis non eſſe ſi quis probet ſe eſſe de nomine Teſtatoris, niſi etiam ſe probet de eius progenie reſpondit *Alciat.conſ.*479.*num.*39.*et conſ.*479.*nu.*4. vbi ait non ſatis eſſe de familia de *Vbert.* niſi etiam probet ſe eſſe de progenie teſtatoris in *reſponſ. ſub dubia impreſſione reſp.*31.*num.*42.*et reſp.*50.*num.*9.*lib.*9. quem ſequitur *Cyriac.contr.forenſ.*281.*num.*31.*p.*2.

Aut postremò quæritur, an aliqua extet coniectura; quod teſtator voluerit eligi vnum de familia de Paganis, hac ſola ratione, quia eſſet de Paganis, licèt non eſſet ſibi ſanguine coniunctus, nec ijſdem inſignijs vteretur.

Vt hanc quæſtionem explicemus, duo ſunt obſeruanda; primò familiæ nomen multipliciter accipi in iure, vt
11 ſcripſit *Hier.Gabr.conſ.*132.*nu.*32.*vol.*1.*et Oddus de prohibita alienatione q.*8.*art.*2.*nu.*46.*cum ſeq.* In ſpecie verò moribus in quibuſdam locis receptum eſſe, vt veniant omnes, qui vtuntur eodem cognomine, & eiſdem inſignijs ſcripſit *Bart.in l.tutelas num.*5.*et ff.de cap.dimin.* Cuius dictum plures probarunt, quos nouiſſimè retulit *Peregrinus conſ.*47.*nu.*13.*vol.*2.*et Fuſar.de ſubſtit.q.*36.*num.*2. maiora dicit *d. Hieronymus Gabr. d.conſ.*132.*nu.*52.*vol.*1. qui ait venire omnes, qui ſunt eiuſdem cognominis, etiamſi non ſint ſanguine iuncti, idque comprobat ea ratione, quia cum teſtator vocat familiam, ad eam tantum reſpicere videtur, non autem ad perſonas, & ad hoc probantes plura adducit, in ſpecie verò *Text.* qui magis pro eo facere videtur *in l.cum ità* 55.*in fideicom.*ibi, *qui ex nomine defuncti fuerunt ff.de legatis* 2.

Alterum eſt Teſtatorem hoc in caſu non *curaſſe* in Caſu defectus lineæ maſculinæ primi heredis ſine filijs maſculis de proximitate, aut ordine ſuccedendi, ſed iuſſiſſe vnum eligi de ſua agnatione, ſeu parentela, quo in caſu non proximiorem, ſed etiam remotiorem eligere poſſe legitur *in l.vnum ex familia* 67.§.*ſi Falcidia ff.de leg.*2.

His præmiſſis, qui actoris partes tuētur, duas huius voluntatis afferunt coniecturas.

Alteram, quia Teſtator, vt Cæſar dixit, nullos alios habebat agnatos præter Petrum Antonium ſuum Patruelem, quem heredem inſtituit; Quare ſi eius linea finita, voluit vnum de Paganis eligi, neceſſum eſt dicere eum non reſpexiſſe ad agnationem, & conſanguinitatem, ſed ad ſolum cognomen de Paganis, vt in terminis reſpondit *Caphalus d. conſ.*606.*nu.*13.*cum ſeq.vol.*4.

Alteram verò, quia teſtator poſtquā iuſſiſſet eligi vnum de agnatione, ſeu parentela, vt ſe magis declararet addidit illa verba: *ſcilicet de Paganis.*

12 Ex quibus licet nomine agnationis non comprehendantur, niſi deſcendentes per ſexum maſculinum à communi ſtipite, nomine tamen parentelæ iuxta communem vſum loquendi Ciuitatis Mediolani conuenit omnibus, qui vtuntur eod. cognomine. Quamobrem cum hoc nomen parentelæ dupliciter Mediolani accipiatur.

Pro conſanguinitate, & pro identitate cognominis, ſequitur, teſtatorem addidiſſe illa verba *ſcilicet de Paganis*, vt oſtenderet ſe non accepiſſe verbum Parentelæ pro conſanguinitate, ſed pro identitate cognominis.

Idque videtur ſuaderi, quia teſtator non iuſſit propinquiorem ſuccedere eis ſolis, qui ſanguine iuncti ſunt, ſed iuſſit vnum eligi; electio autem non ſolum conuenit ſanguine iunctis, ſed etiam aperit viam ſuccedendi ijs, qui nullo ſanguinis vinculo iuncti ſunt, nec iure

sanguinis succedere poterant.

Vt hanc quęstionem explicemus pręsciendum est in his terminis ad exclusionem alienæ familiæ quamuis eiusdem cognominis respondisse, *Alex. dicto cons.* 213. *nu.* 1. *vol.* 6. *& cons.* 91. *num.* 5. *vol.* 7. in eo casu, in quo testator reliquerat vni *della Turre*, cui subscripsit *Simon Petrus de interpret. vlt. vol. lib.* 3. *interp.* 3. *dub.* 1. *sol.* 2. *nu.* 28. *& Peregr. de fideicom. art.* 22. *nu.* 36. vers. *contrarium, & nu.* ...... *& Marta cons.* 60. *num.* 15. Idem respondit *Socin. Sen. inter cons. Curtij Sen. cons.* 40. *nu.* 14. in eo, qui reliquerat illis *de Fontana*, quo in casu idem etiam responderunt *Lancellot. Decius, Ambrosius Opizzonus, & Daniel Landulphus*, & post eos *Alba cons.* 483. *nu.* 41. *& sequenti, & Gabriel inter cons. Albæ cons.* 484. *n.* 7. *vol.* 3.

Quod verò attinet ad nostrum testatorem idem videri respondendum, si quidem ipse vsus fuit his verbis: *de agnatione, & parentela mea scilicet de Paganis.*

Dum enim ait de agnatione, quicquid dici possit de nomine familiæ, aut Domus, comprehendit omnes per virilem sexum cum Testatore cõiunctos, vt
13 probatur *in l. vlt.* §. 1. *in fine ff. de gradibus affinitatum*, & latè scripsit *Fusar. de fideicom. q.* 351. *nũ.* 40. qui propterea *in qu.* 318. *nu.* 45. ait contineri omnes per virilem sexum à stipite descendentes.

Quod, & in specie respondit *Peregr. dicto cons.* 42. *nu.* 1. *cum seq. vol.* 5. ad exclusionem nonnullorum *de Castellanis*, qui licet vterentur eodem cognomine cum Testatore non erant tamen cum eo sanguine coniuncti; cum tamen Testator familiam, & agnationem de Castellanis vocasset.

Dum vero ait: *seu parentela*. Idem videtur respondendum; Parentelæ enim nomen prouenit à nomine parentum,
14 quod iuxta communem vsum loquendi comprehendit omnes sanguine coniunctos, vt latè probat *Tiraq. more suo de retract. Lignagier.* §. 1. *glosa* 8. *num.* 1. 2. 3. qui propterea ait *num.* 1. *ad fin. et num.* 2. parentelam accipi pro cognatione, & consanguinitate. Propterea *Menoch. dicta præsumpt.* 88. *nu.* 18. vers. *his satis intelligimus lib.* 4. ex hoc arguit excludi eos, qui licèt vtantur eodem cognomine, verumtamen non sunt consanguinei, dum his conceptis vtitur verbis, *His satis intelligimus eum dici de parentela alicuius, qui ei aliquo modo coniunctus est sanguine, non autem si nulla extat coniunctio, etiamsi eiusdem sit cognominis.*

Dum autem postremò vtitur illo pronomine „ mea „ id videtur respondendum, si quidem hoc pronomen distinguit meum ab alieno, vt proinde ostendit testatorem ad suam familiam se restringere voluisse, non autem ad alienam se extendere (cum omnis terminus distinctiuus restrictiuus sit, vt ait *Baldus in l. omnes populi* 7. *n.* 68. *ff. de Iustit. et iure*) licet eiusdem cognominis esset, vt docuerunt *Menoch. dicta præsumpt.* 88. *nu.* 2. *ad fin. lib.* 4. *et cons.* 1177. *num.* 5. *vol.* 12. *Marta cons.* 109. *num.* 14. *Fusar. cons.* 107. *num.* 8. qui loquitur in fortioribus terminis de eo, qui iusserat vnum eligi ex sua familia, & respondit non potuisse eligi vnum de alio Colonello eiusdem familiæ, quamuis omnes descenderent ab eodem stipite, & inuicem agnati essent,
15 & *Rouit. dicto cons.* 27. *num.* 22. eam enim esse vim huius pronominis affirmant, vt includat solam familiam effectiuam testatoris, exclusa non solum penitus extranea, sed etiam contentiua, *Viuian. in praxi Iurispatron. lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 11.

At verò Testatorem, qui voluit bona sua peruenire in familiam comprehendere voluisse, non solum familiam propriam, sed etiam alienam eiusdem cognominis videtur contra *Soc. Sen.* & alios supra relatos respondisse *Iason. cons.* 142 *num.* 25. 35. *ad finem, et* 38. *vol.* 2. quo in casu ita respondit *Curt. Sen. cons.* 63. *nu.* 17. cum enim in Ciuitate Placentiæ extent quatuor familiæ de Fontana, vna de Pauesijs, altera de Maluicinis, altera de Arsellis, & altera de Bandicis, & Reu. Andreas de Pauesijs de Fontana instituisset filios fratris, & vbi aliquis eorum decederet sine filijs legitimis, & naturalibus superuiuentes substituisset, postea prohibuisset in perpetuum alienationẽ bonorum suorum, quia volebat dicta bona conseruari, & remanere in Domo,

& fa-

& familia nobilium de Fontana fuit dubitatum an bona dicti fideicommissi ad filios heredum prædefunctorum pertineret.

Ad quod, & respondit *Curt.Sen.dicto cons.63.num.17.* qui addidit, & filios Liuiæ posse succedere in illis bonis, quia erant de familia Fontana, nec Testator se restrinxerat ad illos de Pauesijs tantum, sed geminatè, & deliberatè reiterauerat illa verba „*in Domo, et familia nobilium de Fontana*,„ & Maluicini erant ex Domo, & familia de Fontana, & alienatio, quæ fieret in illos, diceretur facta in Domo, & familia Nobilium de Fontana, & proinde nihil factum esse contra prohibitionem Testatoris; & iuxta hæc consilia iudicatum fuisse testatur. *Marius Anguissola cons.194.nu.12.*

Idem etiam accidisse in casu *Rouiti dicto cons. 27.* legitur apud *Antonium Monacum decis.71.et 72.* cum enim extarent duæ familiæ Picolomineæ, vna originaria, ex qua natus fuerat Pius II. Pontifex Maximus; Altera adoptata à dicto Pio II. qui descendebat à Laodomia sorore ipsius, & Iacobus Picolomineus natus ex Laodomia filijs suis institutis deficiente eorum linea masculina, sub-
16 stituisset Domum totam, & progeniem Picolomineam ex stirpe, & sanguine felicis memoriæ Pij II. & III.

Extincta linea masculina Iacobi dubitatum fuerat, an ad Picolomineos ex linea adoptiua, ex qua natus erat Testator, an ad omnem familiam Picolomineam, etiam originariam Castrum deuolueretur.

Qua in re Rouitius dicto *cons.27.* respondit Castrum pertinere ad familiam Testatoris, quia Testator semper intelligitur sensisse de eo, qui est sibi maiori affectione coniunctus, & prouisio Testatoris in dubio videtur facta secundum gradum iuris, vt ipse probat num. 18. & iuxta illius responsum iudicauit Rota Florentina.

Cæterùm in excussione facta in ipsa Rota Florentina contrarium defendit *Antonius Monacus decis. Florentina 71.* qui credidit ad vniuersam familiam Castrum pertinere, & rationes quibus motus contradixerat, latè recenset dicta *decis. 71. et 72.* Cum autem occasione Iurispatronatus Ecclesiæ Parochialis illius Castri orta fuisset denuo hæc controuersia, & Iudex Ordinarius Ecclesiæ Ilcinensis iudicio Rotæ Florentinæ motus pro familia adoptiua contra originariam iudicasset; Re ad Rotam Romanam per appellationem deuoluta, ipsa iuspatronatus dictæ Ecclesiæ non solum ad familiam testatoris, sed ad familiam originariam pertinere censuit, & re denuo proposita in eadem sententia perseuerauit, vt legitur inter dictas Decisiones Florentinas Antonij Monaci post *decis. 72.* & inter *decis.* collectas *à Farinacio decis.697.p.1.*

Idem videtur etiam sensisse Rota Romana relata inter *varias resolut. Antonini lib. 1. post resolutionem 82.* & à Viuiano *in praxi iurispatr.lib.4.c.9. nu.55.* Cum enim Pius V. constituisset Collegium insigne in Ciuitate Papiæ, & eius regimen credidisset tribus senioribus de familia sua Ghisleriorum oppidi Boschi, vnde ipse originem traxerat. Orta controuersia inter Ghislerios dicti Oppidi nonnulli probauerant se esse de eadem familia Ghisleriorum, ex qua natus erat Pius V. Alij verò necessariam non esse hanc probationem profitebantur, sed probauerant se esse de familia Ghisleriorum Oppidi Boschi Rota censuit ex omnibus Ghislerijs Oppidi Boschi, tres Seniores eligendos esse nulla habita ratione, an essent ex familia, ex qua ortus erat Pius V.

Idem etiam sensit Rota Romana in causa Senensi, in qua agebatur de Iurepatronatu reseruato à testatore familiæ Senensis de Marcijs, & satis esse crediderunt si concurrentes essent de familia Senensi de Marcijs, & vterentur eisdem insignijs, & pro talibus etiam habiti fuissent à testatore, ita enim legitur apud eumdem *Antoninum post dictam resol. 82. et Viuian.d.cap.9.num.55.*

Et idem etiam in eadem materia Iurispatronatus nouissimè differuit *Gratianus discept. forens.945.* vbi fuerat reseruatum seniori familiæ Florentiæ *n. 3. 14.& 16.p.4.& Io. Baptista Ciarlin. contron.*

*tron.Iuris c.*187.vbi referuatum erat iuspatronatus illis de Domo, seu Casata de Cadelupis, & sic differit à nu. 51.ad 56. concluditque satis esse si sit eiusdem cognominis, & deferat eadem insignia.

Idem etiam in fideicommisso videtur respondisse *Hier.Gabr.conf.*132.*q.6.num.* 58.*& 59.vol.*1. dum ait nomine familiæ censeri vocatos omnes, qui sunt eiusdem cognominis etiamsi non sint sanguine coniuncti, cuius responsum probarunt *Sesse dec.49.nu.19.p.1.Gratian. discept.forens.*945 *num.*3.*p.*4. *Io.Baptista Ciarl.contr.forens.c.*23.*nu.*16. Mouetur autem *Gabriel* ea ratione, quia testator, qui vocauit familiam nullam habuit rationem personarum, sed agnationis, & idem videtur vocasse omnes agnatos, & adducit ad hoc probandum *Ancharanum conf.*27.*nu.6.Ruin.conf.*110.*nu.*14. *vol.*2.*glossam, Bartolum, Baldum, & Castrensem in l.cum ita* 32.§.*in fideicomisso ff. de legatis* 2. vbi ait esse textum clarum, *& in l.pronunciatio* §. *item appellat ff. de verborum significatione, & Bart. in l. tutelas ff. de capit. diminutione*; Quo argumento etiam vtitur *Gratian.discept. forens.*945.*nu.*8.*p.*4. *& Io. Baptista Ciarlinus controuers.forens.d.cap.*23.*num.*16. *Vid.Menoch.conf.*633.*nu.*3.*vol.*7.

In casu autem nostro hoc videtur suaderi, quia Testator alios Agnatos non habebat proinde cum iusserit eligi vnũ de Agnatione, seu parentela sua, videtur magis respexisse nomen Agnationis, quam Agnationem ipsam, & ideò intellexisse de Agnatione nominis, non autem sanguinis, cum in agnatis sanguine verificari non possit, vt in simili respondit *Socin. Iun. conf.*172. *num.*5.*in fine,& num.*23.*&* 24.in eo, qui vocauerat filios cuiusdam Antonij, quem sciebat filios tunc non habere. Censeo voluisse vocari nascituros; in terminis verò nostris apertè respondit *Ceph. conf.* 606. *nu.*14. *cum seq.*

Quæ sententia maximè locum obtinet, quando constat in eodem loco extare diuersas familias eiusdem cognominis, vt contigit in casu, in quo con-
17 suluit *Socin. Sen. inter cons. Curtij Iunioris conf.*40.*num.*14.in quo Testator substituerat vnum de familia Fontana, & constabat in Ciuitate Placentiæ extare quatuor familias diuersas huius cognomenti, nempè Fontanam de Pauesis, Fontanam de Arcelis, Fontanam de Maluicinis, & Fontanam de Bandicis, quæ licet supponat in facto proposito *Curt.Sen. conf.* 63. *in principio*, eiusdem insignijs vti, verè tamẽ diuersis insignijs vtuntur *Gabriel. inter conf. Albæ d. conf.* 484.*num.*77.*vol.*3.

Ita enim scripsit *Menochius præsumptione* 15.*nu.*49.*lib.6.& d.conf.*1171.*nu.* 19.*vol.* 12. Idem etiam contigit in casu *Curtij Senioris conf.*17.*num.*10.vbi concessum fuerat Priuilegium legitimandi nobilibus de Castilioneo Mediolanensibus, & cum quis probasset se esse de Castilioneis, & prætenderet se posse legitimare, respondit *Curtius*, non constare eum esse de illis, quibus concessum fuerat Priuilegium, quia non probauerat se nobilem,& originem habere à Castilioneis nobilibus Mediolanensibus, cui subscripsit *Vincentius Paleottus, & Socin. Sen. conf. sequenti num.*2. *quod est conf.*246.*vol.*2.

Idemque etiam contigit *Menochio cõs.* 30. *num.*13. *vol.*1. vbi substitutus fuerat vnus de familia Thoueria, & constabat duas esse familias eiusdem cognomenti. Nempe vnam de Perie, & alteram de Sermegnæ.

Constat autem idem contingere in hac familia de Paganis ex diuersitate quatuor insignium, quibus Pagani Mediolanenses vtuntur, vt supra latè disseruimus, namq; ex diuersitate insignium,
18 diuersitatem familiarum probari respõdit *Alexander d.conf.*213.*nu.*1. *vol.*6. *& Gabriel* inter consilia *Albæ conf.* 484. *nu.* 77.*vol.*3.*Peregr.conf.*47.*nu.*13.*vol.*2.

Et licet, quando plus eodem cognomine, & eisdem insignibus vtuntur, maior ratio præsumendi oriri posset, vt ait *Menoch.dict.conf.*816.*n.*37.*in fine vol.*9. qui in hoc casu declarat *conf. Signor.Homodei*, quem sequitur *Fab. de Anna conf.* 110.*nu.*5. *vol.*2.& scripsit *Gratianus discept.forens.*645.*n.*20.*p.*4. Veruntamen, nec ob id præsumi identitatem agnationis, respondit *Iacobus Antonius Bellonus dicto*

dicto conf.45.nu.55.& conf.73. num.28.
vbi ait multos esse, qui licet vtantur eo-
dem cognomento, & ijsdem insignibus;
non tamen inter se sunt Agnati, imò ex-
tranei, quod & voluit ipse *Menochius d.*
præs.   nu.18.ad finem lib.4.& d.cons.
1171.nu.19. vol. 12. vbi exemplum af-
fert Mediolani in amplissima familia Vi-
cecomitum, & Papiæ in nobili familia
Beccharia, qui licet vtantur eodem co-
gnomine, & deferant eadem insignia,
tamen non sunt inuicem Agnati, & ita
in materia feudali respondit *Osasc. cons.*
8.num.36.& seq. scripsit *Gail. obser.149.*
num.1.lib.2. & passim iudicari in Camp.
Imper. testatur *Rosentalius de feudis cap.*
2.concl.27.nu.8.

Proinde non sequi illi sunt de Man-
fredis, ergo sunt de linea Testatoris res-
pondit *Riminal.iun.cons.258.num.7.vol.*
3. & pluribus similibus comprobat *Gal-*
lia d. cons.16. num.54. cum pluribus seq.

Cuius rei pulcram rationem ex prin-
cipijs naturalibus affert *Bald. in l.non*
Epist. C. de probat. dum vult literis non
probari consanguinitatem, quia vt ipse
ait nu. 13. consanguinitas ordinata est à
natura, & procedit ex naturalibus prin-
cipijs generationis, & ideo non proba-
tur accidentali sermone, cuius dictum
19 ad probandum ex instrumẽtis non pro-
bari consanguinitatem refert, & sequi-
tur *Io. Baptista Ferretus cons. 50. num. 6.*
Ex principijs moralibus verò deducitur
ex regula iuris satis vulgata, non probat
hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse,
iuxta *Text.in l.non hoc C.inde legit, & in*
c.in præsentia de probat.

Fateor nonnullos credidisse ex iden-
titate cognominis non probari, sed qui-
dem præsumi agnationem, & præsump-
tionem hanc adeo vrgere, vt ei standum
sit, donec probetur contrarium. Ita
enim respondit *Calcaneus cons.8. num.2.*
& cons. 9. num.2. Rubeus Alex. cons. 17.
num.16. Franciscus Aretinus cons.37.nu.
2.Ceph.cons.90.nu.18.vol.1.& cons.606.
20 *nu.10.vol.4.Menoch.d.cons.816.num.35.*
& 37.vol.9.Gratian. discep. forens. 645.
nu.16.parte 4.Vincent. de Anna alleg.57.
nu.20.& Fabius de Anna cons.80. nu.20.
vol.1.& cons.   nu.8. vol.2. Cuius rei
rationem affert *Ceph.d. cons.90. num.18.*
quia raro accidit eos, qui vtuntur eo-
dem cognomine, Agnatos non esse.

Sed vt veritas huius sententiæ eluceat
tria videntur obseruanda.

Primùm: non obtinere nisi identitati
cognominis accedat idẽtitas insignium,
vt videmus in casu *Calcan.* & legitur *d.*
21 *cons.8.nu.3.& d.cons.9. nu.2.* & animad-
uertit *Menoch.d.cons.816.num.37.ad fin.*
vol.9. vbi ita euitat *cons.Signor.81 .nu.5.*
quia nec minimum quidem verbum de
insignibus dixit, & in ijs terminis etiam
loquitur *Gratianus d.cons.645. num.16.*
tom.4. & iustè, cum ex diuersitate insi-
gnium diuersitatem familiæ probari res-
ponderit *Alex.d.cons.213. num.1. vol.6.*
& Gabriel inter cons. Albæ d.cons.484.nu.
77. vol. 4. incertum autem esse, quibus
insignibus Maiores Caroli Augustini
vterentur.

Deinde obseruandum est, nomen fa-
miliæ dupliciter accipi in genere, & in
specie, vt in ijs terminis distinxit *Me-*
noch. cons. 732. num.30. vol.8. & d.cons.
22 *1171.num.19.vol.12.* In genere quidem
pro omnibus, qui descendunt ex eodem
stipite, & vt loquuntur nostri scribentes
contentiuè, quo in casu multum pro-
desset hæc coniectura Carolo Augusti-
no si eius Maiores eisdẽ insignibus cum
Testatore vsi fuissent; Vrget enim val-
dè, cum cognomen, & insignia à stipite
ad omnes, & solos suos descendentes,
non heredes transmittant, vt scripsit
Bart.de insign.& armis nu.10.& Menoch.
cons. 30. num. 1. vol. 1. nisi homines ali-
quando in alienas familias intrent, vel
adoptione, vel Principis concessione,
vel dispositione Testatorum, vel etiam
vsurpatione. In specie verò quatenus
agitur de familia cuiuslibet à stipite de-
scendentis, quam effectiuam dicimus,
quo in casu cessat hæc presumptio. Cùm
& familiæ aliorum, quæ ab eodem stipi-
te descendunt eodem cognomine, & in-
signibus vtantur; Quamobrem in feudis
hæc coniectura cessat, vt supra dixi, &
auctoritate *Osaschi, Gaili, & Rosentalli*
probaui, nam in eo non attenditur stipes
familiæ, sed persona Inuestiti, nisi con-
tingat eandem esse personam stipitis, &

inue-

inuestiti, & in hoc casu intrat dictum *Rim. Iun. d. cons.* 258. *nu.* 7. *vol.* 3. non valere argumentum: est de familia Manfredi, ergo est de linea illius.

Demùm obseruandum est hanc coniecturam multum prodesse, quando nullum extat vestigium diuersitatis familiarum, & proinde *Fab. de Anna d. cons.* 80. *n.* 8. *vol.* 1. respondet hanc esse coniecturam vnitatis familiæ, magis verò, quando huius vnitatis familiæ communis extaret opinio, vt accidit in casu *Calcauci*, & legitur *in cons.* 8. *nu.* 6. *&* 7. *& in cons. Rubei Alexandrini* 17. *nu.* 16. *& Franc. Aretin. d. cons.* 37. *nu.* 2. *Ceph. d. cons.* 606. *num.* 10. *vol.* 4. *& Menochius d. cons.* 816. *num.* 33. *vol.* 9. At multò magis, quando etiam alia accederent, vt in casu *Calcan.* in quo Testator non semel, quem nominauerat vti de sua progenie, vt legitur *in d. cons.* 8. *num.* 2. *& cons.* 9. *num.* 1. *Ceph. d. cons.* 90. *nu.* 23. *vol.* 1. vbi non solum erat commune cognomen, sed etiã feudum ex eadem Inuestitura, & in casu *Menoch. cons.* 816. *vol.* 9. *vbi num.* 31. 42. 45. *&* 47. multa ad hoc recenset. At quando constar de diuersitate familiæ cessat omninò hæc coniectura, siue id constet ratione adiuncti, vt in illa de Fontana supra relata obseruarunt *Menoch. d. præsumpt.* 15. *num.* 49. *lib.* 6. *& d. cons.* 1171. *nu.* 19. *vol.* 12. siue ratione diuersitatis insignium, vt respondit *Alex. d. cons.* 213. *num.* 1. *vol.* 6. *& Gabriel.* inter *cons. Albæ cons.* 484. *nu.* 77. *vol.* 3. quo in casu res nostra versatur.

Superest tantum explicanda alia difficultas, quæ oritur ex gestis à Petro Antonio Pagano vltimo ex vocatis, dum tutelam Caroli Augustini, vti proximior eius Agnatus suscepit, dumque eum nominauit, vti vnum ex vocatis in Testamento Ioannis Ambrosij.

Vt hanc explicemus animaduerti debet, non omninò factum respondere his, 23 quæ gessit vltimus vocatus, siquidem Cæsar Pater vltimi vocati, cum impubes relictus à Patre fuisset sub matris tutela multa fecit Instrumenta cum consensu cognatorum, quia vt ipse, & Mater iurarunt nullos habebat Agnatos, & ipse cum ex Adolescentula nobili Franciscum suscepisset, eumq; legitimare vellet inter cætera professus est se Agnatos non habere; Aut enim volumus Cæsarem verum dixisse, & cessat omnis difficultas, aut errasse, & tunc videndum quis verosimilius errare potuerit, Cæsar ne, & eius Mater, quæ vixerat tempore Testatoris, & Petri Antonij primi heredis, an Petrus Antonius secundus filius Cæsaris, qui natus fuit triginta, & amplius annos post mortem Testatoris; sanè vel neutri credendum, vel minus Petro Antonio filio Cæsaris, qui verosimilius errare potuit, quam Cæsar, & Mater, qui magis de veritate edocti esse poterant.

In iure autem grauato, qui aliquem Agnatum suum dixit, credendum non esse in præiudicium substituti, respondit *Gallia d. cons.* 16. *nu.* 46. *&* 47. *& Rhaud. d. cons.* 58. *nu.* 12. *&* 27. *vol.* 1. qui eam rationem affert, ne grauatus nominando, quem Agnatum, qui verè extraneus sit priuaret alios vocatos à successione sibi debita, vel sciens, & prudens, quod mihi suadere non possum, vel per errorem, quòd credibilius videtur, cum agatur de grauato nato, qui nec Testatorem nouit, nec post cursum tanti temporis scire poterat, quos Agnatos haberet, vt respondit *Io. Antonius Bellonus d. cons.* 45. *num.* 59. vers. *omnes autem*: quòd dictum sit, quoad enunciata in suscipienda tutela, nam quoad nominationem, non solùm potuit errare in qualitate agnationis, vt dictum est, sed etiam in interpretanda volũtate Testatoris, quod nempè loqueretur de vno genere agnationis, seu parentelæ, cum de alio loqueretur, quam tamen voluntatem, vti non primus, nec secundus heres, sed tertius, qui non nouerat testatorem, & post eius mortem natus erat, non potuit declarare, vt latè respondit *Menoch. cons.* 636. *num.* 36. vers. *hic casus vol.* 7. & latè confirmauit *Ricciardus inter Consilia Fusarij cons.* 169. *nu.* 137.

Hactenus de persona Actoris; nunc de persona Rei.

Opponitur defectus natalium, quia semper Testator filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos,

tos, & procreatos posuerit in conditione; & etiam in substitutione filiorum primogenitorum heredi facta.

Antequam hanc quæstionem aggrediar, bonum existimaui, duo facere: Primum proponere quales fuerint natales huius Rei, si nudum factum attendamus; Alterum relicto fori stylo, interpretis munere aliquantulùm fungi, vt quædam iurisprudentiæ arcana aperiã, quibus hæc causa nititur.

Quod attinet ad factum, proponitur, patrem huius Rei vxorem duxisse, & cum ea vixisse per annos quindecim, nulla prole suscepta; mortua vxore contraxisse sponsalia cum nobili adolescentula solemniter, nempè cum patre, & fratribus ipsius etiam Dote conuenta, cæterùm cum Ruri vterque habitaret, sponsum vi eam compressisse, & postea spe matrimonij cum ea versatum fuisse, ità vt affectu maritali cum ea hunc Reũ genuerit, quem nobiliter educatum in spem totius hereditatis, ex testamento successorem nominauit; Cæterùm postea de aliis nuptiis cogitasse; quod sponsa intelligens, cum videret frustra se conqueri, vti à viro prodita, se recepit in Domum fratris, in qua semper honestè, castèq; vixit vsq; ad obitum.

Hæc in facto,

Nunc interpretis quæso munere fungamur, & videamus, qua ratione Legislatores moti fuerint ad excludendum filios illegitimos à successione parentum. Facile respondebit aliquis Iusti-
24 nianum *in l.fin.C.de naturalibus lib.* eam attulisse his verbis: *filijs enim naturalibus relinqui constitutiones prohibuerunt, quia vitium paternum refrænandum esse existimauerunt*; quod *Gothofred.* de vitio incontinentiæ paternæ intellexit; alii verò magis respexerunt effectus incontinentiæ, quia nempè si licet naturalibus tantum relinquere, quantum legitimis, veri matrimonij cogitationem quisque abijceret contentus vsu concubinæ, ex qua nec amicitiæ minus speraret, nec voluptatis, & fortasse plus aliquantò, sanè quidem multò magis, & libertatis, & licentiæ, vt considerauit *Franciscus Conanus in comm. iur. ciuil. lib.10.cap.1.nu.3.* vers. *filijs enim*; quem secutus est *Hippolytus Rimin. cons.225. nu.10.vol.2.*

Cum enim Ciuitates conditæ fuissent, vt vagos concubitus euitarent, & homines ad matrimonia inuitarẽt, filios
25 natos ex iniustis nuptijs excluserunt ab hereditate, à Domo, & familia, & nobilitate generis, vt pulchrè disserit *Ioan. Casus in sua sphæra Ciuitatis lib.4.cap.6.* & ex nostris *Franciscus Aret. in l. Gallus 59.§.si is nu.33.* vers. *sed illud dictum ff. de liber.& posth. Ruin.cons.70.nu.1.* vers. *sed non vol.3.& Rimnald.Iun. cons.558. nu.14.ad finem vol.5.*

Hocque factum fuisse, vt maius malum euitarent scripsit idem *Ioan.Casus in sua sphæra Ciuitatis lib.4.cap.6. in prima opposit.* Nec iniustum, dici posse, quia ad puniendum priuatiuè, sufficit culpa Patris; ad castigandum verò desideratur culpa filij, vt ipse ratiocinatur in secunda oppositione, hacque lege vsos fuisse Romanos, Athenienses, Lacedæmonios, aliosque Populos scriptum reliquit.

Cæterùm existimo hanc rationem mouisse quidem Legislatorem, vt Reipublicæ consuleret, sed non ea nixum fuisse ad excludendos huiusmodi filios à successione; etenim nec iuri, nec miserationi conueniret; Non iuri, quia hic filius non peccauit, sed pater, vt ex Diuo Hieronymo obseruauit *Gratian. in cap. nasci 5. dist. 56.* & proinde iustum non videtur filium propatre punire, *l.2. §.nullum ff. de Decurionibus*; clarũ enim est pœnam suos auctores egredi non debere, & iniquum esse innoxios tanquam peccantes punire, vt in his terminis obseruauit Excellentiss. Vir *Gabriel.Paleot. de noth.& spurijs cap.54.nu.10.ad finem, & n.12.* Non miserationi, quia *Iustinianus ipse in l. legem Anastasij 7.C. eodem,* his verbis hoc exprimit *monente misericordia, quia indigni non sunt, qui alieno vitio laborant*.

Non ita Solon Atheniensium Legislator, à quibus Romani suas leges acceperunt, hic enim, vt scripsit Plutarchus, in eius vita cum Atheniensibus leges daret, & videret propter libertatem, & securitatem confluentibus hominibus

Atticam compleri, agrum autem ferè infæcundum, malignumque, eos verò, qui mare exercent nihil solere importare, his, qui nil reddere habebant, tra-
26 duxit ad artificia Ciues, tulitq; legem, vt filius parentem, qui docuisset artem, cogeretur alere; cæterum ab hac obligatione alendi patrem, filios meretricum, quibus artem pater docuisset, exemit, vt vitium paternæ incontinentiæ refrænaret, vt idem Plutarchus ait his verbis, *illud verò iam durius, quod ad alendos parentes non astringerentur, vt auctor est Ponticus Heraclides ex meretricibus procreati, quippe nuptiarum decus, qui prætereat, profitetur se non liberorum gratia, sed voluptatis adsciscere mulierem, habetque mercedem suam, neque locum sibi querendi reliquit de genitis, quibus ipsam probrosam reddidit natiuitatem*, cuius legem etiam ex nostris retulit Pandulphus Prateus in sua veteri Iurisprudentia de legibus Solon leg. 6.

At *Albertus Magnus*, cuius meminit *Ioãnes à Turre Cremata cauf. 35. q. 7. verf. ad fecundum*, ait, hoc fieri non in pænam patris, vt in filio puniatur; nam vt ait *Paulus lib. 2. ad edict.* relatus in *l. his qui quidem* 8. §. *vlt. ff. quod metus causa,*
27 *pro effectu parentes magis in liberis terrentur, & propterea Antonius Queta conf. 67. num. 10. verf. merito*, respondit filios illegitimos arceri à fucceffione odio patris, non autem fauore venientium ab inteftato, quod, & refpondit *Decian. refponf. 19. num. 35. vol. 1. & refpon. 40. num. 38. vol. 3.* & quia spurijs legare nòn possumus, non eorum vitio, quia non præsumuntur ex nostris, vt ait *Baldus in conf. 456. num. 9. vol. 5.* Mouentur autem Albertus Magnus illis verbis Exodi 20. num. 3. relatis in cap. *nifi* 14. §. *perfona de renunciatione. Ego fum Deus Zelotes vindicans peccata in filios*, hoc enim de pœna temporali ait intelligi, & ita facere legem, quæ punit natiuitatem vnius vt ab altero caueatur talis illicitus concubitus. Nec obftare filium damno affici ob delictum patris, quia hoc procedit in naturalibus, quia naturalia currunt curfu neceffario, non autem in voluntarijs, qualia funt dare, vel non dare fucceffionem.

Sed non tollit obiectum, admittimus enim & nos legem, poffe puniri filium in bonis temporalibus pro delicto pa-
28 tris, vt pulcrè probat *Gutierez. Canon. quæft. lib. 2. cap. 3. num. 25. cum fequen.* fed quærimus, qua ratione cum lex poffet punire patrem in fe ipfum maluerit eum punire in filio, quam in fe ipfo.

Ioannes ipfe à Turre Cremata dict. cauf. 35. quæft. 7. verf. *ad fecundum* ex Doctrina Diui Thomæ refpondit hanc legem antiquam effe; legimus enim *Genefis c. 25.* Abrahamum dediffe omnia bona fua Ifaaco filio Saræ vxoris fuæ, filijs autem concubinarum largitum fuiffe munera; ficque fupponit fucceffionem patris, non omnibus filijs, fed natis ex iuftis nuptijs referuatam effe, & proinde dici non poffe priuari in pœnam, ficuti non dicimus, quod fit pœna alicui, quòd non fuccedit in Regno aliquo per hoc, quòd non eft filius Regis, cuius fententiam probauit *Francifcus Sarmientus felect. interpret. lib. p. cap. 3. num. 11.* verf. *nam, & inquit Menoch. conf. 285. num. 14. vol. 3.* qui exiftimat hoc effe de iure diuino, cui non affentitur *Gab. Paleot. de noth. & fpur. cap. 54. n. 8.* qui ait ex confuetudine quadam ita fe habuiffe, idque latè confirmat.

Sed nec iftud tollit obiectum, tùm quia non defuerunt, qui illius facti Abrahæ aliam rationem attulerunt, quos infra referam; tùm etiam quia, tametfi admitteremus fucceffionẽ eo tempore fuiffe referuatam filijs legitimis, adhùc ignotum effet, qua ratione id factum fit, cum fecundum naturam nulla fit differentia inter legitimos, & naturales quippe funt caro ex carne, fanguis
29 ex fanguine, os ex offibus patris, prout legitimi, vt ait *Peregrin conf. 54. num. 5. vol. 2.*

Rationem, vt opinor, huius rei indicat Iuftinianus in *d. l. fin. C. de natur. lib.* ad finem ibi: *fi quis huiufmodi vocabulum in tàm degeneres homines extendere maluerit*, nam, & Bald. ibi ait naturales filios non dici de genere, fed degeneres, cuius dictum recenfet *Riminal.*

iun.

*iun.cons.*442. *num.*12. *ad fin.vol.*4. *& Iacobus Cuiacius nouel.*18. *col.pen. in princ.* ait hos communi nomine *bastardos* appellari à *Germanio Bancard.* id est, de-
30 generis ingenij, cuius meminit *Gotofred. ad d. l.fin. C. de nat. lib.* in verbo *degeneres*, quamuis non à nomine Germanico Bancar. vt *Cuiac.* sed *Busart.* eiusdem sensus vulgo nominari existimauerit, qua ratione, & *Bonifac. Martyr. scribens* Echeldobaldo Regi Anglorum *in c. si gens* 10. *dist.* 56. Cuius etiam meminit Iuo *lib.* 8. *cap.* 224. scripsit de tali commixtione meretricum degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine procreari, quem locum etiam, obseruauit hanc ad rem *Bald. in l. vnica num.* 9. *C. de ijs, quæ pæna nomine. Decius cons.* 602.*nu.*26. *vol.*2.*Decian. respons.*92. *nu.* 20. *& sequenti vol.* 2. *Riminal. iun. cons.* 442. *num.*53. *vol.*4.*& Didac. à Spino in special. testam. gloss.* 16.*num.*7. Proinde *Bald. in cap. innotuit* 20. *num.*24. *de electione* scripsit, nobilitatem patris non posse filios degeneres nobiles efficere, & idem *Bald. cons.*217.*num.*7. *vol* 2. respondit, principem, qui concessit in emphiteusim nobilissimum Castrum noluisse spurium succedere, quia, vt ipse ait, isti degenerant, iuxta *d. l. fin. in fine C. de natur. liber.* ita autem *nothos* appellari ait *Petrus Gregor. in syntagmate Iuris Ciuilis lib.*45. *cap.*6. *num.*5. quia deturpant familias, & pessimis moribus prædit, vt plerumque degeneres fiant, & *Gabriel. Palcot. de noth. & spur. cap.*60. *num.*9. ait, apud Gallos spurios vti insignibus maiorum addita linea incipiente à sinistra, & in dexteram partem descendente, postea subdit, hoc esse degeneris sanguinis argumentum, & *q.*61. *num.* 7. credidit hos nec nobiles esse, nec patris gentem, familiam, domumue sequi, quia degeneres sint, quod etiam sensit *Ioannes Casus in sua sphera Ciuitat. lib.* 4. *cap.*6. vers. *pratereà*, & ex nostris voluit *Peregr. de fideicom. art.*22. *num.*84. *& cons.*41. *num.*9. *vol. p.* & cons. 67. *num.*7. *vol.*2. hac que etiam ratione naturales in Feudis non succedere, quia degeneres sint scriptis *Vrsisin. de succes. Feudi p.p.q.* 2. *art.p. nu.*18. & hæc fuit ratio Philonis Iudæi, & Diui Augustini, quos infra recensebo.

Nec alia ratione, vt opinor, Vlpian in *l. facto* 17. §. *si quis rogatus ff. ad Trebell.* dissensit à Papiniano, qui voluit naturalem filium efficere, vt deficiat con-
31 ditio, si sine liberis decesserit, Vlpianus verò credidit voluntatis quæstionem esse de qualibus liberis Testator senserit, idque colligi ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione eius, qui fideicommisit, nempè, vt filios degeneres sibi succedere noluerit, vt satis indicat verbum illud: qualibus; quod respicit qualitatem filij nempè degenerantis à maioribus suis.

Restat nunc vt videamus qua ratione hi filij sint degeneres, & quare vti degeneres à successione arceantur.

De primo quare hi filij sint degeneres latè agit *Ioan. à Turre Cremata* in d. c. *si gens* 10. *dist.*56. *num.*1. tribusque rationibus hoc succedere existimat, Primò
32 quia hi filij sequuntur, & imitantur mores matrum, à quibus corpus contrahunt, & quarum lacte nutriuntur; Secundò quia sic nati minori cura educantur, & inter viles abijciuntur à patribus incerti, & suspecti; Tertiò quia in offensam Dei, & contemptum matrimonij patres Fornicarij generant, & proinde in abiectione, & vilitate filiorum puniuntur.

Prima ratio à natura prouenit, probaturque ab *Isidoro lib.* 9. *cap.* 5. quem ex nostris refert *Reinandus ad Instit. de nupt.* §. *si aduersus num.*4. *col.*2. dum ait: *nota hic eum nothum dici, qui de Patre nobili, & Matre ignobili natus est, sicuti ex concubina, vt sunt ij quos vulgo naturales appellamus, & ideò suum effectum ferè semper operatur*, itaque *Decian. respons.*92. *num.*21. *vers. adde vol.*2. voluit natum ex viro nobili, & ex quadam muliercula villica comitatensi vilissimorum, & rusticorum morum futurum, idque probat ex *l. nati* 29. *C. de Decurionibus, lib.* 10. vbi agitur de natis ex matrimonio inter Patrem Decurionem, & Inquilinam Domus suæ, & ait non patris sui, verum matris conditionem sequi, & ex *l. hi qui ex filiabus C. de Muri-*

legalis ibi, iura materna cõditionis agnoscant, & ex *l. ne diutius* 21. ibi: matris *suæ* ventrem sequatur, & ex *l. fin. Is maternæ conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem C. de agricolis, & censitis, & ex l. ex ingenuo 4. C. de Agricolis, & mancipijs lib.* 11. ibi: origini, ex qua matres eorum sunt, facies deputari. Proinde *Ioan. Vamus in suo cron. Hisp.* anno 509. ad fin. cum mortuo Alarico Gesalaricus frater eius Enrici Regis ex Concubina filius Nerbonæ creatus Rex esset, subiungit ad illius mores indicandos hæc verba, *hic vti ignobili matre editus, ita animo degener extitit*. Nam & *Plutarc.* in suo libello de liberis educandis ait: *ergo, qui parentes fieri cupiunt laude dignorum liberum, ijs ego quidem hoc consulerem, ne cum quibusnis mulieribus rem haberent, quales inquam sunt meretrices, & pellices, quorum enim vel à patre, vel à matre aliquid vitij habent natales, eos per omnem vitam opprobria commitantur, quæ elui nullo modo possunt, suntque in promptu vitia ista si qui afficere eos ignominia volunt*. Quamobrem *Mutius Pius* ad *Tacitum considerat* 226. interpretando illa Taciti verba lib. p. annalium, vbi loquẽs de Iulia Augusti filia nupta Tiberio ait *spreueratque vti imparem*, vltra alia incommoda matrimonij inæqualis, vnum, & præcipuum recenset, quia vir videtur contaminare suum sanguinem, & eius dignitatem minuere, dum vxorem se minorem ducendo periculo se exponit filios degeneres relinquendi, vt enim ait *Baldus in l. fin. num. 4. C. de seruis fugitiuis*, licèt filij sequantur nobilitatem patris, cum eius semen deseruiat pro forma, tamen si mater quod ad dignitatem cedat Marito, cedet & partus, quia, vt ipse ait, omne compositum participat de forma, & materia, cuius dictum probauit *Aluarot. in tit. quis dicatur Dux cap. p. §. cæteri num. 7. & Decian. d. cons. 92. num. 22. vol. 2.* Nam & Macedones, vt scripsit Quintus Curtius lib. 8. valde indignati sunt, cum viderunt Alexandrum Magnum Roxanem Persam è nobili quidem, sed non Regio sanguine ortam desponsare, vti è captiua geniturus, qui victoribus imperaret, seu si filij nascituri non magni Alexandri virtutem, sed matris consecuturi essent, qua ratione, & *Tiraq. de Nobil. c. 8. à nu. 35.* vsque *ad num. 38.* latissimè disserit, quantum prosit in generatione nobilitas materni generis, & nouissimè de hoc concursu maris, & fœminæ ad generationem scripsit *Petrus Matheatius de origine rerum cap. 49.*

Cæterùm hæc ratio in hoc filio cessat cum ex patre, & matre æquè nobili natus sit, vt pater ipse in sua legitimatione testatur, dum ait filium natum esse ex se, & Nobili D. *della P.* & quamuis receptum sit hos filios matrem sequi *ex l. cum legitimè 19. & l. lex natura 24.* vbi
33 *scribentes ff.* de statu hominum, non defuerunt tamen, qui crediderunt eos sequi matrem etiam, quoad nobilitatem, ita enim docuit *Mercer. obseruat. lib. 2. cap. 9.* cuius tamen opinio singularis videtur: cæterum scribentes nostri sensisse, aliter agendum esse cum filijs illegitimis, quando nati sunt ex parentibus nobilibus vbi sint legitimati, vt hic fuit legitimatus, quam cum alijs, ita enim scripserunt *Ruin. cons. 76. num. 13. vers. quod declaratur vol. 3. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. art. 10. num. 37.* Rustic. *ad l. cum auus lib. 2. cap. 114.*

Secunda ratio, quam etiam probauit *Ioan. Casus in sua sphara Ciuit. lib. 4. cap. 6.* vers. *nunc istud*, obtinet per accidens, deducitur enim à communitèr accidentibus, quia, vt plurimùm huiusmodi filij abiectè educantur, secus fortasse futurum, si nobilitèr educarentur. Legitimus si quidem apud *Liuium lib. p. de Seruio Tullo* (qui postea fuit Rex Romanorum) ex Ancilla nato, cum Tanaquil, puero Dormienti caput ardere videret, & eo experrecto cum somno flammam abire Tarquinio Prisco eius viro dixit: *vides ne tu puerum hunc, quem tàm humili cultu educamus? scire licet hunc columen rebus nostris dubijs futurum, præsidiumque Regiæ afflictæ proinde materiem ingentis publicæ, priuatique decoris omni indulgentia nostra nutriamus*; inde puerum liberorum loco cœptum haberi, erudirique artibus, quibus ingenia

nia ad magnæ fortunæ cultum excitantur, & euenit facile, quod Dijs cordi eſſet, iuuenis enim euaſit veræ indolis Regiæ.

Verùm, & hæc ſecunda ratio in hoc filio locum non habet cum à Patre fuerit (vt eius verbis vtar in legitimatione) liberalitèr educatus, & ex rebus ab eo
34 geſtis, & domi, & foris, & pace, & bello, & terra, & mari, & in Italia, & in Belgio, & in Germania, & apud Heluetios, & in claſſe magni Ducis Hetruriæ, & Bizantii in Regia Turcharum, & Hiſpanijs in Regia Potentiſſimi Regis noſtri conſtet, ipſum nobilitati ſuæ educationis, & maiorum reſpondiſſe, & Regi ſuo, & Patriæ, & vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ, quantum in ſe fuit profuiſſe.

Tertia, non eſt ratio, quare filij ſint degeneres, ſed quare vti degeneres à lege tractentur, & ideò prouenit à lege, non à natura, nec ab educatione, vt probauimus, nec à Deo. Nam Diuus Hieronymus relatus in cap. naſci 5. diſtinc. 56. ait *naſci ex adulterio non eſt illius culpa qui naſcitur, ſed illius qui generat*, poſtea ſequitur, *quomodo in ſeminibus*
35 *non peccat terra, quæ fouet, non ſemen quod in ſulcis iacitur, non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant, ſed fur, & latro, qui fraude, & vi rapit ſemina, ſic in generatione hominum recipit terra, id eſt vterus, quod ſuum eſt receptum confouet, confotum corporat, in membra diſtinguit, & inter illas ſecretas ventris anguſtias Dei manus ſemper operatur, idemq; eſt corporis creator, & animæ*, Proinde Diuus Augustinus in cap. vndecunque 3. diſtinc. 56. ſcripſit: *Vndecunque homines naſcantur ſi parentum vitia non ſectantur, & Deum rectè colant, honeſti, & ſalui erunt*, & Ioannes Chriſoſtomus in cap. nunquam 4. eadem diſtinct. ait *natum ex meretrice, Adultera, ſi propria virtute decoretur, parentum ſuorum non dedecoratur opprobrÿs*, poſtea ſequitur, *non eſt omninò, nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus, nemo inde verè, aut obſcurus, aut clarus eſt*.

Propterea idem Ioannes à Turre Cremata in d. cap. ſi gens num. p. diſtinc. 56. ait *vndè nati ex meretricio à ſacris miniſterÿs merito propter eorum vilitatem repelluntur, niſi eorum vita probitas, & amor honeſtatis, & vita bona eos digniores reddat*, & ad finem ait *de illicito coitu nati, ſi mali ſunt, non ſunt promouendi, ſi boni, ex diſpenſatione promouentur*. Ideò autem dixit ex diſpenſatione, quia ſi boni ſunt, non vitium natalium aſſiſtit, ſed lex tantùm reſiſtit.

Quinimmò, & Sarmientus Select. interpret. lib. p. cap. 5. ad fin. dixit *non crimen eſt habere Patrem impium, ſed imitari Patris impietatem, ideò quando perſona, quæ ex parentum culpa potiùs, quam ſua defectum patitur, eſt virtute, & moribus clara, licita, imò debita erit legis diſpenſatio* in quo obſeruanda ſunt illa verba: *imò debita:* ex quibus colligitur diſpenſationem non ſolùm eſſe licitam, & voluntariam, ſed etiam ex obligatione Iuſtitiæ debitam, ita quidem, vt *Petrus Antonius Gambar. de auctoritate legati de latere lib. 7. nu. 44.* ſcripſerit eum, qui cum tali non diſpenſat, iniuſtum eſſe, cum hæc omnia pro bono publico
36 fuerint introducta, vt ipſe probat nu. *36.* & 37. cum ſequentibus, & num. 106. dicit eum, qui cum tali non diſpenſat, iniuriam facere. Cuius rei exemplum nobile habemus in Franciſco I. Sfortia Mediolani Duce, cum enim quidam vir magnus eius natalia accuſaſſet, reſpondit, *quæ mihi culpa ex mea genitura adſcribi poteſt, cum eo tempore ſucceſſerit, quo eam nec iuſtam facere, nec prohibere poteram. Ego verò ita vixerim, vt de rebus à me geſtis à nemine reprahendi poſſim*, vt ex Auct. hiſt. Florentinæ retu-
37 lit Darius Attendolus de duel. lib. p. cap. 14.

Itaque cum hic filius ita vixerit, vt & paternæ nobilitati reſponderit, & morum honeſtas in eo accuſari non poſſit, nec hac tertia ratione iudicari poteſt, à maioribus degeneraſſe immò maiorum nobilitatem in eo eluxiſſe, magis auctam, quam diminutam dici poſſe.

Quartam rationem addidit *Franciſcus Sarmientus elect. interpret. lib. p. d. cap. 5. num. 11.* quia hic non ſolum geni-

tus

tus est in peccato originali solo, sed etiam actuali, & adducit Seneeam in Thebaide art.p.scen.p.ad finem dum ait, *nefasque nullum per nefas nati putant*, quem sequitur *Didacus à Spino in specul. testamen. gloss.16. num.9.*

Cæterùm Seneca loquitur de natis ex incestis nuptijs, nempè inter Iocastam matrem, & Oedipum filium, quod maximum erat crimen, quamuis Oedipus, & Iocasta excusandi essent, quod ignoranter id successisset, & magis Oedipus, qui cum ab Oraculo responsum habuisset se matrem sponsam habiturum, peregrinari elegit, ne in tales nuptias incideret, & cum postea nouisset, id accidisse quod euitare curauerat, se ipsum excœcauerit, & perpetuo exulare à patria voluerit, cuius publicæ pœnitentiæ exemplum magis filiis Etheocli, & Polynici prodesse debuerat, nisi illud Euripidis, si violandum est ius regnandi causa, eorum animum inuasisset, ne alterno imperio vterentur, vt iusserat Pater, sed vnus alteri semper imperaret, quod non est animi degeneris, quia vt scribit Virgil. Æneid. lib. 4. *degeneres animos timor arguit*, at ij, qui imperare contendunt vt (tragicum tragico opponam) cecinit Venerius in sua Idalba tragedia act. 3. scen. 8. *animum magnum, & generosum habent* sic enim Italicè cecinit

Per desio di regnar peccato Illustre
Di generoso cuor d'animo ardito

Nam & ipse *Sarmientus d. c. 5. num. 11. in fine* patrum impietatem filijs non abesse, vbi ipsi boni sint manifestè profitetur, quod in hoc filio successisse, suprà satis explicauimus.

Nunc de secundo videamus quare filij degeneres ab hereditate patrum arceantur; Huius rei rationem me docuit *Aristot.lib.2.politic.c.p. ad fin.* disputauerat
38 rat *Plato de Rep. lib.5.* an in Ciuitate omnia communia esse deberent, & in primis, an vxores, & filij, crediderat que hoc multum prodesse, quia cum Ciuitas vna sit, eo magis Ciuitas erat, quo magis vna fieret. Hanc opinionem, vt euitaret Aristot. pluribus rationibus mouetur, sed hac vna, quam (cæteris omissis, quæ ad rem non faciunt) referam; eius autem hæc sunt verba. *At qui constat, quod ea si procedat vt vna fiat magis, Ciuitas non erit, quare etiam si posset quispiam hoc facere, tamen non esset faciendum; quia perimit Ciuitatem, nec enim solum ex multitudine hominum constat Ciuitas, verum etiam ex eorum multitudine, qui specie differunt, non fit enim Ciuitas ex similibus, vt exercitus, ex quibus autem Ciuitatem vnam fieri oportet, specie differunt, quapropter æquale repensum Ciuitatem conseruat;* Constat igitur ex sententia Arist. oportere esse matrimonia in Ciuitate, vt diuersæ hominum species, vel, vt explicat ibi *Obertus Gifanius* diuersæ hominum conditiones in Ciuitate conseruentur, quod ex illo vsu vago mulierum contingere non potest, & proinde expedire matrimonium esse in Ciuitate, vt filii non degeneres patribus succedant; quamobrem, & Horat. de arte Poet. cecinit

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet; fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere, sacra profanis
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Id verò, quod Aristoteles supponit pulchrè probauit Philo Iudęus de nobilitate. Suprà vidimus Abrahamum cum plures filios haberet natos, vnum vxore Sara, & cæteros ex Concubinis Isaaco filio Saræ hereditatem reliquisse, filijs verò Concubinarum munera dedisse, vt legitur Genesis c. 25. Huius rei rationem affert Philo his verbis *primus nostræ*
39 *gentis conditor liberos suscepit ex tribus mulieribus non indulgens libidini, sed spe ampliandæ familiæ, vnius autem ex multis solus successit in patrimonium; reliqui omnes sicut à pietate degenerarunt, ita separati sunt ab eius gentilitate, cuius nullas virtutes expresserant, exciderunt que ab illa nobilitate celebratissima*. Quod igitur Abrahamus fecit, non ideò fecit

(si

(si credimus Philoni) quia Isaacus ex vxore natus esset, vt Diuus Thomas, Ioannes à Turre Cremata, Franciscus Sarmientus,& Menoch. supra relati crediderunt, sed quia à Patre non degenerauerat. Nec (si eidem credimus) reliquos Abraham exclusit ab eius hereditate, quia filij Concubinarum essent, sed quia erant degeneres.

Cuius sententiæ videtur fuisse D.Augustinus super Ioannem *tract.* 11. relatus in cap. *recurrat* 2. 32. q. 4. obseruat enim D. Augustinus Iacobum Abrahæ nepotem ex Lia vxore sex filios habuisse, & ex Rachele vxore duos, ex Balla ancilla Rachelis duos, & ex Zelpha an-
40 cilla Liæ alios duos, vt legitur Genesis cap.30. & tamen Iacobum non exclusisse filios ancillarum ab hereditate vt fecerat Abraham, vt legitur *Genesis cap.* 49. nec eos exclusos fuisse à terra promissionis cur verò tàm diuersè Iacob ab Auo Abrahamo fecerit, rationem exquirit, & tandem ait *nisi quia ille* (nempè Ismael) *superbus erat illi* (nempè filij Iacob) *humiles* ex quo liquet id non factum ex genitura, sed ex moribus personarum processisse, Ismaelem excludi, non quia natus ex ancilla, sed quia superbus, & filios Iacob non exheredari, quia natos ex Ancillis, sed quia humiles; postea subdit Diuus Augustinus *erexit ille ceruicem, & voluit se ducere fratrem suum ludens cum illo, magnum ibi Sacramentum, ludebant simul Ismael, & Isaac, & vidit illos ludentes Sara, & ait Abrahæ, ejce Ancillam, & filium
41 eius, non enim heres erit filius Ancillæ cum filio meo Isaac, & cum contristatus esset Abraham confirmauit ei à Domino Angelus dictum vxoris.* Quis autem fuerit is lusus Ismaelis cum Isaac, qua commota Sara prorupit in illa verba, pulchrè explicat *Pereira in Genesis c.* 21. *n.*8.*& 9.* dum reijcit *glos. in d.cap.* 21. quæ credidit fuisse lusum Idololatriæ, vel singularis certaminis, vel venereum, & cum *Tostato, & Burgensi* credidit fuisse lusum, in quo Ismael illudebat, irridebat, & contemnebat Isaac arrogans sibi principatum in Domo Paterna, vt i primo natum, & postea nu. 12. ait Abraham in cap. 25. iudicium Saræ secutum fuisse, de separandis aliis filiis ab Isaac, quantum ad contubernium, & ad victum, quem locum Diui Augustini ex nostris etiam obseruauit *Gulielmus Mainerius in l. quoties idem sermo 67. num. 90. ff. de reg. iur.* qui propterea ex hoc colligit filios concubinarum non fuisse exclusos à successione iure diuino, vt nonnulli crediderunt, sed ratione adducta à Diuo Augustino.

Quare idem Diuus Augustinus contrà Donatistas lib. 1. cap. 15. relatus in c. Ismael, vel Iemael, *vt separaretur à populo Dei non affecit mater Ancilla, sed fraterna discordia*, ex quo idem *Mainer. num.* 89. ait verba illa Saræ non fuisse prolata per modum præcepti, sed consilij.

Itaque, & Philo in principio dicti opusculi de nobilitate scripsit *hoc est, ut opinor, cur parentes liberorum amantissimi exheredant filios, & à familia gente-que ablegant, quoties natiuam parentum charitatem degeneres nimia nequitia su-*
42 *perant*. Nec solum eos exheredant, sed etiam filios degeneres suos esse non credunt, Carus enim optimus Imperator cum Carino filio occidentalis Imperij administrationem concessisset, & ipsum à Patris moribus degenerare intellexisset exclamauit (*non est meus*) vt memi-
43 nit Flauius Vopiscus in vita ipsius Carini, quin immò non defuerunt, qui filios degeneres indignos vita iudicarunt, vt fuit Brutus, qui Tarquinijs eiectis libertatem Populo Romano dederat, hic enim, vt refert *Dionysius Halicarnaseus Rom. antiquit. lib.* 5. contra filios, qui de reuocandis Traquinijs conspirauerant, talem sententiam pronunciauit.

Tales sunt parêtes, qui non affectu, sed ratione mouentur; Quos lex, quæ affectu non mouetur, imitata fuit, si quidem lex ad coniecturam voluntatis defuncti dat successionem ab intestato, vt scripsit *Vgo Grocius de iure Belli lib.* 2. *c.* 7. *num.* 3. & in hoc sequitur ordinem naturalis charitatis vt voluit *Bartol. in l. Gallus* 19. §. *quidam rectè num.* 4. vers. & appello ff. de liber. & posth. & proinde filios degeneres à successione exclusit, imò, ne af-

fectus

fectus parentum degeneres filios contra bonum Ciuitatis, vt ait. Ariftot. admitteret eos etiam à fucceffione ex teftamento excludit; nam & *Lauren. Grimal. de optimo Senat. lib. p. fol. mihi 19.* ad finem teftatur apud Rhodios legem extitiffe, quæ filios degeneres à virtutibus patrum, hereditate excludebat, & omnium optimo hereditatem dabat.

Cur verò nati ex matrimonio, vti degeneres, non excluduntur, nati verò ex concubinis, vti degeneres excluduntur ratio indaganda eft.

Sapientes crediderunt eum rectè nubere, qui æquali nubit, vt teftatur Diogenes Laertius tres ex feptem fapientibus Greciæ docuiffe Cleobolum Lyn-
45 dium, Chilonem Lacedemonienfem, & Pittacum Mitileneum, quorum ex noftris meminit *Tiraq. de legibus connubialibus l. 5. gloff. p. p. 5. n. 16.* & poft eum *Menoch. conf. 385. num. 6. vol. 4.* additque *Tiraq.* Pittaco Miteleneo magis credendum, qui cum vxorem fe maiorem duxiffet, eam femper fuperbam nactus erat, & proinde cum quidam eum interrogaffet, quam duceret vxorem, duæ enim ei proponebantur vnam opibus, & genere parem, alteram maiorem, refpondit vt ad triuium Ciuitatis, quo pueri lufus caufa conueniebant, pergeret, &
46 eos confuleret, cumque id feciffet ipfi ex ludi legibus refponderunt, *tu tibi fume parem.*

Fuit autem & hæc Sententia *Platonis de Republica dial. 3. col. penultima*, vbi ait Deum in formandis hominibus aliis aurum in generatione admifcuiffe, quod ad imperandum nafcerentur, alij argen-
47 tum, qui ad auxiliandum, alijs ferrum, qui ad colendos agros, & alia opificia exercenda producebantur; Poftea fubdit, tamquam igitur eiufdem generis omnes fimiles, vt plurimum generant, ac fi dicere voluerit, in nuptiis contrahendis cauendum effe, ne aurum cum ferro mifceretur.

Fuit etiam eiufdem Sententiæ *Ariftot. polit. lib. p. cap. vlt.* dum fcripfit Patrem familias in feruos dominicum im-
48 perium habere, in filios Regium, & in vxorem Ciuile, non alia ratione, nifi quia Ciuile Imperium, vt ibi obferuauit *Diuus Thomas* inter æquales locum habeat.

Romani inter leges duodecim tabularum illam promulgarunt, *patricÿs cum plebeis ius connubÿ ne efto*, vt fcripfit *Dionyfius Halicarnafeus antiq. Roman. lib. 11. ad finem*, & quamuis Populus
49 Romanus inftigante Caio Canaleo Tribuno plebis hanc legem abrogauerit, vt legitur apud *Liuium lib. 4.* tamen æqualitatem in matrimoniis contrahendis femper eos ita obferuaffe, vt inter impares iure non contraherentur, teftatur *Seuerinus Boetius ad topic. Marci Tullÿ*, cuius meminit ex noftris *Tiraq. d. l. connub. 5. glof. p. num. 17. ad finem*, & *Menoch. d. conf. 385. num. 5. vol. 4. imò Tiraq.* credit ibidem num. 17. ad finem Deum Optimum Maximum idem voluiffe, dum matrimonium in hortu deliciarum inftitueret, cum dixit *faciamus*
50 *illi adiutorium fimile fibi*, vt legitur *Genefis cap. 2. nu. 18.* & proinde fubdit, quod fimile dicit non folum ad fimilitudinem effigiei, fed & conditionis referri poteft.

Itaque & Ouidius in fua Epiftola Deianiræ ad Herculem cecinit.

Quam malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci.
Tàm premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eft, fed onus, fpecies læfura ferentes.
Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Propterea iure noftro, fi cum muliere cohabitauerit, vbi mulier vilis fit, concubinatus præfumitur, vbi verò æqualis præfumitur matrimonium, vt fcripfit *Benedictus de Barficÿs de filÿs non legitimis cap. p. num. 2. & Gabr. Paleot. de noth. & fpur. cap. 19. num. p.* verf. *oportet tamen*, & alii, quos infra referam, & in illa quæftione controuerfa, an filii nati ex muliere vili, & viro nobili per fubfequens matrimonium legitimi euadant, *Curt. iun. conf. 139. num.*
51 *11. & 12. vol. 2.* dixit matrimonium quidem iure Canonico valere, fed non ob id fequi, quod tales filii fint habilitati ad fuccedendum, & ideò circa facultatem fuccedendi attendendam potius difpo-

dispositionem Iuris Ciuilis, quam Iuris Canonici (quem tamen Curtii doctrinam non approbo), quia quasi per indirectum distraheremur à matrimonio.

Verum quidem est, quod etsi iure Canonico solus consensus sufficiat ad contrahendum matrimonium *cap. sufficiat 2. 27.q.2. cap. cum locum 14. de sponsalibus cum similibus*, tamen Nicolaus primus huius nominis Pontifex hanc veritatem cognouit cum scripsit in cap. non omnis 32.32.q.2. *nuptiarum fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter aquales multo prius hoc ipsum Domino constituente, quàm initium Romani iuris existeret*; postea affert exemplum Abraham, & Saræ, qui licèt ipse hoc non dicat, erant tamen omninò æquales, cum ex duobus fratribus nati essent, vt legitur *Genesis cap. 20. num. 12.* quamobrem Tiraq. *d.l. connubiali 5. gloss. p. num. 17.* ex illo textu colligit, matrimonia non esse legitima inter inæquales, quamuis iure canonico valeant, & probentur; quem sequuntur *Menoch. d. cons. 385. nu. 5. vol. 4. & præsumpt. 10. num. 39. lib. 2.* qui ait *etsi inter conditione impares sit matrimonium, quoad sacramentum, attamen quoad leges ipsas existimatur minus legitimum*, quibus accedit *Thomas Sanchez de matrimonio lib. 2. qu. 17. num. p.*

Natura ipsa hoc suadet, vt enim legitur in Ecclesiastico c. 13. num. 19. *omne animal diligit simile sibi*, & Plato de

52 legibus dial. 8. col. 5. ad fin. ait *amicitiam, quæ à dissimilibus proficiscitur duram esse, & asperam, & sæpè vicissitudinem in nobis non habere, quæ verò à similibus placidam communemque per vitam.*

Legislatores autem Christiani licet libertatem nubendi restringere noluerint, suadere tamen, vt æquali æquali nubat, voluere, Itaque & fideiussores Dotium non dari decreuit *Iustinianus in l. fin. C. ne fideiussores dotium dentur*, vt mulier eum in virum eligeret, cui animum, vitam & suas fortunas credere posset. Si quidem, & Aristot. & hic lib. 8. c. 12. scripsit: *Viro autem & uxori secundùm naturam amicitia uidetur inesse; homo namque natura coniugale magis est, quàm ciuile, quantò potius, & necessarium magis est Domus, quàm Ciuitas.* Postea subdit: *homines autem coniugium subeunt nō solum procreationis, sed eorum etiam gratia, qua ad ipsam conferunt uitam, opem itaque sibi mutuò ferunt res proprias in commune ponentes.* Idemque *Iustinianus nouel. 21.* Armenos redarguit, quod barbaricè sine Dote vxores ducerent, & à maritis futuris emi permitterent, & nouel. 117. *cap. 5. relata in Anth. præterea C. unde uir, & uxor*, Virum qui non posset vxorem æqualem cum Dote habere, cum inæquali nuptias contraxit statuit teneri quartam bonorum suorum ei relinquere, vt fortasse eum ab inæqualibus nuptiis ita distraheret.

Ex his cum vt plurimùm matrimoniū inter æquales fiant, duæ conclusiones colligi videntur: Altera filios non degeneres nasci ex iustis nuptiis, cum cessent omnes rationes à Ioanne à Turre Cremata, & Francisco Sarmiento adductæ, nec sanguis matris, nec educatio, nec praua maiorum exempla aliud suadeant; Altera filios natos ex Concubina degeneres videri ob inæqualitatem Patris, & Matris, & vilem educationem.

Cæterùm quod attinet ad legitimationem nonnulla rem dubiam facere videntur.

Primò enim Pater, qui petiit legitimari, poterat tunc temporis contrahere matrimonium cum Matre, ita enim expressit in eius petitione, dum ait loquendo de se ipso, *tunc, & nunc soluto*, & pau-

53 lò post loquēdo de Matre *tunc & etiam tempore conceptionis, & nunc soluta*, quo in casu legitimationem non valere videtur disponi *in nouella 74. c. 2.* insita *in Anth. quibus modis naturales efficiantur legitimi collat. 6. §. sit igitur*, vt ibi obseruauit *Gloss.* in verbo *permittimus Bartol. num. 5. & Angel. num. 10. Bald. in cap. illud 11. num. 3. de præsumpt. Marsil. sing. 130. nu. 1. Iason. in l. Gallus 29. §. & quid si tantum in p. lectura num. 107. ff. de liberis, & posthumis*, qui ait digito signanda, *Cepoll. cautel. 223. nu. p. Anton. Gabriel. recept. Sentent. lib. 6. de legitimatione concl. p. num. 37. Lod. Sardus de natural.*

liberis Tit. de legitimatione per reſcriptum q. 6. nu. 3. Ant. Roſellus de legitimatione in tit. de cauſa materiali n. 1. Didac. de ſponſalibus p. 2. c. 8. §. 9. num. 9. Tellus Fernandez ad l. Tauri 12. num. 8. Menoch. conſ. 461. num. 3. & num. 45. verſ. *Lactantius vol. 5. et de arbitr. lib. 2. caſ. 203. num. 4. et præſumpt. 69. num. 74. lib. 4. Molinas de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 3. num. 3.* vbi ait hac ratione plures legitimationes corruere, *Lup. de illegit. commentar. 3. §. 4. num. 6. et comment. 4. in præfatione nu. 12. Molin. de Iuſt. et Iur. c. 173. col. 7. ad fin. et Annelius Amatus conſ. p. num. 26.* præſertim verò cum non conſtet mulierem violaſſe tortum, vt obſeruauit poſt alios
54 *Emanuel à Coſta in d. l. Gallus 29. §. & quid ſi tantum p. 2. num. 96. ff. de liberis, & poſthumis*, qui hanc vnam exceptionem admittit, & colligit ex Iuſtiniano *in d. nouell. 78. §. ſit igitur*, ſed & magis, cum mulier non vilis, ſed nobilis eſſet, & cum ea ipſe contraxiſſet ſponſalia, ſicq; etiam ſecundum bonos mores Ciuitatis cum ea honeſtè nubere poſſet, vt voluerunt *Socin. Iun. à contrario in conſ. 12. num. 45. vol. 4. ita vt Angelus conſ. 17. nu. 5. verſ. 3.* modo hoc dictum ita intelligat, ſi honeſtè cum matre matrimonium contrahere poterat, *Curt. Iun. conſ. 136. nu. p. p. 2. vbi ait* honeſtè de honeſtate intelligi ſecundum bonos mores Ciuitatis, vt ſi eſſet vilis conditionis, *Paulus à Monte Pico in l. Titia cum teſtamento 34. §. Titia cum nuberet num. 66. ff. de legatis 2. Crottus conſ. 208. num. 8. vol. 2. & Lup. de illegit. comm. 4. in præfatione num. 12.*

Verùm hoc primum obiectum ceſſare videtur, quia hoc prouenit iuxta principia iuris Ciuilis, cui Princeps derogare poteſt, vt ait *Lod. Sardus de natur. liberis tit. de legitimat. per reſcriptum q. 6. nu. 3.* vbi ait, hoc obtinere, niſi huic iuri fuerit derogatum, quod & ſcripſit
55 *Capoll. d. cautel. 223.* vbi ait Principem poſſe huic legi derogare, & Principem in Priuilegio conceſſo Comiti Palatino tribuere hanc facultatem legitimandi, ſi deroget dictæ *nouella 74. in §. ſit igitur*, monetque eum Patrem, qui vult filium legitimare, obſeruare debere, an fuerit ei derogatum; & *Andreas Gaill. obſer. practic. lib. 2. obſeruat. 142. n. 3. ad fin.* verſ. *poteſt tamen.* In caſu autem noſtro ei fuiſſe derogatū legitur in illo Priuilegio Cæſareo ibi; *ex certa ſcientia, animo deliberato, motu proprio, & de plenitudine noſtræ poteſtatis derogamus, & derogatum eſſe volumus per præſentes, & ſpecialitèr legibus ſub rubrica, quibus modis naturales efficiantur ſui, & maximè in §. finali, et in §. et generalitèr autem et §. ſi quis ergo filios eod. titulo, et in Auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi per totum*; & in Priuilegio Pontificio leguntur ea verba *viuentibus, ſeù mortuis eorum parentibus diſiunctiuè, ſeù copulatiuè etc.*

Quibus verbis ſcripſit *Menentus conſ. 133. num. 22. ad fin.* verſ. *ſed quidquid ſit* conceſſam eſſe facultatem legitimandi, etiamſi parentes matrimonium contrahere poſſunt p. 2.

Secundò, quia pater poſteà duxit vxorem, & ex ea filios legitimos ſuſcepit, quo in caſu legitimationem cenſeri reuocatam ſcripſerunt *Dinus in l. ex facto 43. ff. de vulgari, et pupill.* 56
tùm per illum textum vbi ex natiuitate filii extinguitur ſubſtitutio exemplaris, tum ex *l. ſi vnquam C. de reuocandis donat.* cum legitimatio ſit donum Patris, & Principis, cuius ſententiam probarunt *Guliel. de Cuneo, Alberic. num. 6. et Paul. de Caſtr. nu. 6. in l. tale pactum 40. §. vlt. ff. de pactis idem Guliel. de Cuneo in l. p. C. de naturalibus liberis. Oldrad. conſ. 247. num. p. verſ. ad primum. Guido de Suzaria in l. humilem 7. C. de inceſtis nuptijs Bald. in l. 2. num. 6. C. ſi in fraudem patronum. Idem in c. innotuit 20. nu. 15. ad fin. de Electione. Angel. in l. Gallus 29. §. & quid ſi tantum num. 13. ff. de liber. et poſthum. Andreas Barbat. in repet. l. cum acutiſſimi nu. 90. C. de fideicommiſſis*, qui ait ſe de facto ita Florentiæ conſuluiſſe *Guliel. de Benedict. in c. Raynutius 16. in verb. et vxorem nomine Adelaſiam num. 188. de teſtamentis. Ripa in l. ex facto 43. num. 50. ff. de vulg. et pupill.* & hanc communem videri teſtatur *Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. num. 154.*

Hæc quæſtio variè torſit Illuſtrium Doc-

Doctorum ingenia, vt ſcripſit *Tiraquel-*
lus in l. ſi vnquam 8. *in verbo donatione ŕ*
largitus num. 277. Cæterum in eodem
verſ. *num.* 281. teſtatur ſcribentes maio-
ri numero inclinaſſe in contrariam ſen-
tentiam, nam Raynerius Cinus ad finem.
Salicettus nu. 2. ad *d. l. ſi vnquam* 8. *vbi-*
que, et Rip. num. 52. qui communem teſ-
tatur, *& num.* 59. verſ. *circa ſecundum ŕ*
ibi: teneo communem, quod non reuocetur
C. de reuocandis Donationibus, Raynerius
in l. ex facto 43. *vbique Bartol. nu.* 3. *Bal-*
dus num. 7. *Angelus num.* 3. *Imola num.*
13. *Alexand. num.* 20. *vbi diſputat, et*
num. 22. verſ. *ex prædictis, vbi ita con-*
cludit Iaſon num. 15. cum ſequentib. qui
num. 16. veram, & communem dicit,
teſtaturq; eam communem ſtylum am-
plecti *Zaſius num.* 23. qui etiam commu-
nem dicit, & ipſe probat, *Hier. Verrius*
in repetitione nu. 80. vbi veram profite-
tur, & latè defendit *vſq; ad nu.* 88. *An-*
dreas Iſerni in cap. naturales filij num. 5. *ſi*
de pheudo fuerit controuerſia inter Domi-
num, et Agnatum, vbique Iacobus Alua-
rot num. 7. *et Card. Alexandrinus num.* 3.
Item Bald. in l. ſi te parens 5. *num. p. ibique*
Angelus, qui dicit ſe ita vidiſſe ſæpiùs
obſeruari, *et Fulgoſ. num. p. C. de ſuis, et*
legitimis. Idem Baldus in l. eam quam 14.
nu. 35. *C. de fideicommiſſis. Idem Angel. in*
l. cum quis 10. *num. p. C. de naturalibus*
liberis. Collectarius in cap. finali num. 28.
de Donationibus. Antonius de Butrio in ŕ
cap. per venerabilem 13 *num.* 18. *qui filij*
ſint legitimi vbique *Abbas Panormit. nu.*
30. *Cardinalis Alexandrinus in* §. *quod*
autem nu. 111. qui dicit humaniorem *Pe-*
trus Anchar. in c. ſi geſtum 9. *nu.* 3. *de de-*
cimis ibique Panormitan. num. 5. *idem ŕ*
Anchar. in c. ſecundo de conceſſione præben-
da in 6. *num. p. ad finem. Antonius Roſel-*
lus de legitimatione lib. 2. *q. vltima num.*
25. *Fulgoſ. conſ.* 65. *nu. p. et* 2. *Roman. conſ.*
194. *num.* 10. *et* 11. cum ſequen. vſque
ad finem. *Benedic. Capra conſ.* 157. *num.*
39. *cum duobus ſequentibus. Alex. conſ.*
138. *n. p.* verſ. *quin imò vol p. et conſ.* 187.
num. 18. *vol.* 5. *Curt. Sen. conſ.* 16. *num.* 21.
verſ. ſi enim legitimatus, et conſ. 73. *num.*
14. verſ. *corroborantur præmiſſa, &* verſ.
Sed ita eſt Dec. conſ. 258. *nu.* 12. qui com-
munem dicit, *& conſ.* 576. *n.* 5. vbi etiam
communem dicit *Socin. Iun. conſ.* 142. *nu.*
30. vbi magis communem dicit *Rolan. à*
Valle conſ. 89. *n.* 12. qui communem dicit
vol. p. Andreas Gaill. pract. obſeruat. lib. 2.
obſeruat. 142. *n.* 5. *Vaſqu. de ſucceſſionum*
creat. lib. 3. §. 21. *nu.* 154. verſ. *contrariam*
partem receptiorem, & veriorem teſtatur,
& defendit. *Graſſ. de ſucceſſ. in* §. *ſucceſſio*
ab inteſtato q. 19. *n.* 10. vbi communem, &
veriorem, & humaniorē appellat *Peregr.*
de fideicom. art. 23. *num.* 56. & nouiſſimè
Lup. de illegitim. comment. 4. §. *p. num.* 13.

Alii verò diſtinxerunt, vt non reuo-
cetur natiuitate legitimorum, quoad in-
tegrum ſtatum perſonæ ipſius legitimati
quin admitti valeat ad munera, & alia
illegitimis verita, & in his terminis re-
cipiendam eſſe hanc magis communem
opinionem negatiuam. Cæterùm quoad
ſuccedendum cum legitimis, ac in eo-
rum damnum, ac præiudicium legiti-
morum vim non ſortiatur, & hoc modo
intrare ſententiam affirmatiuam ita diſ-
tinxit *Caſtren. conſ.* 22. *num. p.* verſ. *nam ŕ*
57 *legitimatio vol.* 2. *Iaſon. in l. tale pactum ŕ*
40. §. *fin. num.* 8. verſ. *benè in contrarium*,
nam communis ſententia eſt, quòd licet
per natiuitatem filiorum legitimorum,
& naturalium fiat reuocatio, quoad bo-
na, tamen non fit quoad ſtatum perſo-
næ, & ſic ipſa legitimatio non reuoca-
tur *Gabriel. de Benedict. in repetit. cap.*
Raynutius 16. in verb. *& vxorem nomi-*
ne Adelaſiam num. 189. *de teſtamentis. Ti-*
raquell. in l. ſi vnquam 8. in verb. *donatio-*
ne largitus num. 316. *C. de reuocandis do-*
nat. qui nu. 317. rationem affert ibi, nam
& ius ſuccedendi à filiatione diſcretum
eſt, & ſeparatum. *Didacus in epithome*
de ſponſal. p. 2. *cap.* 8. §. 2. *nu.* 28. ad finem,
vbi ait ita caueri in Hiſpanijs *in l.* 12.
Thauri, quæ tamen dat quintam partem
hereditatis paternæ filio legitimato, &
Lup. de illegit. comment. 4. §. *p. nu.* 13. verſ.
verùm.

Nam etſi pater petat legitimari filium,
nec dicat ſe habere filios legitimos,
quos tamen habebat, quamuis legiti-
matio ſit ſubrepta, & ipſe non concur-
rat cum filiis legitimis, valet tamen le-
gitimatio, quoad cætera, vt ſcripſit An-

58 tonius de *Butr. in cap. per venerabilem* 13. *num.* 15. ad medium vers. *ego dico*, & ibidem *Card. Alexandrinus in* §. *quod autem num.* 30. ad medium vers. *valebit ergo, qui filij sint legitimi Ruin. cons.* 81. *nu.* 8. *cons.* 93. *nu.* 7. *vol.* 3. *Ant. Gabriel. recept. sentent. lib.* 6. *tit. de legitimat. conclus.* 7. *num.* 25. *Berou. cons.* 177. *num.* 81. *ad fin. vol.* 2. *Tiraquell. in d. l. si vnquam in verbo donatione largitus n.* 316. vers. *nam, & in simili C. de reuocandis Donationibus, Caphal. cons.* 285. *num.* 52. *vol.* 2. *Honded. cons.* 89. *num.* 22. *vol. p. Cacheran. cons.* 68. *num.* 50. vers. *itaque licet. Peregrin. de fideicom. art.* 23. *num.* 55. *& Lup. de illegit. comment.* 3. §. 4. *num.* 22. qui rationem affert quia subreptio in vno non inficit aliud, vt scripsit *Felin. in cap. sedes* 15. *num.* 2. *de rescriptis*, & in terminis *Rota Romana decis.* 614. *num.* 11. *p. p. in nouissimis.*

Quæ distinctio conuenit huic reo, cum exclusus esset à conditione ad bona de quibus agitur.

Tertio, quia pater petiit eum legitimare, cum esset ætatis mensium decem; Infantem enim posse legitimari à Prin-
59 cipe post multos testatur *Ant. Gabriel. recep. sentent. lib.* 6. *tit. de legitimat. conclus.* 5. *num. p.* sed à Comite Palatino non posse legitimari, nisi in specie hoc fuerit expressum in priuilegio testantur permulti, quos allegat *Idem Ant. Gabr. d. conclus.* 5. *num.* 2. *Menoch. cons.* 19. *num. p. vol. p. Petrus Henriquez in suis opusculis, opusculo primo Theorema* 6. *num.* 20. *& Lup. de illegitimis comment.* 3. §. 4. *nu.* 46. ea ratione quia in legitimato desideratur consensus, ne ignorans redigatur sub Patris potestate, cum tamen in Infante consensus dari nequeat, vt scripsit *Menoch. post alios in d. cons.* 19. *n.* 2. *& Lup. de illegitimis nu.* 46. vers. *rationem dico.*

Cæterùm quidquid sit de hac quæstione, multi enim contrarium senserunt, quos recenset *Ant. Gabriel. d. concl.* 5. *n.* 4. *Menoch. d. cons.* 19. *num.* 16. *& Lup. de illegit. d. comment.* 3. §. 4. *num.* 46. vers. *verum*. Res nostra clara est in ipso enim
60 Priuilegio Cæsareo leguntur hæc verba *etiamsi legitimandi sint Infantes*, quo in casu nemo dubitat, quin à Comite legitimari possint; In Priuilegio autem Summi Pontificis adest dictio *quoscunque utriusque sexus*, per quæ verba satis censeri expressam facultatem legitimandi etiam infantes scripserunt Decius *cons.* 55. *num. p. ad finem, & num.* 6. vers. *superest respondere, Gozandinus cons.* 6. *num.* 45. *Ruinus cons.* 149. *num.* 10. vers. *& ex hoc infert uol.* 2. *Paris. cons.* 15. *nu.* 53. *uol.* 2. *Socin. Iun. cons.* 93. *num.* 63. *uol.* 3. *Curt. iun. cons.* 32. *num.* 8. *p. p. Ant. Gab. d. conclus.* 5. *nu.* 6. *Petrus Henriquez d. opusc. p. Theorem.* 6. *num.* 20. *ad fin.* qui ad hoc allegat decisionem *Achill. de Graff. tit. de legitim.* in non impressis, & nouissimè *Lup. de illegit. comment.* 3. §. 4. *num.* 49. vers. *idem si dictum sit.*

Superest nunc vt videamus an hæc natalia huic reo obstent.

Iussit testator decedente vltimo descendente ab hærede instituto sine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis vnum eligi de Parentela sua, scilicet de Paganis.

Quæ verba non videntur conuenire huic reo, quippe cum vt ait *Bartol. in l. tutelas* 7. *ff. de capitis diminutione num.* 3.
61 licet nomina naturalia conueniunt filiis illegitimis, non tamen eis conueniunt nomina ciuilia, cuius Sententia recepta est; Proinde nomen agnati, cum ciuile sit, illegitimis non competere scripserunt *Alexand. in l. ex facto* 17. §. *si quis rogatus num.* 52. *ad fin.* vers. *undecimo, & cons.* 25. *num.* 3. *ad fin.* vers. *& tanto magis vol. p. & cons.* 172. *n.* 2. *ad fin. uol.* 7. *Guido Papa decis.* 280. *num.* 2. *Ruin. cons.* 77. *nu.* 7. *uol.* 3. quibus accedunt ex neotericis *Decian. respon.* 14. *num.* 2. *uol.* 4. *Gratian. discept. Forens.* 218. *num.* 18. *p.* 2. *Peregrin. cons.* 30. *num.* 5. *uol.* 4. *Honded. cons.* 67. *nu.* 15. *vol.* 1. *& Surd. cons.* 279. *num.* 17. *vol.* 2. & ideò nec nobiles sunt, nec dignitatem paternam seruant, vt scripsit *Bartol. in l. p. num.* 50. *C. de dignit. lib.* 12. *Bald. in l. cum legitimè* 19. *num.* 1. *de statu hominum, & in c. innotuit* 23. *num.* 24. *de
62 electione, nec aliquid prorsus ex splendore, uel statu parentum retinent,* vt ait *Bald. in l. ex libera* 6. *num. p. C. de suis, et legitimis*, & pluribus comprobat *Decian. d.* ref-

respons. 14. num.2. qui ita receptum tes-
tatur vol. 4. & ideò non possunt dici de
Domo, nec vti insignijs patris præser-
tim in Italia cum hoc tantùm competat
Agnatis, quales non sunt illegitimi, vt
scripsit Bartol.in tract.de insignijs, et ar-
mis num.10.et 11.aliique permulti, quos
latè cumulat Cyriac.controu.forens.8.nu.
32. Itaque cum dictum disposuisset om-
nes de Petramala haberi pro bannitis,
& si quis vnum de Petramala detineret,
lucraretur quingentos florenos, cum
quidam cœpisset illegitimum vnius de
Petramala, & controuerteretur, an de-
tinens lucrum illud consequi, posset,
63 quidam Vgolinus I. C. Perusinus, cui
causa fuit commissa, iudicauit non lu-
crari. Ita enim scripsit Angelus in l. ex
facto 17.§.si quis rogatus num.4.ff.ad tre-
bellian. cuius Iudicii meminit, & Bald.in
d.l.ex libera 6.num.1.C. de suis, et legiti-
mis.Imol.in d.§. si quis rogatus num.10.et
Alexander num.53. quamobrem, cum
iusserit eligi vnum de parentela sua scili-
cet de Paganis; hic non videtur com-
prehendi vti illegitimus.

Cæterùm huic obiecto dupliciter po-
test responderi, primò quidem illud
procedere de rigore Iuris Ciuilis, non
autem iuxtà hominum consuetudinem.
Vsus enim rerum hunc iuris rigorem
temperauit, & permisit, vt filii etiam il-
legitimi vterentur cognomine, & insi-
gniis parentum suorum, vt scripsit Bar-
tol.de insignijs, et armis nu. 11. vers. con-
trarium tamen,et in l.finali art.1. vers.et
64 ideò C. de uerborum significatione, et in l.
p. in principio n.3.ad finem ff.ad Sillania-
num, qui exemplum affert in Hetruria,
ut, et Angelus cons.30.n.6. Corneus cons.
169.num.7. uol.3. Dominicus à Santo Ge-
miniano in cap. statutum in priu. num. 6.
de hereticis lib. 6. Afflict. de iure protho-
miscos l.p. nu. 33. Peregr.de fideicommis-
sis art.22. num. 43. Lupus de illegit. com-
ment.p. §.tertio num. 66.et Marta de suc-
cessione legal.p.p. q.2. art.3.num.22. q.16.
art.2. num.13. et p. 2. q.4. art.5. num.23.

Indistinctè verò idem scripserunt Bald.
in d. l.fin. num. 4. ibique Angelus num.p.
ad fin. C. de uerborum significatione, idem
Baldus cons. 441. num.p. vers. in contra-
rium uol.3. Angelus cons.191.nu.2.et Cor-
neus d. cons.169. num.7. uol.3.

Ita autem vbique seruari scripserunt
Socin. Senior cons.102. num.8. vers.tertio
uol. 3. Afflict. de iure Prothomiscos d. l. p.
num.33.ubi testatur de generali consuetu-
dine. Idem in cap.mulier §. naturales nu.
9. si de feudo fuerit controuersia. Tiraqel.
de nob.c.15.nu.35.Gabriel.Paleot. de noth.
et spur. cap. 60. num.4.vers. id tamen Ce-
phal.cons.591.num.13.uol.4.Menoch.præ-
sumpt.88.num.14.lib.4.et cons.754.num.
16. uol. 8. Ciriac. controuers. forens. 209.
nu.38.p.2.vbi ait contrarium dicenti in-
cumbere onus probandi, cum tot extent
Doctores, qui testantur ita vbique ser-
uari; Et ita Mediolani seruari obserua-
uaui, & à plurimis, quos hac de re in-
terrogaui, intellexi.

Huic autem consuetudini standum
esset ommisso iuris rigore scripserunt
Bartol. de insignijs, & armis nu.11. vers.
contrarium, & in d.l.fin. vers. & ideò C.de
verb.significatione, ibiq; & Baldus n.4. An-
gelus n.p.ad finem, Salicet. n.5. vers. & hæc
65 fatetur Corneus n. 8. & Iason. n.13. Socin.
Senior d.cons.102.n.8. ad finem vol. 3. Ti-
raquel.de nobilis.cap.15. num.25. Gabriel.
Paleottus de noth. & spur. cap.60. num.4.
Lambert. de contract. gloss. 9. num.p. ibi,
nisi, Mantic.de coniecturis vlt. volunt.lib.
8.tit. 12.num.20. ad fin. Menochius dicta
præsumpt.88.num.14. lib.4. Pedroca cons.
10. num.11.p.p. qui latè comprobat Fu-
sar.de substitut. q. 361. nu.16. & Ciriac.
d. controu.209. num.38.p.2.

Idque probant, quia in interpretan-
da ex verbis hominum voluntate non
attenditur verborum proprietas, sed
vsus communis loquendi iuxta textum
66 in l.cum de Lanionis 18.§. Asinam ad fin.
ff. de fundo instructo, & instrumento le-
gato, & tradita per scribentes in l. libro-
rum 32. §. quod tamen Cassius ff. de legat.
3. & auctoritate Quintiliani lib.p. cap.
11. vbi (vt ait Paleottus) auctoritatem
sermonis consuetudo vincit.

Itaque posito hoc communi vsu, na-
turales veniunt appellatione eorum de
Domo, vt scripsit Bartol. in l. fin. num.p.
ad fin.vers. & ideò. C. de verborum signi-
ficatione, ibique & Bald.num.4. Angelus
num.

num.p. ad finem, *& Corneus num.*8. idem *Baldus conf.*441. *num.p.* verſ. *in contrarium vol.*3.*Angel.conſ.*30.*nu.*6.*Socin. Senior conſ.*102. *num.*8. *vol.*3. *Tiraquel. de nobilit.cap.*15. *num.*25. *ad finem*, *Caphal.*
67 *conſ.*591.*num.*13.*vol.*4.*Mantic.de coniecturis vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 20. *ad fin.Menoch. præſumpt.*88. *num.*14. *lib.* 4.*Caroc.decif.*41. *num.*7. *Bellon. Iun.conſ.* 11.*n.*8.& nouiſſimè *Fuſar.q.*361. *nu.*16. qui de vſu patriæ ſuæ teſtatur, *Cyriac. conſ.*209. *num.*38.*p.*2. *& Palma conſ.*24. *num.*5. verſ. *verum* cum ſequentibus.

Imò dicuntur etiam de parentela Patris, cum hoc nomen ſit naturæ, vt ſcripſit *Bald. in cap. innotuit* 20. *num.*26. *de electione*, & licet dicat hoc propriè non dici, niſi de eo, qui deſcendit ab origine ſolemni, tamen alii contrarium crediderunt, quos ſuo loco referam; nam
68 & *Antonius de Butr. in c.per venerabilem* 13. *num.* 25. ad fin. *qui filij ſint legitimi* dicit illegitimos non eſſe de parentela nobilium, & adducit *Bald. in l.eum legitimè* 19.*ff.de ſtatu hominum*, qui tantum dicit non eſſe nobilem,non autem de parentela nobilium, *& Antonio de Butr.* videtur ſubſcribere *Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſtato num.* 53. *& Alexand. in l.ex facto* 17.§.*ſi quis rogatus num.*56. *ad fin. ff. ad Trabellianum*. *At Bartol. in l.pronunciatio* 195.§.*familia num.p.ff.de verborum ſignificatione*, indiſtinctè ait Baſtardum eſſe de parentela nobilium, quia vt ait *Cyriac.*qui eum ſequitur dicta *controu.forenſ.*208.*nu.*86.aliud eſt,quem eſſe nobilem, aliud quem eſſe de parentela nobilium; cum vt pulchrè diſtinxit *Corn.in l.fin. num.*9. *C. de verb. ſignificat.*
69 differant quem eſſe nobilem, vel natum ex Patre nobili, quod & ante ipſum obſeruarunt *Imol. in d.* §. *ſi quis rogatus nu.* 10.*& Alexand. num.*56. & ideò naturalem eſſe de parentela Patris indiſtinctè reſponderunt quatuor antiqui Iuris Conſulti inter conſilia *Bald. conſ.* 92. *num.*18. *vol.*6. *Lud. Sard. de naturalibus filijs tit. de appellat. naturalis nu.*8. verſ. *Quinto quæritur*. *Benedict. Barz. de filijs non legitimè natis p.*5. *nu.*13. *Franc. Aretin. in l. cum quidam* 30. §. *quod dicitur num.*3. *ad fin.* verſ. *ſuper hoc tamen ff. acquirenda hereditate*, *Decius conſ.*365.*nu.* 7. verſ.*prima eſt ad fin. vol.* 2. *Tiraquell. de retract.lign.*§.*primo gloſſ.*8.*num.*4. *Peregrin.de fideicom. art.*22. *nu.*89. *& conſ.* 52.*num.*12. *& ſequen.vol.*4. *& Fuſar. de ſubſtit. q.* 363. *num.* 6. præſertim verò, vbi adeſt memorata conſuetudo, & agitur de filijs naturalibus, vt ſcripſit *Nicolaus de Vbald. de ſucceſſione ab inteſtato n.* 53. Quibus videtur etiam conſentire *Antonius Cioffius conſ.*143.*num.*12. verſ. *& quamquam vol.p.* ſiquidem retinere nomen familiæ eſt honor, vt ait *Imol. in d.*§.*ſi quis rogatus num.*10. verſ. *ſi autem dicat. & Alexan. ibid. num.* 56. in princ. ſic & deferre inſignia parentum honor eſt, vt ſcripſit *Benedic. Barz. de filijs non legitimè natis p.p. num.*13. *& Riminald. Iun.conſ.*442.*num.*12.*vol.*4.vnde ex hac conſuetudine, & vſu loquendi ſequitur aliquo modo naturales participare de honore Patris, & ideo ſiuè in hoc nomine parentelæ conſideremus vim, naturam, & conſanguinitatem, vt obſeruauit *Menoch.præſumpt.*88.*num.*18.verſ.*his ſatis lib.*4. *& Peregrin. conſ.*52. *num.*12. *vol.*4. hoc conuenit etiam naturalibus, qui vt ait *Peregrin.de fideicom.art.*22.*nu.* 89. conſanguinei Patris ſunt, & eorum nomine continentur; ſiuè in hoc verbo parentela conſideremus nomen familiæ & Ciuile, cum ex communi vſu naturales illud retineant, & capaces huius honoris ſint, vt ait *Barz. de filijs non legitimè natis p.p. num.* 13. conſtat hac etiam ratione naturales hoc nomine parentelæ contineri ex ſcriptis *à Rubeo in c. Gallus* 29. §. *Quidam rectè num.*90.*ff.de liberis, & Poſthumis*, dum ait illum vocari de parentela, qui idem cognomen retinet,multò autem magis hoc verum erit, ſi iiſdem inſignijs vtatur, vt fit Mediolani,ita autem declarauit *Garzia de beneficijs p.*7.*nu.*40.*&* 41. *ibi niſi aliud conſtet ex communi vſu loquendi*.

Quin etiam eadem ratione naturales agnatos eſſe, cum per virilem ſexum deſcendant, licet hæc agnatio iure reſiſtente omnes ſuos effectus producere non poſſit, ſcripſit *Benedic. Barzius de filijs nõ legitimè natis n.*19.verſ.*attamen*, & reſpondit *Pedroca conſ.*10.*num.*5. *cum* duobus

*duobus sequentib.& nu.*38.*p.p.* qui de sua patria loquitur, in qua omnes illegitimi admittuntur ad omnes honores. Quod tamen cæteri non admittunt, quia Iure
71 Ciuili in dispositione legis filius non habetur, qui ex viro, & vxore eius natus non sit, *l.filium 6.ff.de ijs qui sunt sui vel alieni Iuris*.

Quod verò dicitur de Nobilitate hodie non pendet à dispositione Iuris, sed à consuetudine, vt scripsit *Paleot. de noth.& spur.c.*61.*num.*8.*& Lupus de illegitimis comment.p.* §. *Tertio num.* 64. *qui nu.* 66. ait Florentiæ spurios retinere arma, nomen, atque suæ familiæ nobilitatem, Idemque ait seruari apud Allobroges, & in Gallia, & alibi, & antè etiam idem dixerat *Tiraquel. de nobil. c.* 13. *num.* 25. quod & de moribus patriæ suæ testatur *Fusar. de substitut.q.*361. *n.* 16.*ad fin.* ita quidem vt *Pascalius de patria potestate p.*4.*cap.*2. *num.*26. testetur de generali consuetudine ita seruari, quod & nouissimè scripsit *Sanfelicius decis.*56. *num.*17. & antiquitus, vt legitur apud *Tiraquell. de nobilitate cap.* 15. *num.*31. filij, qui à patre non degenerauerant patris sui dignitatem magni faciebant, Thimotheus enim Atheniensium Imperator, cuius meminit Tiraquellus, natus ex Conone & Meretrice Thressa cuidam natalia accusanti respondit; *maximam matri gratiam habeo quod per eam Cononis filius sum*, fuerat enim Conon Atheniensium magnus Dux, qui Patriæ libertatem restituerat, vt legitur apud Iustinum libro 16. nam & maiorum nostrorum temporibus D. Ioannes Austriacus filius illegitimus Caroli V. qui de Turcis ad Insulas Echinadas nauali pugna insignem illam victoriam retulerat Carolo Philippi II. Hispaniarum Regis filio, qui eum bastardum appellauerat, respondit maiorem tamen patrem habui.

Nec obstat iudicium illius I.C. Vgolini in causa filij illegitimi de Petramala, *quia Bald.in lege Iulia* 44.*in additionibus ad finem ff. de ritu nuptiarum* illud iudi-
73 cium damnat, si credimus Benedicto Barzio de filijs non legitimè natis *pag.p. nu.* 13. & vltra responsionem *Riminald. Iun.cons.*442.*n.*58.*vol.*4. vbi ait in eo actum fuisse de obtinenda pœna, & ideò ad illum casum contrahi nó posse oportet fateri ibi non adfuisse hanc consuetudinem qua naturales retinerent cognomen, & arma familiæ, vt obseruauit *Angel.in l.ex facto* 17.§.*si quis rogatus num.* 4. §. *ad Trebellianum*, vbi ait hoc omne pendere à communi vsu loquendi, cui ibidem subscripserunt *Imola n.*10. *Alex. num.*53. *& Riminal. Iun. cons.*442.*num.* 10. *art.p. vol.*4.

Quod si quis etiam opponeret *ex Peregrino in cons.*41. *num.* 2. *& num.* 5. *et* 11. vers. *non obstat* 2. *vol.p.* hoc locum non habere, quando testator respexit ad nobilitatem generis. Responderem hoc dici non posse, vbi ex Patriæ consuetudine illegitimi non solum retinerent nomen, & arma, sed etiam nobilitatem; Cæterùm, si hoc verum esset, non tamen noceret huic filio, quamuis etiam vti naturalis ex patriæ consuetudine maiorum nobilitatem non retineret, ex his quæ in sequenti responsione dicturus sum.

Secundò, respondetur huic non tantùm agi de filio naturali, qui ex communi vsu loquendi, & consuetudine retinet cognomen Patris, & eiusdem insignia defert, sed etiam de legitimato à Comite Palatino auctoritatem à Summo Pontifice, & à Cæsare habente.

Constat enim legitimatum à legitimo nihil differre, vt legitur in *Auth. quibus*
74 *modis naturales efficiantur legitimi nouel.*74.*cap.*2.§.*sit igitur licentia*, ibi: *nihil à legitimis filijs differentes, et in Auth. quibus modis naturales efficiantur sui nouel.*89. *cap.*3. §. *et quoniam ibi: nihil dissimiles legitimis*, quod etiam obseruarunt *Curt.Iunior cons.*157. *num.*11. *vol.*2. *Peregrin. de fideicom. art.* 23. *num.* 26.*Menoch.cons.*1286.*num.*7.*et* 8.*vol.*13. *Decisio Bononien.diuers.*6.*nu.*95.*Cyriacus controuers.forens.*207.*num.*45.*et* 52.*p.*2. *et Ioannes Lup de illegitimis comment.* 3. §. *primo num.*66. *vers. similiter.*

Nam & filij legitimati agnoscuntur Patri, & cæteris agnatis, vt scripsit *Antonius de Butr.in d.cap.per Venerabilem* 13. *num.* 17. qui filij sint legitimi, quia cum natu-

naturales restituantur pristinis natali-
bus, vt hic restitutus fuit, cum clausula,
*proinde, ac si natus esset de legitimo ma-
trimonio*, censetur restitutus, quoad om-
nia, & sic etiam quoad agnationem,
75 quod & respondit *Angel.cons.17.num.5.
ad finem cum sequenti, Castren. cons. 34.
num. 3.* vers. *nam legitimatus vol. 2.* ita
autem receptum testantur *Alexander
cons. 139.col.2.* vers. *Tamen hoc non obs-
tante vol.p.Decius cons.307.num.13.*vers.
*vlt. cum sequenti vol.p. Curt. Iunior cons.
37.num.4.* vers. *sed contra vol.p. Gozadi-
nus cons.6.nu.77.* vers. *idem tenent Socin.
Iun.cons.142.nu.34.vol.p. Purpurat.cons.
49.num.7.vol.p.Crauet. cons.138. num.4.
vol.p.Roland.à Valle cons.67.num.25.vol.
3.Didacus de sponsal.p.2.cap.8.§.decimo
num.2. Caphal.cons.440.num.60.vol.3.
Menoch.cons.266.nu.19.vol.3.Peregrin.
cons.112.num.5.vol.3. Bimius cons.8.nu.
14.vol.p. Rot. Rom. apud Putheum decis.
111.num.5.lib.2. Barzius decis.91.num.
25.Lup. de illegitimis comment. 3.§. pri-
mo num.66.*vers.*Item legitimatus Cyriac.
controu.forens.208.nu.p.p.2.Tomas tract.
primo tit.14.num.78.& Fusar.de substi-
tut.q.365.num.8.*

Et licet aliqui dubitauerint, quoad
effectum successionis, tamen quoad ef-
fectum agnationis nemo dubitauit, vt
respondit *Menoch.cons.108.nu.9.vol.2.*
& ratio est, quia cum nati sint ex eodem
virili sanguine & descendant per viri-
lem sexum, vbi extaret matrimonium
essent agnati, at iure, cum restituti fue-
rint pristinis natalibus, ac si nati essent
de legitimo matrimonio, iam fit vt om-
nino Agnati dici debeant, additum enim
76 fuit vinculo naturali vinculum Ciuile &
ideò etiam inuitis, & nolentibus Agna-
tis fit agnatus, vt pulcrè disseruit *Pere-
grin. cons.52.nu.17.vol.4.* agnatio enim
vt ipse ait *nu.18. ad fin.* est donum Prin-
cipis, & ius Ciuile, quod est in manu
Principis legitimantis.

Neque dubium facit, quod respondit
Decius cons.275.num.4. vers. *sed tamen
supradictis cum sequentibus vol.p.* hunc
non esse verè, & propriè Agnatum, &
ideò non venire in dispositione statuti
de agnato loquente; Quia vt ait *Mo-
destinus Pistor. cons.46.q.2.nu.26.& 27.*
idem operatur fictio in casu ficto, quod
operatur veritas in casu verò.

Quinimò *Decius ipse cons.316.nu.10.*
vers. *Et hoc maximè vol.p.* aliter opinatus
est, quia licet in iis, quæ sunt facti legi-
timatio operetur per fictionem, in ijs ta-
men, quæ sunt iuris, vt est agnatio, lex
verè, & propriè operatur, quod & scrip-
sit ante ipsum *Bald. in l.cum acutissimi
30. nu. 7.* vers. *Quæro numquid ad finem
C. de fideicommissis*, vbi ait legitimitatem
esse verum statum legitimatorum, & ef-
ficere, vt legitimati veniant sub nomine
legitimi in dispositione Statuti, quod
etiam eadem ratione probauit *Peregrin.
de fideicommissis art.23. num.40.* vbi ait,
receptum esse legitimatum verè legiti-
mum esse, ea ratione quia iura omnia
legitimorum assequitur, & in ijs, quæ
sunt iuris fictio operatur secundum ve-
ritatem, vt ipse latè probat. In termi-
nis verò agnationis idem cum *Decio* ea-
dem ratione respondit, verè agnatum
esse, *Decian.respons.9.num.63.vol.4.Mo-
destinus Pistor cons.46.q.2.num.25.vol.p.
Antonius Ciofius d. cons. 143.nu.13.vol.
p.& Cyriac.controuers.forens.208.nu.p.
ad finem.*

Proinde legitimatum conseruare agna-
tionem respondit *Alex.cons.2.num.12.
vol.p. Mazol. cons. 117. num. 27.Cephal.
cons. 107. num. 3.vol.p. Decian. resp. 9.
num.64. vol.4. Decius cons.189. uum.33.
vol.2. Beret. cons.23. nu. 13. & cons.118.
num.55. & Menoch. cons. 1286. num.20.*
77 *vol. 13.* imò & potest conseruare digni-
tatem ipsius agnationis, vt scripsit *Go-
zadin.cons.85. num. 19. & Cyriac. d.con-
trou. forens.209.num.p. Ansald.cons.65.
num.74.*

Si quidem legitimatum ex parte no-
bili ex ipso actu legitimationis nobilem
fieri scripserunt *Afflict.decis.195.n.8.ad
fin.Bonus de Curtili de nobilit.p.4.nu.21.
Ruin.cons.76. num. 13.* præsertim si fuit
restitutus ad honores & dignitates, vt
hic fuit restitutus *vol. 3. Paris. cons. 58.*
78 *num.45. vol.4.Roland.à Vall.cons.67.nu.
39.ad fin.& nu.48.vol.3. Tiraq.de nobi-
lit. cap.15.num.20. Gabriel.Paleottus de
not. & spur.cap. 62. num.3. Decian. res-*

ponso

ponso 3. num.89.vers.Tertio vol.p.& res-
pons.9. num.55. vol.4. Mantic. de coniect.
lib.11. tit.10. num.37. Menoch.præsumpt.
79. num.10.et 11. vol. 32. lib.4. & cons.
779. num. 5. vol. 8. Thomas Sanchez de
matr. lib.7.disp.24. nu.4.vers.et licet. Be-
ret.cons.29.num.13. Surd.cons.571.num.
53.vol.4. Peregrin. de fideicomm. art. 23.
num.12.ad fin. et respons.7. num.4.vol.2.
Mastrill.de Magistrat. tom.p.lib.3.cap.10.
nu.47. Lup.de illegit. comment.3. §.primo
num.77. Rustic. ad l.cum auus lib.2.c.15.
nu.114.et seq. Giouagnon.resp.21.nu.45.
vers. nam vti. Cyriac. controuers. forens.
208. nu.4.p.2. ait Thomas tract.p.tit.14.
nu.354. Sperell. dec.73.num.32. vbi alios
adducit Ansald.cons.65.nu.94. non mo-
do fiunt nobiles, sed etiam Illustres iux-
ta testatoris nobilitatem, Cyriac. contr.
forens.208.num.3.& nu.78.vers.sed p.2.

Proinde hunc legitimatum, non so-
lum dici de Domo, sed etiam de fami-
lia, & de agnatione Responderunt So-
cin. Senior cons. 6. num. 20. ad fin. et seq.
vol.3. Mazol.d.cons.117. num.27. Beccius
cons.189.num.33. ad fin. vol.2. Decian.d.
respon.9. num. 55. et 64. vol.4. Antonius
Ciofius cons.143. num.p. et 3.vol.p. et Cy-
riac. d. controuers. forens.208. num.p.

Imò & dici de parentela probauit An-
tonius Ciofius d. cons.143. n. 14. vol.p. Pe-
regrin.d.cons.52.nu.12.15.et 17.vol.4.et
79 Fusar.de substitut.q. 365.nu.7. vbi ait ita
cõsuluisse in eodem casu cum Peregrino

Et deferre insignia maiorum scripse-
runt Barz.decis.91.nu.26. Antonius Cio-
fius d. cons.147. num. 4. vol.p. & nouissi-
mè Menoch. cons. 1286. num. 22. vol.13.

Quartò, quia hic filius non fuit ple-
nè legitimatus, cum in legitimatione
dictum fuerit eum succedere posse patri
ab intestato, ex testamento vero in ea
parte, quam pater ei relinquere voluerit.

Si quidem animaduertere debemus
ius succedendi separatum esse à iure
filiationis, & legitimationis vt scripsit
Bartol.in l.is potest 18.num.8. ff.de acqui-
renda hereditate, cuius sententiam ibi-
80 dem probarunt Castrens. Aret. Iason. &
alij quos sequitur Tiraq. in l. si vnquam
in verbo donat. largitus num.317. C. de
reuocand.donat. Potest enim quis esse le-
gitimus, & non succedere Patri, vel ex
renunciatione, vel ex professione in re-
ligione vel per exclusionem
Statuti, & ideo restrictio, quoad mo-
dum succedendi, nil commune habet
cum legitimatione personæ, nec efficit,
vbi quoad personam plenè legitimatus
81 fuerit, quin legitimatio sit plena, ita
enim obseruarunt Cuman.cons.99. vol.2.
vers. præterea conditio ista Curt. Sen.cons.
73. nu.16. vers. secundo respondemus, cui
scripsit Socin. Sen. cons.246. num.3. vers.
secundo prima legitimatio vol. 2. Decius
in l.solet 15. num.9. ff. de iurisd. omnium
Iudic. et in l.pactum dotale 3. num.15. ad
fin. vers. Sed huic rationi C. de collationi-
bus. Idem cons.258. num.10. ad fin. cum
seq. vers. non obstat, et cons. 264. num. 3.
vers. Quid enim si Margarita vol.p. Ruin.
in l.Gallus 29.§.si eius num.47. ff. de libe-
ris, et posthum. cons. 75. nu.11. ad fin. vers.
et prædicta cons.86. nu.5. et cons.145. nu.
4. vol.3. Alciat.in Rubrica ff.de liberis, &
posthum. num.30. et Parergo lib.3. cap. 4. ad
finem vers. modus igitur, et respons. 205.
num.14. alias 8. lib.4. et respons.238. nu.
3. alias respons.15. lib.9. Paris.cons.7. nu.
15. cum sequen. et in additionibus num.6.
vol.2. Gozadin.cons.6.num.64. et cons.29.
num.31. vers. præterea, et secundo. Socin.
Iun. cons.93. num. 42. vol.3. Alba cons.7.
num.4. vol.p. Didac. de Sponsal.p.2.cap.8.
§.8. num.p. vers. dicebat tamen. Decius,
et Emanuel à Costa in l. Gallus 29.§. et
quid si tantum in p.2. num.152. ff. de libe-
ris et posthum. Tiraquel.in l.si vnquam 8.
in verbo donat. largitus num.317. C.de re-
uocandis Donationibus. Antonius Ga-
briel. recept.sent.lib.6. de legitim.conclus.
8.num.3. Roland.à Valle cons.26. num.10.
vers. nec habet obstare cum pluribus se-
quentibus, et præsertim num. 14. vol. 4.
Hier.Gabr.cons.30.num.2. cum sequenti-
bus vol. 1. Molina de Hispan. Primogen.
lib.3. cap.3. nu.38. vers. sed quamuis, vbi
veriorem dicit, & post Tellum Fernand.
ad l.12. Tauri num.22. receptum testatur
Menoch.præsumpt.79.nu.48. lib.4. et cons.
306.num.25. vol.4. Berett.cons.29. col.3.
vers. est uerum. Siluester inter consilia
Marzarij cons. 38. num.76. vers. secundo
respondetur, Surd. cons.453.nu.30. uol.3.

Laderch. conſ. 170. *num. p.* & in eodem caſu *Riminald. iun. conſ.* 469. *num.* 18. *vol.* 4. qui & antea idem voluerat *conſ.* 46. *num.* 2. *uol. p.* & *conſ.* 231. *num.* 22. *uol.* 2. *Honded. conſ.* 83. *num.* 22. *uol.* 2. *Eugen. conſ.* 52. *num.* 47. *uol. pri. Morot. reſponſ.* 9. *num.* 18. *cum ſeq.* vbi ait hanc ſententiam veriſſimam, & approbatiſſimam eſſe, *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 23. *num.* 34. *conſ.* 20. *num.* 3. verſ. *et eſt uera vol. p. conſ.* 68. *num.* 21. *vol.* 2. *et conſ.* 76. *num.* 15. verſ. *Proinde vol.* 3. *conſ.* 18. *num.* 8. *vol.* 4. *et conſ.* 6. *num.* 14. *ad fin. vol.* 5. *Lupus de illegitimis comment.* 3. *in præfatione num.* 48. *Gratian. diſputat. forenſ.* 496. *num.* 27. *cum ſeq. p.* 3. *et diſcept.* 936. *num.* 9. *p.* 5. *Tomaſ. tract. p. tit.* 7. *num.* 9. & ita iudicare *Rotam Romanam legitur apud Achill. de Craſſis tit. qui filij ſint legitimi deciſ.* 6. *Cæſar de Graſſis in tit. qui filij ſint legitimi dec.* 2. *nu.* 8. cum ſequentibus apud *Hieronymum Gabrielem dicto conſ.* 30. *num.* 2. *vol.* 1. qui ait ita Rotam iudicaſſe in cauſa *de Soderinis* apud *Ludou. deciſ.* 201. *num.* 5. *cum ſeq.* vſque ad finem, vbi refert plures Rotæ Deciſiones, & ibi addentes in vltima parte, & apud *Rubeum in deciſionibus ab eo collectis deciſ.* 199. *num.* 3. & ita etiam in ſummo Caſtellæ Senatu iudicatum fuiſſe legitur *apud Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 38. verſ. *Sed quamuis*, & ita etiam *Rotam Lucenſem ſenſiſſe* in cauſa Bartholomei Lotini teſtatur *Thomas d. tract. p. tit.* 7. *num.* 9.

Iſtud autem ſucceſſiſſe in caſu propoſito conſtat; Comes enim vtraque auctoritate vtens Pontificia, & Cæſarea legitimando hunc filium vſus fuit verbo: *legitimat, abſtergit omnem maculam, reſtituit ad honores, & dignitates, & ad priſtina iura naturæ cũ clauſula perinde, ac ſi natus eſſet de legitimo matrimonio.*

Verùm enim verò alia ratione ad hoc dubitari poſſe videtur, quia Teſtator ſemper in primogenitura conſtituta in deſcendentibus primi heredis poſuit in conditione non ſolum filios legitimos, & naturales, ſed etiam natos ex legitimo matrimonio, quin imò non ſolum id fecit in ſucceſſione heredis electi, & licet dubitari poſſit, an idem de herede electo ſenſerit triplici tamen ratione videtur ſuaderi etiam hanc qualitatem ad electum pertinere tùm quia ſi vltimus deceſſiſſet ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis,
82 filium autem legitimatum haberet, ille excluderetur à conditione, multò igitur magis ex coniectura voluntatis teſtatoris videretur excludendus ab electione, tùm & quia videatur repetita hæc qualitas in ipſo electo ex traditis *à Bart. in l. in repetendis* 63. *ff. de legatis tertio, & in l. Seia* 20. §. *Caio de fundo inſtructo, & inſtrumento legato*, tum & poſtremo, quia cum omnes non natos de legitimo matrimonio odio habuerit, & excludere voluerit, huiuſmodi perſona, vti odioſa non videtur comprehendi in ſermone generali, vt ſcribentes obſeruarunt in *l. Lucius Ticius* 90. §. *Lucius Titius Damam ff. de legatis* 2.

In hoc argumento diſcutiendo Aduocati huius filij multùm inſudarunt, ego autem quo facilior eius diſcuſſio reddatur rem omnem ad tria capita redigam.

Primùm an hæc qualitas in electo fuerit à teſtatore ommiſſa.

Secundùm an vbi ommiſſa fuerit, cenſeatur in eo repetita.

Vltimùm an teſtator ita odio habuerit filios non legitimè natos, vt non veniant in ſermone generali.

Quod ad primùm attinet, res videtur manifeſta; electionem enim conceſſit teſtator vltimo decedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & in ea vtitur his verbis *vnum de parentela mea ſcilicet de Paganis* eandem conceſſit DD. Conſeruatoribus Hoſpitalis Magni Mediolani in caſu quo vltimus ex deſcendentibus heredis qui moreretur ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis non eligeret, & in ea his vtitur verbis, *rogo vt diligentes ſint ad eligendam perſonam probam de dicta agnatione, ſeù parentela.*

Nec obſtant illa verba, *quia intendo habere heredem meum, & ſeu ſucceſſorem meum ex eiſdem deſcendentibus ſingularitèr, & debitè referendo prout ſupra.*

Se-

Sequentia enim verba satis declarant testatorem loqui non de electo, sed de descendentibus primi heredis, & ipsius electi, dum ait & vbi nullos reliquerit filios, nec descendentes legitimos, & vt supra, hic loquitur de descendentibus primi heredis, postea sequitur; *volo quod talis electus, seù eligendus per Magnificos Deputatos Hospitalis Magni Mediolani, vbi per successorem meum non fuerit facta electio vt supra, quos eo in casu deputaui, & deputo ad faciendam dictam electionem, ac rogaui, & rogo vt diligentes sint ad eligendam personam probam de dicta mea agnatione seù parentela, qui succedat in hereditate, bonis, & iuribus meis & quem electum per successorem meum, siuè per præfatos DD. Deputatos debitè referendo vt supra eo in casu institui, et instituo, ac substitui, et substituo:* hactenùs de eligendo vel electo, in quo nihil de hac qualitate; sequitur nunc de eius descendentibus; *et post eum eius descendentes legitimos, et vt supra in omnibus, et per omnia prout vocaui dictum heredem meum.* Hic obseruandum testatorem in herede instituto non expressisse qualitatem natiuitatis de legitimo matrimonio

Quod si quis responderet fortasse in eo adfuisse, dicerem hoc adhuc ignotum esse. Cæterùm id non repetisse nec posse repeti quia hæc qualitas desideratur, vt heres castè viuat, non autem vt filij innocentes excludantur, si nō suo, sed alieno vitio laborent, vt dixi ab initio, & clarè probatur à Iustiniano in *l. fin.* ibi: *filijs enim naturalibus relinqui constitutiones quantum voluerint, idcò prohibuerunt quia vitium paternum refrænandum esse existimauerunt C. de naturalibus liberis;* satis enim constat testatorem nil aliud desiderasse, quam vt probus eligeretur, qui castè viueret, vt ex lectura testamenti satis apparet, & suo loco dicam, postea sequitur: *et eius descendentes cum illis modis, formis, conditionibus, fideicommisso, prohibitione alienationis, potestate eligendi successorem, pœnis et denique omnibus qualitatibus etiam primogenituræ, ac implicationibus faciendis cum pœna suprascripta, ita quod in nullo sit differentia inter descendentes vnius, & alterius;* Ex quo apparet, vt dixi testatorem illa verba protulisse, non respectu heredis, vel substituti electi, aut eligendi, sed tantum respectu descendentium ab eis, & hæc de primo.

Quod attinet ad 2. an qualitas legitimitatis censeatur repetita in persona eligenda, duplicem habet inspectionem: vnam, quæ pendet ex verbis, & propria est grammaticorum: alteram, quæ pendet ex mente ipsius disponentis, & est propria Iuris Consultorum, vt benè distinguit *Marius Salomon ad l. omnes populi 9. num. 14. ff. de iustitia, et iure.*

Prima, pendet à duobus nempè à particula: *Item*, quæ videtur habere vim repetendi *l. in repetendis 63. ff. de legatis 3.* secundò ex illis verbis: *quem electum*
83 *per successorem meum siuè per præfatos DD. Deputatos eo in casu institui, et instituo, ac substitui, et substituo, et post eum eius descendentes legitimos, et vt supra,* quia dictio illa: *vt supra*: respiciat non solum descendentes ab electo, sed etiam ipsum electum ex scriptis *à Paulo de Castro in l. quæ conditio 39. num. 4.* vers. *Tu pone ff. de conditionibus, et demonstrationibus* vbi si quis dixerit instituo Caium, & vulgaritèr substituo Seium si Nauis ex Asia venerit, existimat. *Castren.* conditionem illam respicere non modo Seium substitutum, sed etiam Caium institutum.

Quod attinet ad particulam *Item* animaduertendum est hic agi de identitate rei, sed non de identitate personæ, cui relinquitur, quo in casu *Bartol. in d. l. in repetēdis col. 4.* vers. *Tertio*, & vers. *Quandoque est identitas rerum ff. de legatis 3.* distinguit, aut opponitur orationi imperfectæ, vt si testator dixerit lego fundum Titio, si Nauis ex Asia venerit, & eundem Sempronio, & tunc habet vim repetendi, aut verò opponitur orationi perfectæ, vt in casu nostro, & tunc habet quidem vim continuandi, non autem repetendi, cuius Sententiam ita explicauit *Menoch. præsumpt.* 180. *num. 11. et 12. lib. 4.* vbi loquitur in legato, & secutus est in materia substitutionis *præsumpt.* 178. *nu.* 14. cum duobus sequentibus *lib. 4.* quibus accedunt permulti al-

legati à *Peregrin. de fideicommiss. art. 16. num. 90. & 92. & Alex. Trentacinq. de substitutionibus p. 5. cap. p. num. 26.*

84 Quod verò attinet ad doctrinam Castren. habet quidem suos asseclas, & defensores, vt fuerunt *Menoch. d. præsumpt. 178. à num. 5. ad 8. lib. 4. et Galganetum de conditionibus, et demonstrationibus p. 2. cap. p. q. 12. num. 5.* cum sequentibus, sed habet etiam suos aduersarios & eximij ingenij, & iuditij, nempè *Bartol. Socin. in d. l. qua conditio 39. nu. 6. vers. sed dicit eum num. sequenti, et Carolum Ruinum ibidem nu. p.* cum sequentibus vers. *vtrinque ff. de conditionibus, et demonstrationibus.*

De veritate huius decisionis *Castren.* non disputo, quia si rectè inspiciatur casui nostro non conuenit.

Sed dico à præcedentibus, & à subsequentibus non conuenire.

A præcedentibus quidem, vt in hac causa obseruauit doctissimus *Merenda num. 18.* distinguendo actum electionis, ab actu institutionis, supra enim, dum actum fuit de electione nil amplius desiderauit Testator, quam vt vnus eligeretur de parentela sua de Paganis, si fieret electio ab vltimo, si verò fieret à Præfectis Hospitalis Magni nil amplius desiderauit quam vt fieret de viro probo de agnatione, seù parentela sua de Paganis.

Postea subdit: *quem electum per successorem meum, siuè per præfatos DD. Deputatos debitè referendo vt supra instituì, et instituo, ac substitui, et substituo.*

Cum itaque supra de qualitatibus electi siuè fieret ab vltimo, siuè à DD. Deputatis satis mentem suam Testator explicasset, sequitur per contenta in clausulis generalibus subsequentibus non censeri comprehensum heredem electum.

Probat autem hoc suum responsum D. Merenda num. 19. cum sequentibus ex textu *in l. cohered. 41. §. qui Patrem, ff. de vulgari, et pupillari* in qua acutissimus Papinianus respondit Patrem, & filios contentos in prima speciali substitutione non censeri comprehensos in subsequenti generali substitutione, & rationem addit propter specialem inter Patrem, & filium substitutionem, ex quo responso collegerunt ibidem omnes scribentes, quando specialitèr de aliqua re dispositum fuit id non contineri in subsequenti generali dispositione, quæ propositio vltra adducta à *D. Merenda* ab alijs multis probatur quos recenset *Hieronymus Zanchus in l. heredes mei 57. §. cum ita ff. ad Trebellianum in p. editione num. 674. et in 2. p. 6. num. 217. de Trebell.* qui etiam hoc comprobat, quia generalitas nunquam trahitur ad casus in specie prouisos, quod & pluribus comprobat *Ant. Gabriel. recept. sent. lib. 6. tit. de clausulis clausf. 9. num. 8.* dum ait, *quando clausula præcedens habet claram, et determinatam dispositionem tunc clausulam generalem in fine positam ad eam non referri;* quod & *voluit Roland. à Valle cons. 59. num. 48. vol. 3. Menoch. præsumpt. 181. nu. 7. & 8. lib. 4. Martha de clausulis p. 4. clausf. 23. num. 9.* vbi testatur, ita non semel in Rota Romana fuisse iudicatum, & nouissimè *Capic. Galeot. controu. Illustr. tom. p. controu. 57. nu. 20. & Lel. Altogradus cons. 54. num. 8.* in rationibus dubitandi, quam tamen rationem nu. 89. quod attinet ad rem nostram non euitat.

85 A subsequentibus verò quia Testator post institutionem de electo factam subsequitur: *& post eum eius descendentes legitimos, & vt supra.* Verba enim illa *legitimos, et vt supra* posita sunt ad qualificandum descendentes, non autem electum, & ideò ad eos tantum referuntur vti proximiores, iuxtà Doctrinam *Bartol. in l. vltima* vers. *si enim illa ff. de rebus dubijs*, & ibidem *Socin.* ita enim responderunt *Alexand. cons. 48. num. 8. lib. p. et cons. 38. num. 7. lib. 6. Afflict. decisione 248. num. 12. Socin. Iun. cons. 3. num. 41. vol. p.* alijque permulti quos recenset *Antonius Gabriel. recept. sentent. lib. 6. tit. de clausulis clausf. 9. nu. 11. Menoch. præsumpt. 181. num. 22. lib. 4.* & nouissimè *Martha de clausulis p. 4. clausf. 23. num. 8.* vbi in fine testatur sæpius in Rota Romana ita fuisse iudicatum.

Neque verò dubitandum est, quin hæc fuerit mens testatoris, quæ resultat

ex illa dictione, *vt supra*; supra enim expressa fuit hæc qualitas legitimitatis tantùm in descendentibus ab herede instituto, nempè in primogenito, & in omnibus descendentibus positis in conditione, *si decesserit sine filijs legitimis*
86 *&c.* Dictio enim *vt supra* est repetitiua, & relatiua præcedentium, & restringit dispositionem ad limites præcedentis dispositionis, vt post multos recenset, scripsit *Andreas Barbos. in dictione vt supra* 383. *num.p. & 2.* vbi etiam recenset ita Rotam Romanam non semel iudicasse.

Quod magis demonstratur ex verbis subsequentibus *in omnibus, & per omnia prout vocaui dictum heredem meum, & eius descendentes*. Cum enim vocauit heredem non expressit hanc qualitatem legitimitatis, & ideò per dictionem *vt supra* non potest videri repetita, vt enim ait *Surd.* post cæteros ab eo relatos *decis.* 291. *num.* 15. vers. *Sed hoc quoque* vbi in admissione positionum, quis responderit credere, prout in Instrumento, si in Instrumento nullum adest verbum de illa re, perinde est, ac si quoad illud positionem negasset, non potest enim censeri repetitum id quod non est expressum, vt post *Decium* scripsit *Card. Tuscus pract. conclus. in litt. d. conclus.* 404. *num.* 3. *tom.* 2. nam quando diuersimodè loquitur disponens, diuersimodè etiam censetur referre, & repetere, vt respondit *Cumanus cons.* 22. *ad fin.* quem sequitur idem *Card. Tusch. d. conclus.* 404. *num.* 4.

Sed quid adhùc egemus testibus? cum manifestis verbis id fateatur testator in illis verbis subsequentibus: *ita quod nulla sit differentia inter descendentes vnius, & alterius*, ex quibus satis clarè, & manifestè fatetur ipsum hæc omnia dixisse non alio fine, nisi vt nulla esset differentia inter descendentes heredis, & descendentes electi.

Sed & alia ratione hæc repetitio cessare debet; hæc enim non pendet à verbis quæ in hoc casu non deseruiunt, vt satis probauimus, sed pendet à mente testatoris, hæc autem cessat, quando intrat diuersa ratio, ita enim scripserunt *Bartol. in l. talis scriptura* 30. *§. fin. nu.* 3. vers. *Sed sic esset ff. de legatis primo, & Bald. in l. in actionibus* 7. *num.* 3. *ff. de ijs qui notantur infamia, & cons.* 153. *num.* 8.
87 *vol.* 5. *Castrens. in l. fin. num.* 2. *limit.* 4. *ff. de rebus dubijs Cuman. cons.* 112. *col. vlt. in princ.* vers. *& quia*, *Roman. cons.* 180. *nu.* 10. vers. *quinimo*, *Panormitanus cons.* 75. vers. *secundo facit*, *vol.* 2. *Alexand. cons.* 158. *num.* 11. *& cons.* 226. *num.* 2. *&* 4. *vol.* 6. quibus accedunt permulti relati *à Peregrin. de fideicomm. art.* 16. *num.* 38. *cons.* 54. *num.* 13. *vol.* 2. *et à Fusar. de substitut. q.* 403. *num.* 23. *ad fin.*

Iussit Testator à Deputatis Hospitalis Magni eligi virum probum de agnatione, seù parentela de Paganis, sicque desiderauit probitatem in electo. Neque dubitandum est, quin illegitimi aliquando sint legitimis meliores, ita enim scripsit Euripides in Andromache.

Sæpè numero certè
Arida profundam terram vicit satio
Spurijque multi legitimis meliores.

88 Cuius verba obseruauit refertque *Tiraquell. de nobilitate c.* 15. *num.* 33. vt enim dixit *Sergius Galba* apud Tacitum histor. lib. p. num. 16. in adoptione Pisonis *generari, & nasci à Principibus fortuitum, nec vltra æstimatur, adoptandi iudicium integrum, & si velis eligere consensu monstratur*; nasci enim ex legitimo matrimonio viros probos, & non degeneres fortuitum est, præsumitur tamen, vbi æquale sit matrimonium, & bona educatio sequatur, vt supra, dum interpretis munere fungere demõstraui, At in electione viri probi, & non degeneris integrum est iudicium, sicque non fuit contentus Testator bonitate præsumpta, sed veram desiderauit, quæ non à natura, sed à virtute, à moribus, & ab educatione pendet.

Aut enim volumus hoc fuisse inductum à Testatore, vt heres castè viueret iuxtà primam orationem Iustiniani *in l. fin. C. de naturalibus liberis*, quia vitium paternum refrænandum existimauerunt, à me supra adductam.

Aut vt filios degeneres non relinqueret iuxta secundam rationem Iustiniani in eadem *l. fin. in fin.* à me collectam, ex

illis

illis verbis: *ne quis huiusmodi vocabulum in tàm degeneres homines extendere maluerit.*

Primò, casu qui pendet à virtute, & electione, cum probitas adesset, non erat necesse quærere, an natus esset ex illegitimo, vel legitimo complexu, satis enim erat eum probum esse, vt castè viueret.

Secundò casu qui pendet à natura melius erat natum esse ex legitimo matrimonio, cum, vt dixi, nati ex æquali matrimonio, & rectè educati præsumantur non degenerare.

Ex his etiam colligitur, quarè exclusi à conditione non censeantur exclusi ab electione, quia in ijs qui ponuntur in conditione, vt admittantur non quæritur bonus, ne an malus sit, sed quisquis ille fuerit, siuè bonus, siuè malus, admittitur, & attenditur natura, quæ plurimùm, natos ex iustis nuptijs non degeneres producere præsumitur, præsertim, si nati sint ex æquali matrimo-

89 nio, & benè fuerint educati; natos verò ex illegitimo complexu degeneres, vt plurimùm procreare soleat, vt infra probabo; In electione verò non quæritur quid natura fecerit, sed ex dispositione huius testatoris desideratur virtus, & probitas, quæ ex innocentia vitæ, & habitu contracto efficitur, & in in eo, qui eligeretur; testator enim non præsumptiuè, sed positiuè desiderauit, quamuis enim natura possit ex legitimo complexu bono producere, & ita præsumatur, tamen aliter quandoque id sequitur, vt quotidiè experimur, natura enim producit homines, non malos, sed idoneos ad virtutem, & vitia, quæ consistunt in voluntate nascentis, vt *legitur in c. nasci 5. ad finem distinc.* 56. nec distinguit probum ab improbo, nec degeneres à generosis, sed hoc pertinet ad virtutem, & mores; Illegitimos verò vt plurimùm degeneres producit. At cum in electione vt ait Sergius Galba apud Tacitum integrum sit iudicium, & testator in eo probitatem desiderauerit, sola virtus attenditur, electio enim distinguit virum probum ab improbo, & virum generosum à degenere. Poterat igitur excludi à conditione, & includi in electione, quia primum pendet à natura, quæ illegitimos vt plurimùm degeneres producit, secundùm verò pendet à virtute, & moribus, quæ etiam in illegitimis, vt mox probabo, concurrere possunt.

Propterea *Ioan. Casus in sua sphera Ciuitatis lib. 4. cap. 6. in 3. op.* ait maculam generis in spurio splendore virtutis deleri, & ideò maculam generis non esse sufficientem causam priuationis, quia virtus in omni Ciuitate est præferenda; Postea respondit fieri posse, vt Spurius aliquando virtutibus animi alijs præluceat, verùm hoc raro contingere, & ideò

90 hanc legem vniuersalem contra spurios fecisse; pròinde si Spurius aliquis admittatur ad Ciuitatem propter Diuinam sapientiam, hanc esse exceptionem legis, non violationem. Quod & pulcrè explicat *Decian. respons. 9. num.* 83. *vol.* 4. dum probat virtutem esse causam legitimam habilitandi Spurios ad honores. Et ideò *Oldrad. & Alberic. in l. tertia §. Spurios ff. de Decurionibus num.* 1. scripserunt in eligen. Spurijs Decurionib. vitæ honestatem consideran. esse; Quinimò ibidem *Gothofred. in lit. m.* ait in Decurione promouen. inquiren. esse de eius vita, & moribus; quinimò *Rhaud. de Analogis cap. 30 num.* 80. testatur Genuæ moribus receptum esse, vt Spurij eligantur ad regimen reipub. qui postea num. 80. rationem affert, quia reperiuntur Spurij aliquando maximis virtutibus præditi, quos admitti ad officia interest Reipublicæ.

Cæterùm ipse respondit in filio adulterino, nos autem loquimur in naturali; in quem infamiam iuris, aut facti non cadere scripsit *Cagnol. in d. l. p. num.* 14. *C. de inofficioso testamento, & in l. si qua Illustris.* 5. *num.* 8. *C. ad orficianum*, cuius sententiam videtur probare *Antonius Gomez. var. resolut. tom. p. cap.* 11. *num.* 38.

91 vers. *secundum est* ad fin. *Gabriel. Paleot h. de noth. & spur. cap.* 55. *num.* 12. *&* 15. *Craue. cons.* 728. *num.* 14. vers. *quod si patri vol.* 4. *&* veriorem iure Ciuili dicit *Lambert. de contract. mulier. gloss.* 19. *nu.* 3. ad fin. ea ratione quia in filio naturali

non

non igitur de complexu damnato Iure Ciuili, & ideò illo Iure notari non possunt, nam & Patri succedunt in portione à lege statuta, *Farinac. de accusat. q. 13. num. 71. Thadeus Piso var. resol. lib. 2. cap. 13. num.* 28. & nouissimè *Thesaur. filius ad decis. Thesauri Patris decis.* 126. vbi latissimè comprobat, & concludit, fratrem non posse impugnare Testamentum fratris, in quo instituit filium naturalem alterius.

Deinde animaduertendum est in hac quæstione distinguendum esse inter Ius Canonicum, & Ius Ciuile, iure enim Canonico non purgatur hæc nota probitate vitæ, vt admittatur ad sacros ordines, sed necessaria est dispensatio, vt satis probatur in capite *innotuit. 20. de electione*, lateq; docet ipse *Paleot. de noth. & spur. cap.* 57. At iure Ciuili probitate vitæ purgatur, vt scripserunt *Crauet. cons. 616. n. 3. ad fi. & cons. 728. n. 8. & 9. vol. 4. & cons. 768. n. 5. vol. 5. Lup. de illegit. comment. p. §. 3. n. 61. & Decian. ipse in d. resp. 9. n. 71. vol. 4.* idem *Decian. respons. 92. nu. 10. vol. 2.* ibi *licet iu maiore virtutes sæpè soleant abolere maculam natalium*, Rationem autem differentiæ affert *Modestinus Pistor d. cons. 46. num. 20. ad finem*, quia omnis complexus extra matrimonium iure Canonico est prohibitus, iure autem Ciuili cessat in dignitatibus sæcularibus, maximè in his Spurijs, qui nascuntur ex complexu à legibus non damnato, probatur *in d. l. generaliter 3. §. Spurios ibi*: re & vita honesti, & *in l. Spurij 6. ibi*: quia eorum dignitas impedienda non est, qui nihil admiserunt *ff. de Decurionibus*, vbi Spurij ob probita-
92 tem vitæ admittuntur ad Decurionatum, ad quem tamen infames admitti non possunt, *Leos 12. ff. de Decurionibus*, quod & scripserunt *Lucas de Peña in l. mulieres 13. n. 9. ad fin. C. de dignitatibus lib. 12. & Afflict. dec. 195. n. 9. Conradus de Decurionibus nu. 9. Crauet. cons. 728. n. 14. vers. secundo ex textu vol. 4.* & probauit *Gabriel. Paleot. de noth. et Spur. cap. 57. nu. 4.* vbi proinde *num. 8.* ait, non solum Spurios admitti ad Decurionatum, sed etiam ad dignitatem IurisConsulti, & ita moribus receptum esse testatur, quinimò huiusmodi Spurios ad omnes dignitates seculares promoueri, scripsit idem *Paleot. d. cap. 56. nu. 9.* & respondit *Modestinus Pistor cons. 46. nu. 5. cum seq.*
93 *lib. p.* dum voluit Spurium officio Scabini, seù Iudicis fungi posse, *Peregrin. cons. 8. nu. 40. vol. 2.* & ita moribus receptum esse Genuæ testatur *Rhaudiensis de Analogis c. 30. num.* 80. qui & rationem affert *nu.* 81. quia reperiuntur Spurij aliquando maximis virtutibus præditi, quos admitti ad officia interest Reipublicæ; At respondit *Petrus Heigius d. q. 21. num.* 56. illos ad Magistratus Spurios recipere, qui fortasse, si legibus vti vellent, non multos haberent, qui verè Ciues essent, quod & voluerunt omnes supra relati, dum probitate vitæ omnes maculam abstergi, tùm in ferendo testimonio, tùm etiam in succedendo alijs, quam Patri voluerunt.

Postremò de hoc dicto Azonis dubitauit *Rota Romana* in decisionibus *collect. post tract. Merlin. de legitim. decis. 26. num.* 3. & illud improbarunt *Romanus in l. si pepercerit 3. in principio ff. de liberis, & posthumis num. 2.* vers. *sed argue, Tiraquell. de nobilitate cap. 15. num.* 30. cum sequent. *Valenzuela in l. in ...., 8. num. 3. C. de ..... lib.* 10. & nullo iure dictum Azonis probari scripsit *Gaspar. Caldarinus de fide Instrument. cons. 2. ad fin.* vbi ait, iura non dicere eum esse infamem, licet puniant propter delictum Paternum, quæ pœnæ non debent excedere casum, & ideò, vt ipse ait, iure Ciuili di-
94 gni sunt venia, quia alieno vitio laborant, *l. legem 7. C. de naturalibus liberis*; secundum Canones autem nihil imputandum esse ipsis filijs, quod & voluit *Cagnol. in d. l. p. num. 14. C. de inofficioso Testamento, & in d. l. si qua Illustris. 5. num. 8. C. ad orficianum*, quod & voluit *Hartaman. Pistor quæst. iuris l. p. cap. 30. num.* 20. cum sequentibus, qui ob id *nu.* 23. huius dicti nullam rationem habendam esse, quamuis *Azo* sit magnæ auctoritatis, nam & receptæ Sententiæ legum testibus destitutæ vim receptæ Sententiæ non habere latè comprobat *num.* 24. & propterea erroneum esse crediderunt, lateque probarunt *Franciscus*

Petrarca

Petrarca de rem. vtriusque fortunæ lib. 2. dial. 129. vbi solatur obscænè natum. .... multis ostendit, quam hæc opinio à ratione aliena sit, & idem aiunt *Alciat. Parergon. lib. 10. cap. 8. Gabriel Paleot. de noth. & Spur. cap. 55. num. 7. cum sequentibus, Crauet. cons. 728. num. 14.* vers. *secundo ex textu vol. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 464. nu. 18. Riminal. iun. cons. 558. num. 31. & 33. vol. 5.* vbi dictum Azonis intelligit de ijs Spurijs, qui paternas sordes sequuntur, & se proprijs flagitijs inquinarunt; *Fuluius Pacianus de probat. lib. 2. cap. 17. num. 39.* cum sequentibus, *Arumæus de iur. pub. discursu 18.* 3. *vol.* 3. quam æquiorem, & veriorem dicit *Gratian. disceptat. forens. 956. num. pri.* .... *Pachin. controu. iuris lib. 4. cap. 93. Alexander Stiaticus in praxi iudiciorum cap. 20. num. 4. Farinac. de accusat. q. 13. n. 70. Hartman. Pistor. quæst. iuris lib. p. q. 30. nu. 16.* cum sequentibns vsque ad finem, relata inter *decis. Iacobi Tomingij. decis. 48. num. 16.* cum sequentibus, vbi latè hanc Sententiam defendit sequitur *Ioannes Harprect. ad Clarum in* §. *Test. q. 50. num. 17.* qui idem sensisse eius collegam *Henricum Roserium* affirmat *Merlin. ad d. decis. Rotæ Rom. post eius tract. de legitima collect. 26. in lit. A.* vbi ait simplicitèr loquendo ex eo, quod quis sit Spurius, non censeri turpem personam, nisi vitæ turpitudo etiam concurrat; hodiè enim, vt ipse testatur, ex commuui re-
95 putatione hominum, Spurius qui honestè viuit non iudicatur infamis, & infamia illius non à natura, sed ab actionibus, & illicito viuendi modo esset metienda.

Ad probandum Spurios esse infames adducitur *Tex. in l. fin. in fin.* ibi: *in tàm degeneres homines* C. de naturalibus liberis Bonifacius *in cap. si gens Anglorum 10.56. distinc.* ibi: *degeneres populos, ignobiles furentes libidine ad deteriora, & ignobiliora vergentes, nec in bello sæculari fortes, nec in fide* stabiles, nec honorabiles hominibus, nec Deo amabiles *cap. coniunctiones* 2. 35. *q.* 2. vbi loquendo de coniunctione consanguineorum prohibita, ait *leges Diuinæ hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solum eijciunt, sed & maledictos appellant, leges verò sæculi infames tales vocant, & ab hereditate repellunt*, postea sequitur: *infamis eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculæ macula sunt aspersi.* Adducitur, & cap. 3. Sapientia *num. 16. & 17.* ibi: *filij autem adulterorum in consumatione erunt, & ab iniquo semen exterminabitur, & si quidem longa vita erunt in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum*, & 5. Ecclesiastici cap. 23. num. 32. & *num.* 35. ait *non tradunt filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum, derelinquet in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.*

Pro contrario adducitur l. crimen 26. ibi: *crimen vel pæna paterna nullam ma-*
96 *culam filio infligere potest* Hartman Pistor, qui alia iura adducit *quæst. iuris lib. p. cap. 30. num. 31.*

Huic argumento respondit Petrus Heigius *q. 21. nu. 31.* dum ait *si decit culpa, quandoque iusta causa subest, cur etiam innocens plectatur præsertim si agatur de bonis externis, quæ in potestate sunt legislatoris, quamuis enim Spurij non sint ipso iure infames, aut vituperio insigni notandi, tamen quia per vitia coniunctorum minori in parte ea obumbrari potest, summum bonum hominis*, vt ait *Picolomineus moralis Philosophus gradu 8. cap. 33.* adducitque *Ioannem Casum in sua sphæra Ciuitatis lib. 4. cap. 6.* vbi de nothis agit, vbi latè hac de re disserit.

Non obstat nulla lege hoc exprimi, quia vt ait ipse *Petrus Heigius d. q. 21. num. 33.* satis sit hoc fieri more, & opinione hominum, & quamuis natura à legitimis non differant satis est, quod differant lege ea opinione vt arguit *nu. 36.* & sequenti vbi addit nimis altas radices egisse hanc opinionem, & ideò *nu. 39.* vtitur illis verbis Taciti: *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum* contra singulos quod publica vtilitate rependitur, & quamuis *Alciat.* admiserit eos ad singulate certamen, vt ipse ait *nu. 42.* Henricus Primus Spurios à ma-

litia

litia repulit, & licet Spurius ab eo infamiæ genere, quod à vitæ turpitudine, & culpa propria ortum habet, tamen à turpitudinis paternæ labe non omninò immunis, aut notæ omnis expers habendus est, vt ait *num.46.* quod verò dicitur admitti ad dignitatem ipse *nu.* 53. intelligit, si alij idonei non reperiantur.

Caput *nasci* 5. 56. *distinctione*, vbi nasci de adulterio non eius culpa, qui nascitur, sed illius qui generatur; *cap. Cænomanensem* 13.§. *quod autem* 56. *distinct.* ibi: quod legitur adulterorum filij *abominatio sunt domino* 3. intelligendum videtur de filijs Adulterorum, vt
97 illi dicantur esse abominatio Domino ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt *c. nisi* 10. §. *persona de renunciat.* ibi: *vnde patet quod illis, qui paterna vitia non sequuntur propria possunt in talibus suffragari virtutes cap. p.*§. *primo distinctione* ibi, *sed hoc intelligendum est de illis qui paternæ incontinentiæ imitatores fuerint, verùm si morum honestas eas commendabiles fecerit, exemplis, & auctoritatibus, non solum Sacerdotes, sed etiam summi Sacerdotes fieri possunt, & in cap. vndecunque* 3.56. *distinct.* ibi: *si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant honesti, & salui erunt*, ponderando illam dictionem: *honesti*, quæ infamiæ repugnat. *Sexto cap. nunquam* 4. 56. *distinct.* ibi: *nunquam de vitijs erubescamus parentum, sed vnum illud quæramus, & amplectamur virtutem*, & ibi *si propria virtute decoretur parentum suorum non dedecoratur opprobrijs*. Septimò infamia facti, quis laborare dicitur, cuius opinio, & existimatio apud viros bonos, & honestos grauata est *l. ea* 13. *& l. verbum* 17. *C. ex quibus causis infamia irrogetur*, & ideò Spurius, si re, & vita honestus sit, non potest dici infamia laborare, idem, si nihil admisit. Octauò si Spurij infames essent, sequeretur, vt etiam infantes tales essent, cum tamen crudele sit affirmare eum, qui caret culpa, non carere infamia, quæ est pœna eorum, qui malè agunt, ita enim arguit *Hartmannus Pistor quæst. Iuris lib. p. q.* 30.
98 *num.*28. *Ioannes Harprect. ad Clar.* §. *testamentum q.*50 *num.* 13. & ante ipsos *Paleot. de noth. & Spur. c.* 55. *nu.* 12. vers. *quibus quidem*, quia quilibet natura bonus producitur; infamia verò bonitati repugnat. Octauò, quia iure naturæ par omnium conditio esset, neque Spurij aliqui, aut illegitimi nascerentur, vt latiùs supra probaui, & ad rem nostram arguit *Crauet. d. cons.* 16. *num. p.* ad finem qui *nu.* 2. infert hanc differentiam à iure positiuo existere, & ideò à Principe hanc natalium labem eluit, quod, & scripsit *Hartman. Pistor. quæst. Iuris lib. p. cap.* 30. *nu.* 32. itaque si vitæ malæ correctio valet ad turpitudinem abolendam, quæ contracta contrà Ius naturale est, longè magis valebit ad turpitudinem abluendam, quæ contracta contrà Ius naturæ non est.

Vt conciliemus hæc dicta, animaduertendum est nomen *Spurij* opprobrium continere, vt ex Aristophane obseruanit *Petrus Gregorius in suo syntagmate Iuris Ciuilis lib.* 10. *c.* 3. *num.* 21. quod, & legitur apud *Stobæum sermone* 75. *ex Euripide in Antigonem*, nothum genus nomen habet culpabile, verùm quia hoc successit non culpa sua, vt ait *Diuus Hieronymus*, sed culpa genitoris, vt legitur *in cap. nasci* 5. 56. *distinct.* est enim potiùs defectus, quàm criminis, vt
99 ait *Gaspar Caldarinus in tit. de fide instrumentorum cons.* 2. *ad finem*, & si nota criminis est, quia natus in peccato genitorum, non autem quia ipse peccauit, vt scripsit *Riminal. iun. cons.*313. *nu.*38. *vol.*3. *& idem*
cæterùm vt ipse Stobæus ait ex Euripide in Euristheo *quisquis bonus fuerit illius natura non corrumpitur nomine*, vt etiam obseruauit *Hartman. Pistor. quæst. Iuris lib. p. q.* 30. *num.* 33.

Deinde Spurium bonum esse, dupliciter dici posse, vel quia nihil admisit, vt ait *Papinian. in d. l. Spurij 6. in princ. ff. de Decurionibus*, & in hoc sensu etiam Spurium bonum nasci scripsit *Paleot. de noth. & Spurijs d. cons.* 55. *num.* 12. vers. *quibus quidem*. Quamuis verè, & propriè dicatur nasci non malus, vel quia
100 re, & vita honestus sit, vt ait *Vlpian. in d. l. generaliter* 3. §. *Spurios ff. de Decurionibus*,

nibus, & in hoc ſenſu conſiderari, poſtquam contraxit habitum virtutis.

Poſtremò Spurium malum dici, vel quia de eo malè prçſumatur, vt legitur *in cap. ſi gens Anglorum* 10.56.*diſtinc.* quod & ſcripſit *Sarmient. Select. interpret. lib. p. cap. 5. num.* 11. verſ. *ommitto*, quia non in peccato originali ſolo, ſed & actuali geniti ſint, & quia, vt ait Seneca in Thebaide, *nefas nullum per nefas nati putant*; vel quia vitia paterna viuendo fuerit imitatus.

Hactenus locuti fuimus de filio Spurio, ſed quia caſus noſter verſatur in filio naturali nunc videndum eſt, quid in eo dicendum ſit.

Non defuerunt, qui crediderunt filios naturales infamia facti non laborare, ita enim ſenſerunt *Cagnol. in l. p. num.* 14. *C. de inofficioſo Teſtamento, & in l. ſi qua Illuſtris* 5. *num.* 8. *C. ad Orficianum*, cuius Sententiam probarunt *Antonius Gomez. var. reſolut. tom. p. cap.* 11. *num.* 38.
101 verſ. *ſecundum eſt ad fin. Gabriel. Paleot. de noth. & Spurijs cap.* 55. *num.* 12. *&* 15. *Crauet. conſ.* 728. *num.* 14. verſ. *quod ſi patri vol.* 4. & veriorem Iure Ciuili dicit *Lamberten. de contract. mulier. gloſſ.* 19. *num.* 3. *ad fin. Farinac. de accuſat. q.* 13. *nu.* 71. *Thadæus Piſo variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 28. & nouiſſimè *Theſaur. filius ad deciſ. Theſaur. Patris deciſ.* 126. qui ob id reſpondit legem *fratres* 27. *C. de inofficioſo Teſtamento* non habere locum in filio naturali, & pluribus comprobat, & in ſimili reſpondit *Roland. à Valle conſ.* 67. *num.* 73. *vol.* 3.

Ratio autem differentiæ inter naturalem, & Spurium eſt, quia de iure Canonico omnis complexus præter matrimonialem eſt prohibitus, iure autem Ciuili complexus cum Concubina non eſt prohibitus, imò nec fornicatio, in ea tamen deeſt certitudo prolis, cæteri verò prohibentur; Cum igitur iure Ciuili hic complexus non ſit damnatus, ſequitur vt in naturali multa permittantur iure Ciuili, quæ non permittuntur in Spuriis, & in ſpecie, vt hac nota infamiæ facti non notentur, ita enim obſeruarunt ferè omnes ſcribentes, & clariùs, quàm cæteri *Roland. à Valle d. conſ.* 67. *num.* 73. *vol.* 3. *& Modeſtinus Piſtor conſ.* 46. *num.* 20. per totum *vol. p.*

Multò autem magis cum non ſolum agatur de filio naturali, ſed etiam de plenè legitimato.

Legitimatus enim plenè, ſtatim vt legitimatus fuit, deſinit eſſe turpis perſona, vt reſpondit *Bald. conſ.* 146. *num.* 7. *&* 8. *vol. p. & conſ.* 363. *num.* 3. *vol.* 5. cuius dictum probarunt *Iaſon. in l. ſi quis pro emptore* 15. *num.* 260. *ad fin. ff. de*
102 *vſucapionibus, Lancellot. Conrad. in templo iudic. de Imperatore* §. 4. *cap.* 20. *incipit legitimos num.* 11. *ad finem, Lancellot. Galliaul. in l. Gallus* 29. §. *& quid ſi tantum num.* 79. *ff. de liberis, & poſthum. Alciat. reſponſ.* 29. *num.* 3. *Decian. reſponſ.* 37. *num.* 39. *vol.* 1. *& reſponſ. pri. num.* 139. *vol.* 3. *Modeſtin. Piſtor conſ.* 46. *num.* 28. *ad fin. vol. p.* & ideò deſinit eſſe etiam perſona odioſa, vt reſpondit *Caſtrenſ. conſ.* 30. *num.* 3. *verſ. primo ideò vol. p.* & poſt alios ſubſcripſit *Giouagnon. reſponſ.* 31. *num.* 41. *vol.* 1. nam & legitimatus per legitimationem reſtituitur famæ, vt ſcripſit *Alexander in l. ex facto* 43. *num.* 22. *ff. de vulg. & Pupill. idem Alex. conſ.* 2. *n.* 19. verſ. *deniq; vol. p. Iaſon. conſ.* 158. *nu.* 18. verſ. *unde nunc*
103 *vol.* 2. *Petrus Ioan. Ancharan. quæſt. lib.* 3. *q.* 36. *num.* 10. qui loquitur in filia naturali nupta honeſto viro, in qua matrimonium vim plenæ legitimationis habet, *Alciat. reſponſ.* 42. *num.* 10. *cum ſequent. lib.* 9. quod eſt impreſſ. *inter conſilia Lugduni conſ.* 490. *nu.* 10. & ſequent. *Gabr. Paleottus de noth. & Spur. cap.* 55. *num.* 6. qui ait Principem ſuo Priuilegio omnem maculam abolere, nouum hominem gignere, & famæ reſtituere .... *Alba conſ.* 750. *num.* 53. *vol.* 4. qui mouetur dicto *Abbatis in cap. per venerabilem* 13. *num.* 3. *qui filij ſint legitimi*, vbi ex eo textu colligit legitimationem eſſe honorem, & decus, & ideò Principem, vel Comitem, legitimando filium decorare, & ſic ignominiam, quam habet, non ex ſuo peccato, abſtergit *Gozadin. conſ.* 85. *num.* 22. qui loquitur in plenè legitimato, quem ampliùs infamem dici non poſſe reſpondit *Hieron. Gabr. conſ.* 30. *num.* 8. *cum ſeq. vol.* 2. vbi

2.vbi

vbi latè hanc Sententiam defendit, & ita in casu suo censuit *Rota Romana decis. 505. in nouiss. p.p. num. 6. & num.* 10. vers. *operatur*, & per totum, *Rol. à Valle cons. 67. num. 36. & 39. vol. 3. Antonius Thesaurus dec. 126. nu. 7.* cui subscripsit *Costa de facti scientia centur. p. insp. 19. num. 6. Honded. cons. 47. num. 28. vol. 2. Thad. Piso var. resol. lib. 2. c. 13. num. 24. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. num.* 39. vers. *neque etiam*, *Menoch. præsumpt. 79. num. 8. lib. 4. Berett. cons. 29. num. 13. & 14. Pereg. de fideicom. art. 23. num. 12. & art. 24. num.* 8. & ita etiam respondit *cons. 7. num. 41. vol. 2. & cons. 61. num. 5. vol. 5. Bardellon. cons. 195. num. 30. vol. 2. Lupus de illegitimis com. p. §. 3. num. 58. Zauall. comm. contra com. q. 2. num. 13. & 14. & num.* 44. ibidem testatur iuxtà ll. Hispaniæ. *Mastrill. de Magistr. lib. 3. c. 14. num. 43. tom. p. Thoma p. p. tit. 14. c. 12. num. 354. Andreas Barbos. in d. l. fratres 27. num. 19. C. de inofficioso testamento.* Plus dicit *Bertazolus cons. Ciuili 92. nu.* 11. legitimationem Comitis Imperialis seruire ad tollendam infamiam legitimati in terris Ecclesiæ, sed non ad successionem bonorum, & ait hanc fuisse *distinct. Baldas. Quintij in addit. ad cons. Capra*, quem videre non potui, quod & repetit *cons. 93. num.* 5.

Ita autem definit esse turpis persona, & restituitur famæ vt si fratrem habeat, qui turpem personam instituerit, possit contra eius testamentum hereditatem consequi iuxtà *d. l. fratres 27. C. de inoff. Test.* ita enim respondit *Curt. iun. cons. 37. num. 4.* vers. *sed vltrà vol. p.* quod & scripsit *in l. p. num. 5. ff. de inoff. testam.*

104 qui limitat in legitimato per oblationem Curiæ ibidemque eius dictum probauit *Cagnol. num. 15. Peregr. de fideicomm. art. 23. num. 27. ad fin. & art. 36. num.* 50. Caldas Pererius *in §. Soror. num. 36. instit. de inofficios. testam. Barrius de success. lib. 16. tit. p. num. 14. ad fin.* ex quibus constat hanc Sententiam receptam esse.

Scio *Bald. in l. generalitèr 6. §. cum autem num. 2. C. de institutionibus, & substitutionibus* scripsisse aliter esse, quoad

105 ipsam Ecclesiam, & ideò legitimatos natos non succedere in emphiteusi Ecclesiastica; quorum Sententiam probarunt alij relati *à Decian. d. cons. 31, num. 16.*

Reliquum nunc est vt videamus, an qualitates desideratæ à Testatore concurrant in hoc subiecto, & euitemus ea, quæ in contrarium fuerunt cumulata.

Desiderauit testator in persona eligenda tria. Agnationem, seù parentelam de Paganis, & cum agatur de familia nobili, desiderauit etiam nobilitatem, & postremò probitatem.

De agnatione electi non est dubitandum cum supra probauerimus per legitimitatem factum fuisse agnatum verè, & propriè.

De parentela etiam non est dubitandum, siuè consideremus naturæ vinculum, siuè etiam consideremus Ciuile, vtroque enim casu electum esse de parentela, nam consanguineus est, & iuxtà mores patriæ vtitur nomine familiæ paternæ, & eius insignijs, imò & agnatus est stante legitimatione, vt supra demonstrauimus.

De nobilitate etiam non videtur dubitandum, supra enim multorum auctoritate probauimus natum ex Patre nobili per legitimationem nobilem fieri.

De probitate nunc agendum.

Eam Spurijs conuenire probatur iure Ciuili *in l. generalitèr 3. §. Spurios* ibi *re & vita honesti, & in l. Spurij 6.* ibi *non*

106 *enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admisit ff. de Decurionibus*, quod verificatur in hoc filio, qui & à Ciuitate nominatus & à Regio Gubernatore ad annuum Regimen Ciuitatis Mediolani fuit electus anno 1636.

Conuenire etiam iure Canonico probatur *cap. vndecunque 3.* ibi *si Deum rectè colant honesti, & salui erunt cap. nunquam 4.* ibi *: si propria virtute decoretur, & cap. Canomanensem 13.* ibi *si cæteræ virtutes in eum conueniant 56. distinct. Nam* vt ait D. Augustinus, *Dei æquè filij sunt d. cap. vndecunque 3.* & ex nostris obseruauit *Marzar. cons. 10. num. 8. & Guliel. Paleot. de noth. & spur. cap. 55. nu. 8. ad fin. qui num. 12. ad fin.* scripsit eos

à natura bonos produci, quod & voluit *conf.* 103. *num.* 33. si quidem & *Tiraquell. de nobilitate cap.* 15. *nu.* 33. ex Menandro scripsit legitimum eum esse, vtcunque natus sit, qui bonus est, nothum autem, qui malus, quod & scripsit *Cyriac. controu.* 209. *num.* 11. *p.* 2. Nec solùm communium virtutum capaces sunt, sed etiam heroicarum, vt respondit *Marzar. d. conf.* 10. *num.* 27. vbi ait, illegitimos concubitus generasse splendidissimos heroes, quorum nomina latè recenset, cui consistit *Hartman. Pistor quæst. iuris lib. p. cap.* 30. *num.* 33. ad finem non solum humanarum, vt scripsit *Alciat. Parergon. lib.* 10. *c.* 8. *col.* 2. dum loquitur de Romulo, & Theseo ibi; *qui cum Spurij essent armis tamen,*
107 *& virtutibus Egregij erant*; Sed etiam diuinarum, vt probat *Paleot. d. cap.* 55. *num.* 10. ad finem dum ait: Iephtem, & Albanum inter Cælites relatos fuisse ob eorum integerrimam, & sanctissimam vitam, Namque & idem *Paleot. de noth. & spur. cap.* 61. vbi disputat, an Spurij sint capaces nobilitatis concludit, eos capaces esse nobilitatis Theologicæ, & Philosophicæ, quæ in Dei gratia, & virtutum ornamento consistunt, & ita respondit *Decian. d. respons.* 9. *num.* 55. *vol.* 4. in amplissimo viro Romulo Amaseo nato ex Moniali, qui familiæ Amaseæ non solum non fuerat dedecori, quin imò, vt ipse ait, eam illustrauerat, & illustrabat, proinde nobilem dici, & familiam conseruare profitetur.

Quod, & nostri scribentes voluerunt. Testem enim Spurium integræ fidei non esse, vti infamem infamia facti, tradiderunt, nec Spurio actore, aut Reo iuramètum ad supplendam virtutem deferri eadem ratione scripserunt, quibus tamen, & Iure non consentit *Gaspar Calderinus de fide Instrument. conf.* 2. *ad fin.*
108 *Curtius sen. in l. admonendi* 31. *num.* 5. *ad fin. de iure iurando*, cui ibidem scripsit *Curt. iun. num.* 74. *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cap.* 464. *num.* 17. ea ratione quia dato eos esse iufames, non tamen sunt infames culpa sua, sed eorum, qui eos genuerunt, quorum dictum probauit *Crauet. conf.* 616. *num.* 4. *& conf.* 728. *num.* 5. *ad fin. vol.* 5. propterea vbi agatur de Spurio bonæ conditionis, vitæ, & famæ hoc non obtinere scripserunt *Marsil. singulari* 273. *num.* 8. *Gabriel. Paleot. de noth. & spur. cap.* 65. *num.* 10. qui loquitur de Spurijs, qui virtutum suarum splendore natalium origini tenebras offuderunt, *Crauet. d. conf.* 616. *num.* 4. *vol.* 4. *Plot. ad l. si quando num.* 801. *ff. de in litem iurando, Ioan. Crott. de Testibus p.* 4. *num.* 167. ibi *si moribus, et honestate præfulgent, Ioan. Maria Monticell. in suo repert. de test.* in verbo *Spurius*, & nouissimè *Farinac. q.* 56. *num.* 410. proinde *Ioannes à Sancto Seuerino in l. si qua Illustris* 5. *num.* 76. *ad fin. cap. ad Orficianum* ait, hoc esse relinquendum arbitrio Iudicis ex qualitate bonorum morum talis personæ, cui subscripsit *Cagnol. in l. p. num.* 14. vers. *ubi tandem ff. de inofficioso testamento, et in d. l. si qua Illustris* 5. *num.* 8. vers. *vbi tamen C. ad Orficianum, et Lupus de illegitimis comment. p.* §. 3. *n.* 43. ad finem.

Nam, *et in l. fratres* 27. *C. de inofficioso testamento*, frater potest dicere inofficiosum testamentum fratris, si scripserit heredem eum, quia infamia, vel turpitunis, aut leuis notæ macula aspergatur; Qamobrem receptum est hoc locum obtinere, si Spurius instituatur, veruntamen, cum filius Sacerdotis vir probus, & honestus fuerit institutus, cen-
109 suit suprema Curia Lusitaniæ, vt legitur apud *Aluar. Valasc. consult.* 17. *num.* 3. *d. l. fratres locum non obtinere*, Cuius decisionem probauit Thesaur. *decis.* 126. *num.* 6. ibi si alijs virtutibus *esset illustratus, et decoratus*, quod & ante ipsos scripserunt *Petrus Ioan. Ancharan. lib.* 3. *q.* 36. *nu.* 14. 15. *et* 16. & Responderat *Crauet. conf.* 616. *à nu.* 3. *ad num.* 9. & per totum, & in eodem casu *conf.* 728. *num.* 8. & per totum *vol.* 4. *et conf.* 768. *nu.* 5. *et* 6. & per totum *vol.* 5. idemque probarunt *Menoch. conf.* 1137. *num.* 5. *vol.* 11. *Andreas Fachin. controu. iur. lib.* 4. *cap.* 93. *ad fin.* ibi: *si Spurij re, et vita honesti sint, Lupus de illegitimis comment. p.* §. 3. *nu.* 48. ibi *honesta, et laudabilis vita*

Merlin. de legitima lib. p. tit. 2. *q.* 13. *num.* 22. *ad*

22. ad fin. ibi; qui morum honestate fulgeret. Negheiros in introductione ad vltimas voluntates lib. 2. c. 11. nu. 7. Flores de Mena in additionibus ad Gamam decis. 143. vers. *Fallit etiam Io. Harpret. ad Clarum in* §. *Testamentum q.* 50. *num.* 2. cum sequentibus, *et num.* 12. *vsque ad num.* 18. *Andreas Barbosa ad d. l. fratres* 27. *num.* 18. *C. de inofficioso testamento* ibi *virum probum, et honoratum Thadaus Piso var. resolut. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 23. ibi: *virtutibus illustratus, et decoratus. Vlricus Pistor in additionibus ad quæstiones Iuris Hartmani Pistoris patris lib. p. q.* 30. *col. p.* ad fin. vers. *etsi illud* ibi: *si tanta Spurij virtutes sint, vt vita honestate maculam hanc eluant, & Petrus Heigius quæst.* 21. *num.* 61. *p. p.* qui tamen raro hoc contingere scripsit.

Quinimò, si frater instituerit turpem personam, ipsa verò mores bonos, & honestos contraxerit, viuente adhùc testatore, eo mortuo, non poterit frater inofficiosum testamentum dicere, ita enim scripserunt *Bald. in d. l. fratres* 27. *num.* 5. *C. de inofficioso testamento*, cuius dictum probarunt ibidem *Iason. nu.* 6. vers. *quinto limita, et in l. si filio* 19. *nu.* 9. *ad fin. et in l. in arenam nu.* 5. *C. de inofficioso testamento, Crauet. cons.* 728. *num.*
110 8. *vol.* 4. *et cons.* 768. *nu.* 5. *uol.* 5. *Vasquius de successionum creatione lib. p.* §. *decimo num.* 600. *Surd. de aliment. tit.* 7. *q. p. num.* 35. *Peregrin. de fideicom. art.* 36. *num.* 51. *Cald. in* §. *Soror. instituta de inofficioso testamento num.* 38. *Gratian. discept. forens.* 135. *num.* 18. *p. p.* & nouissimè post alios *Andreas Barbosa ad dictam l. fratres* 27. *nu.* 32. & satis probatur *in cap. nunquam* 4. vers. *quod si* 56. *distinct.*

At dicet aliquis Spurij sunt infames, si non infamia iuris, saltem facti ex Sententia *Azonis in summa C. libri secundi tit. ex quibus causis infamia irrogatur n.* 3. ad fin. quem plurimi sequuntur relati *à Dec. respons.* 31. *num.* 11. *uol.* 4. qui sequitur in viro probo, & virtute prædito *num.* 24. & in adolescente optimorum
111 morum *num.* 45. quem sequitur *Castil. controuer. quotidian. cap.* 19. *num.* 55. *tom.* 2. vbi loquitur *d. num.* 55. in viro bonis moribus prædito, optimæq; vocis, existimationis, & famæ.

Cæterùm cum responsa *Deciani uol.* 4. *et* 5. sint posthuma, non multum ei tribuendum est, nam ipsemet *Decian. respons.* 92. *num.* 20. *uol.* 2. fatetur virtutem Spurij hanc notam abolere, idemque affirmat inter ipsa posthuma responsa *respons.* 9. *num.* 71. *uol.* 4. vbi latè quando Spurius re, & vita honestus est, parentum notam ei non officere profitetur.

Multi, quorum Sententia recepta est, eos tamen infames esse infamia facti, qui parentum vitia sequuntur, non solùm scribentes suprà relati crediderunt; sed etiam alij permulti. Verùm antequam eos referam, rogo omnes, vt videre velint *Franciscum Petrarcam uirum insignem de remedijs utriusque fortuna lib.* 2. *dialogo* 129. vbi solatur obscurè natum; ex eius enim ratiocinationibus planè cognoscet, quantùm hæc opinio indistinctè accepta à ratione aberret.

Spurium, qui parentum vitia non sectatur, infamem non esse *sensit Gratian. in Decreto distinct.* 56. *obseruauit Gabriel. Paleot. de noth. & Spur. cap.* 55. *nu.* 12. vers. *ego verò*, ibi: *quin non ego, sed Gratianus potius*. Ita autem scripserunt *Gaspar Calderinus de fide instrum. cons.* 2. *ad fin.* vbi ait; notam, quæ contrahitur ob culpam genitorum esse potius defectus, quam criminis. *Romanus in l. etsi pepercerit* 3. *num.* 2. *ff. de liber. & posth.* vers. *sed argue, Tiraquell. de nobilitate cap.* 15. *num.* 30. cum sequent. *Valenzuela in l. infamia* 8. *num.* 3. *C. de Decurionibus lib.* 10. *Aciat. Parergon. lib.* 10. *cap.* 8. *Gabriel. Paleot. de noth. & Spurijs cap.* 55. *num.* 7. cum sequentibus *Didac. pract. quæst. cap.* 19. *num.* 6. vbi licet Spurius afficiatur ob culpam parentum aliqua nota, quæ à multis dicitur infamia facti, ipse tamen aliter cum *Gaspare Caldarino opinatur* ibi: *quam rationem falsam esse opinor*, & in fine satis probat *Crauet. cons.* 720. *num.* 14. vers. *secundo ex textu vol.* 4. *Menochius de arbitrar. lib.* 2. *casu* 464. *nu.* 18. *Riminald. Iun. cons.* 558. *num.* 31. & 33. *vol.* 5. *Fuluius Paccian. de probat. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 39. *cum sequent. Fachineus*

controu.

controu. iuris lib. 4. cap. 93. Alexander Stiaticus in praxi iudic. cap. 20. num. 42. Farinac. de accusat. q. 13. num. 70. Hartman Pistor quæst. iur. lib. p. q. 30. num. 16. cum sequentibus relata inter *decis. Iacobi Tomingij decis.* 48. *num.* 16. cum sequentibus *Modestin. Pistor cons.* 45. *num.* 12. *Ioannes Harprectus ad Clarum in §. testamentum q.* 50. *num.* 17. qui idem sensisse *Henricum Boscrium eius collegam* affirmat *Thomas p. p. tit. 13. cap. 7. num.* 435. *Merlin. ad decis. Rotæ Romanæ* collectas post eius tractatum *de legitima* 112 *decis.* 26. *in litt. A.* vbi ait simplicitèr loquendo ex eo, quod quis sit Spurius, non censeri turpem personam, nisi vitæ turpitudo etiam concurrat, hodiè enim, vt ipse testatur ex communi hominum reputatione Spurius, qui honestè viuit, non iudicatur infamis, & infamia illius non à natura, sed ab actionibus, & illicito viuendi modo videtur metienda. *Arumaus de iure publico discursu* 18. *Thesi* 2. qui veriorem, & æquiorem dicit *Gratian. disput. forens.* 936. *num. p. tom.* 5. vbi ait, hanc Sententiam fortasse veriorem, & in puncto iuris sequendam, & nouissimè *Petrus Heigius Instituta de nuptijs §. si aduersus nu.* 12. dum ait Spurios præter suam culpam in pænam infamiæ non incidere, & quamuis postea *q.* 21. *num.* 18. *p. p.* Sententiam mutauerit, tamen *num.* 33. cum sequentibus mouetur non iure, sed communi hominum opinione, in quo non magis ipsi credendum sit, quam *Merlino*, qui aliter de communi hominum iudicio testatur aliorum iudicio relinquitur. Veruntamen ille germanus de moribus Germanorum testari potest, *Merlinus* verò Italus est & de moribus Italiæ testatur, noster autem casus moribus Italiæ, cum omnes Itali sint, accommodari debet.

Quin imò Azonis dictum nullo iure probari scripserunt *Gaspar Calderinus de fide instrum. cons. 2. ad fin.* vbi ait iura non dicere eum esse infamem, licet notent ob delictum genitorum, *Cagnol. in l. p. num. 14. C. de inofficioso testamento, & in l. si qua Illustris 5. num. 8. C. ad Orficianum, & Hartman Pistor quæst. iuris lib. p. d. q. 30. num. 20. cum sequent.* qui ob id ait *num.* 23. huius dicti nullam rationem habendam esse vti lege destituti, quamuis *Azo* vir esset magnæ auctoritatis, nam, & receptæ Sententiæ legibus destitutæ vim receptæ Sententiæ non habere ipse latè comprobat *nu.* 24. *& Modestinus Pistor cons.* 46. *num.* 15. *vol. p.*

Sed vt veritas huius rei magis elucescat, animaduertendum est nomen nothi, & Spurij apud Græcos opprobrium continere, vt ex *Aristofane* obseruauit *Petrus Gregorius Syntagmate iuris Ciuilis lib. 10. cap. 3. num.* 21. quod, & legitur apud Stobæum *sermone* 75. ex Euripide in Antigone *nothum genus nomen habet culpabile; nam et Spurium nasci turpe habetur*, vt ex nostris scripsit *Petrus Heigius instituta de nuptijs §. si aduersus num.* 12. *vers. quin tamen*, & legitur apud Plutarc. in Solone supra relato ibi, *probrosam reddit eius natiuitatem*: nothus enim dicitur, vt ait *Cal. Rodig. antiquit. lib. 24. cap. 16. relatus à Petro Heigio q. 21. num. 25. p. p.* .... hoc est non diuinum, nempè natum non legitimè, quod & placuit *Gabriels Paleott. de noth. & Spurys d. cap.* 18. *num.* 7. Spurius autem dicitur, vt scripsit idem *Paleot. cap.* 18. *num.* 3. à nomine Græco .... hoc est sparsim conceptus.

Veruntamen, quia hoc succedit non culpa filij, sed genitoris, vt ait Diuus Hieronymus *in cap. nasci* 5. 56. *distinc.* est enim potiùs nota defectus, quoad filium, quàm criminis, vt ait *Gaspar Calderinus in tit. de fide instrum. cons. 2. ad fin.* etsi nota est criminis, quia natus sit in peccato genitorum, ipse tamen non peccauit, vt scripsit *Baldus cons.* 456. *num. 9. vol.* 5. & post omnes *Rimi-nald. Iun. cons.* 313. *num.* 38. *vol.* 3.

Propterea, vt ipse Stobæus ait ex Euripide in Euristeo, quisquis bonus fuerit, illius natura, non corrumpitur nomine, vt etiam obseruauit *Artman. Pistor quæst. iuris lib. p. q.* 30. *num.* 33. nam, & Ioannes *Crisostom. in cap. nunquam* 4. 56. *distinc.* ait non esse erubescendum de vitiis parentum, & postea scripsit, non esse quem omninò, nec de virtute, nec de vitio parentum laudandum, vel culpandum,

pandum, nemo enim inde verè, aut obscurus, aut clarus est.

Proinde si hoc nomine Spurius infamis dici deberet non sua, sed aliena culpa talis esset vt supra ex Gaspare Caldarino, Curtio Sen.& Iun.& Crauett.probaui, quia cum aliena culpa laboret magis miserandus, quàm obiurgandus videretur, *l. legem 7. C. de naturalibus liberis*.

Distinguendum igitur est, quid dicendum de Spurio. ab ineunte ætate vsque ad illam, quæ habet vsum rationis. Primò casu Spurium bonum esse dici potest. Primò quia in hac ætate nihil admisit, vt ait *Papinian.in d.l. Spurij 6. in principio ff. de Decurionibus*, & in hoc sensu etiam Spurium bonum nasci scripsit *Paleot. de noth. & Spur.d. cap.*
113 *55.num.12.*vers. *quibus quidem est enim*, vt ait D. Augustinus *in cap. vndecunque 3.56. distinct. Dei creatura, & nascitur in ipso statu innocentia*, habetque, vt de omni homine ait *Aristoteles Ethicorum lib.2.c.p.* cum alijs semina virtutis à natura insita, habet rationem, quæ eum ad bonum dirigat, vt de omni homine post Simonem Portium, quem magnum Philosophum appellat, scripsit *Menoch. præsumpt.p. num. 14. lib. 5.* natura enim in his non distinguit inter natum ex legitimo matrimonio,& Spurium,vt hanc ad rem obseruauit *Hartman Pistor quæst. Iuris lib.p. q. 30. num. 32.*& aiunt *Bald. num.5. & Angel.num.p. in l.parentis 6.ff. de in ius vocando*, sed omnis differentia inter hos indrecta est à Iure Ciuili, vt probat *Crauet. cons. 616. num.2. cum sequen. vol.4.* & post multos, quos recenset *Menoch.cons.421.num. vol. 5.* & ideò vt ait *Crauet.* hæc omnis differentia à Principe, & splendore virtutis eluitur, quia vt scripsit *D. Augustinus in d.c. vndecunque 3.56. distinct.* sicuti boni filij adulterorum nulla est defensio Adulterij, sic mali filij coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

Nec obstat, quod dicitur de Spurio malè præsumi, vt legitur *in d.cap.si gens Anglorum 10.56.distinct.* ex quo obseruarunt *Dominicus à S. Geminiano num. p. ac Præpositus Alexandrinus num.p.* prolem natam ex illegitimo amplexu præsumi luxuriosam, & ignobilem, addit-
114 que *Archidiac. num. 2.* tales immundos censeri, & imitatores paternæ incontinentiæ, vt ibidem ait *Ioannes à Turre Cremata num. p. ad finem*, & latè comprobat *Andreas Barbosa num. 2.* quibus accedit *Petrus Ant. Gambarus de Legato de latere lib. 7. num.105.& 271.Modestinus Pistor cons.46.num.4. ad fin. & num. 12.vol.p.& Menoch.præsumpt.58.num.6. lib.6.* nam, & Spurij malè audire vulgò solent, vt scripsit *Petrus Heigius institut. de nuptijs §.si aduersus nu. 12.*vers. quin tamen, & etiam obseruarunt *ex d. c.si gens Anglorum Bald. in l. vnica num. 9.C.de ijs, quæ pœnæ nomine, Decius cons. 62.num.26. vol.2. Petrus Andreas Gambar. de auctoritate Legati à latere lib. 7. num.30. Plottus in l.si quando num.801.* vers.*quia C. vnde vi, Decian. respons.92. num.21. vol. 2.* qui ait in dubio, nisi appareat de excellenti virtute, & singularibus moribus Spurij, de eis malum præsumi; cui subscripsit *Riminal. iun. cons.442. num.13. vol.4.* quibus accedit *Ioan. Casus in sua Sphæra Ciuitatis lib.4. cap.6.*vers.*nunc illud*, vbi ait: Spurios ab ipsis, vt aiunt, crepundijs homines nequissimos moribus dissolutissimos plerumque euadere, quia à malis principijs oriuntur, & quia minus studiosè, quàm legitimè nati educantur, & post eum *Sarmient. select. interpret. lib.p.c.5. nu.11.*vers.*omitto*, qui ait, hoc non à natura, sed ab educatione prouenire, vt inter crimina nutritus criminosus euadat, quia, etiam si natura puerum à paternis vitijs, atque à generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum à disciplina patris, & matris degenerare non sineret, & demum, qui, vt ait *Gabriel.Paleot. de noth. & spur.c.65. num.9.* vel nullum habent parentem, qui eos rectè educent, vel si habent, tales existunt, qui eorundem scelerum, & turpitudinem potiùs, quam honestæ vitæ essent illis exempla, & documenta daturi.

Respondetur enim cum *Ioanne Casu in sua Sphæra Ciuitatis lib.4. cap.6.opp.2.* quam ab initio adduxi posse quidem filium

filium puniri culpa patris priuatiuè, sed non castigari nisi ob propriam, priuatur enim successione parentum, agnatione, familia, nobilitate, & insigniis maiorum, & proinde priuatur etiam omni honore, sicque non honoratus dici potest, cum tamen nati ex legitimo matrimonio fruantur honoribus, & nobilitate maiorum. At nullo modo ei inuritur infamiæ nota; staret enim positiuè, & ita castigaretur sine sui culpa, quod iniustum esset, vt probat *Bald. in c. testimonium* *cons. 503.* quæ distinctio fuit etiam Vlpiani *in l. 2. §. nullum ff. de Decurionibus*, dum ait *nullum patris delictum innocenti filio pœna est, ideoque nec ordine Decurionum, aut cæteris honoribus propter huiusmodi causam prohibetur*, & Modestini Pistoris *d. cons. 46. num. 7. & num. 17. ad fin.* quia vt ipse ait *nu. 15. ut alicuius minuatur existimatio desiderantur duo, legis auctoritas*, quæ vt dixi cum *Cagnol.* & alijs hoc in casu non adest, & delictum proprium, vt legitur *in l. cognitionum 5. §. existimatio ff. de uariis, & extraordinariis cognitionibus*, quæ hic non concurrunt, & huius sensus fuerunt *Caldarinus Curt. Sen. Curt. Iun. & Cranet.* à me supra relati, qui eos sequuntur, licet aliter sint locuti; Et in hoc sensu rectè Azonem, & sequaces loqui non dubito, quod etiam voluit *Didac. practicarum quæst. c. 19. nu. 5.* dum voluit Spurios non esse infames infamia iuris, nec infamia facti, quæ oriatur ab eius moribus improbatis, sed potiùs contrahere aliquam notam ob culpam parentum, quam ipse non dicit infamiam, sed à multis infamiam facti appellari testatur.

Si quidem filius, vsquequo peruenerit ad eam ætatem, quæ habet vsum rationis, nec benè, nec malè mereri potest, vt probarunt *Petrus Anchar. cons. 241. num. 3. Dec. cons. 576. num. 9. ad fin. vol. 2. & Deci an. d. resp. 92. num. 20. vol.*
115 *2.* & ideò quamuis de eo malè præsumatur, vt pluribus probaui, re tamen ipsa interim non est malus, cum nihil admiserit. Quarè hæc præsumptio non potest ei notam infamiæ inurere, cum sit creatura Dei nata in statu innocentiæ, & habeat semina virtutis, & rationalem potentiam, bonusque nascatur, & ob id bonus euadere possit, vt plurimi euaserunt.

Secundò verò casu, quando peruenerit ad ætatem, in qua vsus rationis prævalet; Rursùs est distinguendum, quia vel paterna vitia sectantur, vel virtutem sequuntur. Primò casu eos infames esse, sed propria culpa non dubitatur, quia paterna vitia sectantur, vt legitur *in cap. p.* ibi, sed *hoc intelligendum est de illis, qui paternæ incontinentiæ imitatores fuerint 56. distinct.* & in capite *Cenomanensem 13. §. quod autem 56. distinct.* ibi: *& hoc de filiis adulterorum intelligendum videtur, vt illi dicantur esse abominatio domus, ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt*, & Innocentius Tertius *in c. nisi 10. § personæ de renunciatione*, vbi interpretando illa verba Exodi *cap. 20. num. 5. Ego sum Deus Zelotes vindicans peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem in his, qui oderunt me* intelligit in illis, qui contrà eum paternum odium imitantur, quod & pluribus comprobat *Petrus Andreas Gambar. de auctorit. Legati à latere lib. 7. num. 105. cum sequent. qui num. 271.* ait, ita præsumi, & in his terminis loquitur *Gabriel. Paleot. de noth. & spur. c. 55. n. 12. Riminald. iun. cons. 558. n. 33. vol. 5. Pacian. de probat. lib. 2. c. 17. num. 41. Merlin. in additionibus ad decis. collectas post tract. de legitima decis. 26. in litt. A. Ioannes Harprectus ad Clar. in §. testamentum q. 50. nu. 24. Arumæus de iure publico discursu 18. Thesi 3. ad fin. vol. 3. & Modestinus Pistor. cons. 46. nu. 12. vol. p.* qui omnes hoc in sensu admittunt Spurios esse infames, quia parentum vitia sectantur, & verè ita loquitur *Textus in d. c. si gens Anglorum 10. 56. distinct.* ibi: *nec hominibus honorabiles, nec Deo amabiles* etenim ex Sententia Diui Augustini, si parentum vitia sectarentur, & Deum rectè colerent, honesti quoad omnes, & salui essent quoad Deum, vt legitur *in dicto c. vndecunque 3. 56. distinct.* Vt enim scripsit *Ioan. Chrisostomus relatus à Sarmient. select. interpret. lib. 1. c. 5. ad fin. et Didaco à*

Spino

Spino in speculo testamenti glos. 16. num. 8. non crimen est habere patrem impium, sed imitari Patris impietatem, ita enim etiam distinxerunt *Decian. ipse d. respons. 9. nu. 7. vol. 4.* eandemque distinctionem probarunt *Petrus Andreas Gambar. Gabriel. Paleott. Riminald. iun. Pacian. Merlin. Ioan. Harprect. Arumaus, & Modest. Pistor* à me suprà relati, quorum sententia recepta est.

Secundo casu, in quo consideramus eum postquam peruenerit ad vsum rationis, & ratione vtitur, virtutem sequitur, & bonos mores contraxit, & tunc cum re, & vita honestus sit, vt ait *Vlpian. in d. l. generaliter 3. §. Spurios ff. de Decurionibus*, & macula generalis, quæ in Spurio iure Ciuili considerari potest virtutis splendore deleatur, vt ait *Ioan. Casus in sua sphara Ciuit. lib. 4. c. 6. in 3. appositione, Crauet. cons. 616. num. 4. cum sequen. vol. 4. Decian. respons. 92. nu. 20. vol. 2. & respons. 9. num. 83. vol. 4. Gabriel. Paleot. de noth. & spur. cap. 68. num. 10. Lup. de illegit. §. 1. comment. 3. num. 63. Petrus Heigius instit. de nuptiis §. si aduersus num. 12.* & ideò vt scripsit D. Augustinus *in d. cap. undecunque 3. 56. distinct. si parentum uitia non sectentur, & Deum rectè colant honesti, & salui erunt*, quod enim dicitur honesti respicit statum hujus sæculi, contradicit infamiæ, nam *et in c. p. eiusdem distinctionis 56.* legitur si morum honestas eos emendabiles fecerit exemplis, & auctotitatibus non solùm Sacerdotes, sed etiam Summi Sacerdotes fieri possunt, quin imò *et Ioan. Chrisostomus in cap. nunquam 4. 56. distinctione* scripsit quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculet, multò magis ex meretrice natus, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobrijs, & in hoc sensu non esse infamem scripsit *Arumaus de iure pub. discurs. 18. Thesi 3. uol. 3. & Grillenzon. cons. 103. num. 32.*

Si quidem vt suprà probaui *ex Paleot. de noth. & spur. cap. 61. nu. 5.* Spurius capax est huius honoris, & nobilitatis, quæ à propria virtute proficiscuntur, re, & vita honestus dicitur, vt scripsit *Vlpian. in l. 2. §. nullum* ibi: *innocenti filió, & in l. 3. §. Spurios ff. de Decurionibus* ibi *(re, & vita honesti)* & respondit *Papin. in l. Spur. 6. ff. de eodem* ibi *(qui nihil admisit)* & hæc virtus, vt dixi, solet abolere maculam natalium, & ideò in eo

116 cessat omnis nota, vt scripserunt *Petrus Ioannes Anchar. Crauet. Aluar. Valasc. Thesaur. Menoch. Fachineus, Lupus, Merlinus, Hegierius, Negrerius, Flores de Mena, Ioan. Harprect. Andreas Barbosa, Thadaus Piso, Vlricus Pistor, Grillenzonus, & Petrus Heigius* à me suprà relati, quorum Sententia recepta est, & ideò Spurius potest esse nobilis suis virtutibus, vt scripsit *Iacobus Cagnatius inter cons. Marzarii cons. 46. num. 19.* Quin imò suæ familiæ potest esse nobilitatis author, si ex fordidis nati complexibus clari euasere, si virtutem amplexi nominis immortalitatem vndi que propagauere, vt post *Tortonet. de nobilitate cap. 7. col. 5.* respondit *Ansaldus cons. 138. nu. 255.* & illustrare familiam suam respondit *Decian. resp. 9. num. 30. vol. 4.*

Quamuis *Vlricus Pistor ad quæst. 30. Hartmani Patris in additionibus col. 2. & Amaia in l. infamis num. 93. & 96. C. de infamibus lib. 10.* censuerint *legem tertiam §. Spurios, & l. Spurii 6. ff. de Decurionibus* ad rem non facere, quia Spurii admittantur ad Decurionatum ratione oneris, non autem honoris, iuxtà textum *in l. regulatorum 7. §. fin. ff. de interdictis, & relegatis, & legem primam C. de ijs, qui non impletis, lib. 10.* vbi prohibitus promoueri ad Decurionatum, non intelligitur immunis ab onere Decurionatus, idque probari *in d. lege tertia, §. Spurios ff. de Decurionibus*, vbi Spurius non admittitur ad Decurionatum in concursu cum legitimè nato, tamen existimo eos decipi, vt etiam obseruauit *Didacus pract. quæst. cap. 19. num. 6.* ad fin. quia *Vlpian. in d. l. tertia §. Spurios, ff. de Decurionibus* dum admittit Spurium ad Decurionatum desiderat, vt re, & vita honestus sit, & proinde ibi *Gothofred.* obseruauit in eligendis Decurionibus assumi informationes de vita, & honestate eligendi, nec credi debet frustra Vlpian. ea verba adiecisse, nam & ita

illum textum intellexerunt *Lucas de Peña in l. mulieres 13. num. 9. ad fin. C. de dignitatibus lib. 12. Afflict. decis. 195. num. 9. Conrad. de Decurionibus num. 9. Grauet. cons.* 728. *num.* 14. vers. *secundo ex textu vol.* 4. *Gabriel. Paleot. de noth. & Spur. cap.* 56. *nu.* 4. & 8. *Decian. d. respons.* 9. *num.* 83. *vol.* 4. *Modestin. Pistor d. cons.* 46. *num.* 7. 8. & 17. *vol. p. Cyriac. controu.* 208. *num.* 4. *p.* 2. Nam & *Alciat. de singul. certamine cap.* 19. *num.* 2. censuit Spurios non reijci à singulari certamine; si tamen cætera probi viri, benè educati, ingenio, manuque prompti, iniuriamque suam prosequantur; Cui subscripsit *Gabriel. Paleot. de nothis, & Spurijs cap.*
118 55. *num.* 9. distinctio verò, quod non admittantur ad honorem Decurionatus, sed ad onus non intrat *in d. l.* 2. §. *nullum ff. de Decurionibus* ibi: *ideoque nec ordine Decurionum, aut cæteris honoribus propter huiusmodi causam prohibetur*, loquitur enim in specie, non de onere, sed de honore. Nec etiam intrat *in d. l. tertia* §. *Spurios ff. de Decurionibus* vbi consideratur vitæ honestas, vt supra latius ostendi, nec *in d. l. Spurij* 6. *ff. de Decurionibus* ibi: *non enim impedienda est dignitas eius, qui nihil admisit*, verbum enim illud *dignitas* satis ostendit, Papinianum loqui non de onere, sed de honore Decurionatus, & verba illa, *qui nihil admisit*, interpretatur *glossa qui nihil deliquit*, quia delinquere est vitium, & ideò satis ostendunt Spurium, qui promoueatur ad Decurionatum vitam honestam agere, vt voluit Vlpian. qui enim virtutem non violat satis ducitur ratione, & viuit secundum regulas honestatis. Nec quia non concurrat cum legitimo, ei aliquid nocet, vt scripsit *Didac. pract. quæst. d. cap.* 19. *num.* 6. *ad fin.* ibi: nam hæc responsio æquissima est, & in hoc tendit, vt melior eligatur ad eam dignitatem, ad quam posse Spurium eligi nulla dubitatio est, vt Vlpian. & Papin. celeberrimi Iuris-Consulti fatentur, qui hoc ipsum planè negassent, si Spurius, qui honestè viuit, infamis foret.

Hæc hactenus dicere volui, vt ostenderem huic filio, quamuis naturalis esset nihil obesse ea, quæ in contrarium allata, & à me excussa fuerunt.

Cæterum, cum hæc vt ait *Crauet. d. cons.* 616. *num.* 2. *vol.* 4. splendore virtutis, & Principis auctoritate tollantur; Vtrumque autem concurrat in hoc filio, satis apparet ea, quæ de alijs dicuntur, in eo non obtinere.

Concurrere autem in eo splendorem virtutis satis disserui in initio huius disputationis, & quilibet, qui eum nouit, testari potest, testataque est Ciuitas Mediolani, quæ anno 1636. eum pro-
119 posuit S. E. Marchioni Leganesio, vt ad annale regimen Ciuitatis eligeretur, & ipse Marchio Leganesius istius Prouinciæ ProRex testatus est, dum eum elegit.

Virtutem autem propriam ad abolendam omnem maculam sufficere supra, & re iudicata Supremæ Curiæ Lusitaniæ, & trexdecim grauissimorum virorum auctoritate probaui, quibus accedit *Decian. respons.* 9. *nu.* 71. *vol.* 4. qui desinere odiosum esse ob propriam virtutem latè, & pulcrè confirmat; Concurrere etiam Principis auctoritatem supra demonstraui, cum fuerit restitutus pristinis natalibus, perinde ac si natus esset de legitimo matrimonio, & sic plenè legitimatus à Comite Palatino auctoritate, & Pontificia, & Cæsarea, vt supra latius demonstraui.

Sic autem legitimatum desinere esse turpem personam respondit *Bald. cons.* 146. *num.* 7. & 8. *vol. p.* & *cons.* 363. *num.* 3. *vol.* 5. *Lancellot. Conrad. in templo iudic. de Imperatore* §. 4. *c.* 20. *num.* 10. *ad fin.* &
120 *Modestinus Pistor cons.* 46. *q.* 2. *ad fin. nu. p.* & ideò desinere esse etiam personam odiosam respondit *Castren. cons.* 30. *nu.* 3. *vers. prima ideà vol. p.* legitimatus enim restituique famæ, vt ait *Alexand. in l. ex facto* 43. *num.* 22. *ff. de vulg. & pupill. Iason. cons.* 154. *num.* 18. vers. *vnde nunc vol.* 2. *Lancellot. Galiauola in l. Gallus* §. & *quid si tantùm num.* 79. *ff. de liberis, & posthumis*, vbi ait non posse

Petrus Ioannes Anchar. quæst. lib. 3. *q.* 36. *num.* 10. qui loquitur in naturali nupta honesto viro, in qua matrimonium vim legi-

legitimationis habet, *Gabriel. Paleot. de noth. & spur. cap. 55. num. 6.* qui ait, Principem suo priuilegio omnem maculam abstergere, nouum hominem gignere, & famæ restituere, *Gozadin. cons. 85. num. 22.* qui loquitur in plenè legitimato, quem amplius infamem dici non posse respondit: quod & voluit *Hieron. Gabriel cons. 30. num. 8.* cum sequentibus *vol. 2.* vbi latè hanc sententiam defendit *Roland. à Valle cons. 67. num. 36. & 39. vol. 3. Menoch. præs. 79. nu. 8. lib. 4. Berett. cons. 29. nu. 13. Antonius Thesaur. decis. 126. num. 7. Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 12. & art. 24. nn. 8.* & ita respondit *cons. 7. num. 42. vol. 2. cons. 61. num. 5. vol. 5. Costa de facti scientia centur. p. inspect. 19. num. 6. Lup. de illegitimis comment. p. §. 3. num. 58. Caual. commun. contra com. q. 2. num. 13. et 14. et num. 44.* vbi idem testatur iuxtà leges Hispaniæ *Thomat. p. p. tit. 14. cap. 12. num. 354.*

Ita quidem vt legitimatus, si fratrem habuerit, qui turpem personam instituerit, possit contra eius testamentum hereditatem consequi iuxtà *l. fratres 27. C. de inofficioso testamento vt respondit Curt. Inn. cons. 37. num. 4. vers. sed vltra vol. p.* Idemque scripsit *in l. p. num. 5. ff. de inofficioso testamento*, qui tamen hoc
121 limitat in legitimato per oblationem Curiæ, quod & ibidem probauit *Cagnol. num. 15. Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 27. ad fin. et art. 36. num. 50. Cald. Pereria in §. soror. num. 36. Instit. de inofficioso testamento, Barrius de successionibus lib. 16. tit. p. num. 14. ad fin.* & nouissimè *Andreas Barbosa ad d. l. fratres 27. C. de inoff. testam. num. 19.*

Caussa hæc post varios casus, per anfractus ducta tot annos, tandem adnitente etiam me Sadarino, transactione finita fuit; dataque legitimato quasi medietas hereditatis.

An periculum Rei contingens post deliberationem sub hasta Fiscali, & ante celebrationem instrumenti venditionis, cedat emptori, vel Regiæ Cameræ venditrici: Examinatur triplex perfectio contractus; prima, quando pœnitere non liceat; secunda, cuius periculo res sit; tertia, quæ in exequtione consistit.

SVMMARIVM.

Emptio & venditio consensu celebratur num. 1.

Aliud est perficere, aliud implere contractum num. 2.

Consensus in rem et pretium perficit emptionem num. 3. et periculum in emptorem transfert etiam traditione non sequuta num. 4. et 5.

Traditio Rei non est de essentia contractus, sed factum externum, et consequtiuum num. 6.

Venditio dicitur, etiam si venditor adhuc Dominus remaneat nu. 7. sed Dominium non tollit, quin periculum rei sit emptoris num. 8. et 9.

Perfectio contractus triplex assignatur n. 10.

Deliberatio sub hasta Fiscali, an perficiat venditionem num. 11.

De hasta Fiscali num. 12.

Subhastationum formula diuersa num. 13.

Forma coram Magistratu Mediolani nn. 14.

Cedula incipiunt Cameram obligare ibid. *et num. 19.*

Oblatio seu abbocatio *num. 15.*

Ex qua oritur pactum de emendo et vendendo num. 16.

Conditionale tamen è latere Fisci, nisi scilicet intra tempus melior superueniat oblatio num. 17.

Etiam ex clausula si ita placebit Magistratui *num. 18,*

Ponens ad hastam, quando non teneatur vendere ibidem.

Consensus et substantia de præsenti faciunt emptionem num. 19.


Vandoquidem bona fides Dñi Emptoris, & prompta erogatio tantæ pecuniæ tàm opportunè facta in necessarium Regij seruitij subleuamen, non patiuntur, Fiscum eo studio præcipuè agere in hac causa, vt vincat, sed vt factum; ac ius hinc indè excutiat, quo Supremi Iudices valeant suum vnicuique tribuere; Fiscus proindè causam ipsam sic, vt infrà, perstringit,

Emptio, & venditio (vt hinc sumatur initium) est contractus, qui consensu celebratur, *tex. in.§.1. instit. de obligat. qua*

1 quæ consensu contrahuntur, ibi, consen-
su fiunt obligationes in emptionibus, &
venditionibus, & l. consensus, circà med.
ff. de action. & oblig. l. 1. §. fin. ff. de con-
trah. empt. Aret. in l. si fideiuss. §. meminis-
se, col. mihi tertia in princip. ff. de leg. 1.
Molina de iust. & iur. disput. 333. num. 1.
& 4. Gomez. variarum to. 2. cap. 2. num. 1.
Hermosilla in addit. ad Gregor. Lopez. to. 2.
l. 6. in addit. gl. 3. num. 1. Cyriac. contron.
for. 452. num. 12. Arias de Mesa var. res-
sol. lib. 1. cap. 40. num. 14. vbi num. 16. ex
2 pluribus docet, aliud esse contractum
perfici aliud impleri, Tiraquel. de retract.
lign. §. 1. glo. 2. num. 50. Lassarte de decima
vendition. cap. 1. num. 22. & cap. 3. num. 6.
Cancer. var. resol. lib. 1. c. 13. num. 1. Gut-
tierez. de gabell. quæst. 7. num. 16.

Et statim atque inter Emptorem, &
venditorem conuentum est de re, & pre-
tio, contractus est perfectus, §. 1. inst.
de empt. et vendit. ibi emptio, et venditio
contrahitur, simul atque de pretio conue-
3 nerit, et §. cum autem empt. inst. eod. Fa-
bian. de Monte tract. de empt. et vendit. qu.
5. num. 1. et seq. Aretin. loco cit. qui dicit
esse perfectum perfectione essentiæ, Her-
mosilla ad l. 23. gl. 1. 2. 3. nu. 1. Tiraquel. de
retractu lign. §. 1. glo. 2. num. 43.

Ea perfectione, quæ transfert peri-
culum rei emptorem tex. in dicto §. cum
autem, instit. de empt. et vendit. sic dispo-
nens, cùm autem emptio, et venditio con-
tracta sit, quod effici diximus simul atque
de pretio conuenerit periculum rei vendi-
tæ statim ad emptorem pertinet, alius tex.
4 in l. Cum inter emptorem Cod. de periculo,
et commodo rei vendita, & alij tex. in l.
cum speciem, et in l. mortis casus, Cod.
eod. Hermosilla loco proximè cit. num. 1.
& 2. vbi plures de more, & gloss. 5. 6. 7.
num. 1.

Etiam quod non sit sequuta traditio
tex. in d. §. 1. instit. de oblig. quæ ex con-
sensu nascuntur, illis verbis, nec dari
quicquam necesse est, vt substantiam ca-
piat obligatio, & in dicto §. cum autem
emptio, illis verbis, periculum rei vendi-
ta statim ad emptorem pertinet, tametsi
5 adhùc ea res emptori tradita non sit. Are-
tin. loco cit. vbi quod præstatio rei est ius
surgens, ex contractu præcedenti, non
pars ipsius contractus, Gutierez. de Ga-
bell. dict. q. 7. num. 16. vers. quamuis nec
traditio rei, nec solutio pretij subseque-
retur, Afflic. decis. 399. num. 8. Molina
disput. 366. num. 2. bene Petrus de Oñate
in tract. de contract. tract. 3. disput. 7. sect.
7. num. 172. & 177. & disput. 9. sect. 1. nu.
190. vbi quod traditio non est contrac-
tus, sed factum externum, & consequu-
tiuum ad illum, Monach. decis. Bonon. 40.
puncto 7. num. 6. 7. 8. Hermosilla ad l. 23.
6 glos. 8. num. 1. fol. CXI. Tiraquel. de retract.
lign. §. 1. glos. 2. num. 50. Lassarte de deci-
ma vendition. cap. 3. num. 6. vbi quod tra-
ditio non respicit essentiam, sed exe-
qutionem, & ex eo agitur ad exequ-
tionem ipsam, Bertazol. de claus. in rubr.
num. 4. vers. quia traditio non est de subs-
tantia, et in proemio nu. 18. vers. cætera in
instrumentis huiusmodi opponuntur.

Et consequentèr etiamsi non sit se-
cuta translatio dominij, quæ non nu-
dis verbis, sed traditionibus fit, vulg. l.
traditionibus Cod. de pactis, & ante tra-
ditionem venditor remanet Dominus,
7 tex. in dict. §. cum autem, inst. de emption.
ibi quia sanè, qui nundum rem emptori
tradidit, adhùc ipse Dominus est, alius
tex. in l. alienatum, in princip. ff. de verb.
signif. his verbis alienatum non propriè
dicitur, quod adhùc in dominio vendi-
tionis manet; venditum tamen certè di-
cetur, de Oñate dicto num. 177. et prius
num. 172. Tiraquel. dict. glo. 2. num. 43.
& 50.

Quamquam in alijs terminis regula
sit, quod res perit periculo domini, l.
8 quæ fortuitis, & l. pignus, C. de pignorat.
action. Decius cons. 312. num. 2. vers. quia
res Domino perit, Petrus de Oñate dic-
ta disput. 7. sect. 8. num. 170. vbi dicit,
hoc esse vnum principium naturæ.

Dixi in alijs terminis, quia in vendi-
tione id est præcipuum, vt non attenda-
tur dominium, quo ad translationem
periculi, vt luculenter docet Castrens.
in l. 1. num. 1. vers. et sic est casus, in quo
9 periculum non pertinet ad Dominum rei;
Cod. de periculo, & commod. rei vendit.
bene Petrus de Oñate in tract. de contrac.
tract. 3. disput. 7. sect. 8. num. 177. vbi in
fine refert rationes huius specialitatis,

Gomez.

Gomez. variarum resol.to.2.cap.2.nu.31.
circà med.vbi, & ipse rationes speciali-
tatis annectit.

Triplex quippe est perfectio contrac-
tus emptionis, & venditionis. Prima,
quo ad obligationem, ne liceat pœnitere.
Secunda, quo ad periculum, quando in
essentia contractus existit. Tertia, quo
ad exequutionem glo. in l. 1. in verbo *post*
perfectam, C. de pericul. & commod. rei
vendit. & in princip. instit. de emption.
& vendit. Bald. in dict. l. post perfectam
10 *num.2. Afflict. decis.280. num. 4. Gutie-*
rez de Gabell. d.qu.7. num.18. Fabian. de
Monte dict. tract. de emption. & vendit.
quæst. 5. principal. num. 60. vbi num.63.
alias refert distinctiones, *Gomez. variar.*
resol. tom.2. cap.2. de empt. & vendit. nu.
312. vers. *Item principaliter quæro*, vbi
proindè infert, emptorem teneri ad pre-
tium, licet res perierit, & eam habere
non possit, *Hermosilla ad l.23.gl. 1. 2. 3.*
num.1. fol. mihi 108. *& glos.5.6.7. num.*
1. fol. CXI. vbi idem repetit, *Trentacinq.*
var. resol. lib.3. tit. de emption. et vendit.
resol.5. num.2. vers. *hæc opinio est tenenda,*
Arias de Mesa dicta resol.40. num.16. in
fin. Paris. cons.59. nu.5. et seqq. lib.1. Las-
sarte dicto cap. 3. num. 6. Surd. cons. 38.
num.11.

11 Punctus itaque est, an per delibera-
tionem sub hasta, perfecta fuerit vendi-
tio in casu de quo agitur.

Aperitur hinc campus inquirendi de
origine hastæ, deque eius vi & effectu,
in quam rem, & recentioribus referen-
tibus antiquiores, vt possunt videri
Amaya in rub. Cod. de fide instrument. et
iure hasta Fiscalis lib. 10. ibidem *Cuia-*
cius, Rebuff. tract. de præconijs & subhas-
tat. in princip. à num.5. Asin. tract. de exe-
cut. §.6. cap.1. Mangill. eodem tract. quæst.
1. vbi, quòd hasta est symbolum Regiæ
12 Maiestatis; sed quod sit symbolum rec-
titudinis, & iustitiæ, cum sit hasta rec-
ta *Baldus* tradit in *rub. de fide instrumen-*
torum, & iure hasta Fiscalis, ex quo *Ni-*
ger in tract. de subhastat. cap.2. §.3. num.
9. 10. 11. existimat, ortum habuisse vir-
gam, quam Iudices in Statu Mediolani
solent deferre præ manibus.

Sed quoniam subhastationum hodie
non vna est formula, sed variæ secun-
dum locorum consuetudinem, *Iodoc.*
tract. de subhastat. cap.2. num.5. & 6. Pa-
pon. & Rebuff. sub eodem titulo, & signan-
13 *ter* in princip. *à nu.14. Mangill. quæst.24.*
& 25. et quæst.133. num.19. Niger eodem
tract. cap. 3. in princip. vbi refert varias
formulas secundùm varias locorum
consuetudines. Ideò strictè ad nostram
formulam procedet disputatio.

EXponuntur priore loco cedulæ, in
quibus asseritur, Cameram velle
vendere talem rem, inuitantes, quem-
cunq; emere volentem, ad licitandum,
cùm clausula, *quòd plùs offerenti delibe-*
rabitur, si ita placuerit Magistratui, per
has cedulas incipit Camera obligari
versus quoscunque licitatores ad ven-
dendum. Etiam quod consensus non sit
14 simultaneus, nec simultanea interue-
niat præsentia, vt per *Bart. in d. l. si tem-*
pora num.4. & in l. licitatio num. similiter
4. ff. de publican. & vectigal. ibi *Cuman.*
num.3. Fabian. de Monte tract. de empt. &
vendit. qu.50. principal. num.90. in fine,
& 91. Alex. cons.114. num.1. 2. lib.6.

Comparent in termino cedularum li-
citatores, qui offerunt emere rem pre-
tio per eos oblato, quam *abbocationem*
dicunt, & hic perficitur obligatio inter
15 *licitatorem, & Cameram, Bart. in d. l. li-*
citatio num.4. Cuman. num.3. Rebuff. de
subhast. art.4. glo. vnic. num.34. Niger de
subhast. cap. 7. §. 1. num. 1. Asin. de exe-
quution. §.6. cap.2. per tot. & §.4. c.86. Ta-
pia ad ius Regni lib.6. tit. de locat. & ven-
dit. rerum Fiscal. tit.2. num. 6. in fine fol
35. Alexan. dict. cons. 114. num. 1. & 2.
lib.6.

Ast talis obligatio non est venditio,
sed pactum de vendendo, & emendo;
nam dum ducitur in cedulis, *la Regia Ca-*
mera vuol vendere, incipit fieri pactum
de vendendo, & dùm oblator facit ab-
16 bocationem, & dicit, *offersice comprare*,
sit pactum ex latere suo de emendo, pro-
ut in ea specie, si quis dicat *volo vendere*
talem rem, & alius præsens dicat, volo
emere dictam rem tali pretio, quòd non
sit venditio, sed pactum de vendendo,
tradunt post alios *Fabian. de Monte dict.*
tract. de emption. & vendit. quæst.5. prin-
cipal.

cipal.num.51.& 52. Mozz.de empt. tit.de substantialibus, nu. 46. et seqq. siuè vtatur verbo, offert, siuè verbo, promittit siuè alio æquipollenti, modo conferat actum in futurum, Alex. dict. cons. 114. num. 1. & generaliter de actu collato in futurum, Monach. decis. Bon. 40. puncto 7. num.27. 28. 29. 30. Menoch.cons.946. num. 1.2. et seqq. Et magis in indiuiduo, quòd per verba Licitatoris, offerisce comprare, non inducatur emptio, sed promissio de emendo scribit Cuman. in dict. §. licitatio num. 3. vers. prætereà, si dicitur in subhastatione. Plus offerenti dabitur, ista est quadam promissio vendendi, Mangill. de subhastat. quæst.71. in princip. et quæst. 72. pariter in princip. idem Mangil. quæst.80. num.14. Niger de subhast.cap.7.§.1. num.1. Asin.dict. §.6.cap.1.num.24.& §.4.cap.86.num.4. & cap.83. num.1.

Nec aliter sensit Bart. in dicta l. Licitatio num.4. dum dixit, contractum esse perfectum, loquitur enim de perfectione prima, nimirum de obligatione pacti de emendo, & vendendo, quemadmodum etiam indicat exemplum, quod affert, de eo, qui dicit volo vendere, & alius, volo emere, & patet eius themate, in quo disputat, an comparens ex interuallo obligetur ex oblatione.

Imò quando per Magistratum acceptatur oblatio, non inducitur ex parte Cameræ perfecta, & pura promissio, & obligatio de vendendo ipsi licitatori,
17 sed conditionalis, nimirum, nisi intrà tempora subhastationis fiet melior conditio ab alio, Bart. in dict. l. si tempora num. 2. vers. intelligitur enim esse facta sub conditione, nisi meliorem conditionem attulerit alius, Fabian. de Monte dicta quæst.5 num.92. in fin. vers. quia videtur prima facta sub conditione, Odofred. in l. quacunque num.2. vers. nam ista est natura venditionis Fiscalis, vt siuè expressè ibi apponatur pactum addictionis in diem, siuè de hoc nihil dicatur semper debet intelligi, Cod. de fide instrum. & iure hasta Fiscal, lib. 10. Iacob. Rebuff. in dict. l. si tempora num. 1. vers. quia intelligitur esse facta sub conditione, nisi alius meliorem conditionem, Ioannes de Platea col. 2. in princip. vers. hic est casus notabilis, & speciale priuilegium Arias de Mesa resol. 20. num. 2. lib. 2. Montan. de regal. verb. vectigalia num.10. in princip. et col. 4. in princip. Claper. in centur. Fiscal. causa 3. quæst.1. num.4. et num.6. et causa 4. quæst. vnic. num.1.

Et ex alio etiam remanet conditionalis dicta obligatio Cameræ scilicet, et deliberabitur plus offerenti, si ità placebit Illust. Magistratui, per quam causam relinquitur in facultate Magistratui faciendi, vel non faciendi deliberationem plus offerenti; quemadmodum dicunt
18 Doctores, quòd non arctatur subhastans ad vendendum, quando non est adiecta clausula, et plus offerenti deliberabitur, cùm quandoque exponatur hasta ad sciendum valorem rei, vel animo vendendi, si condignum pretium offeretur, & non aliter; vt exarant Bart. in dicta l. si tempora num.4. et in l. Licitatio num.4. in fin. ff. de publican. et vectigal. Ioannes de Platea in d. l. si tempora nu. 2. ante fin. vers. si autem dicta verba non sunt in bannimento adiecta, Mangill. de subhast. q. 158. ante num. 1. vers. et ratio est. Niger de subhast. cap.7. §. 1. num.22. et §. 2. num. 18. Asin. de exequut. §. 6. cap. 1. in fin. et c. 2. num. 14. in fin. Aules in cap. Pratorum 32. in verbo De puiar. num. 1. vers. et die quod verba præconij sunt consideranda, & quandoque etiam expedit dare minùs offerenti, Bart. in dict. l. si tempora num.4. in fin. Iacob. Rebuff. ibidem num.2. in fine, Mangill. qu. 69. num.3. et dicta qu. 158.

Vt enim ineatur emptio, & venditio, consensus deliberatus, & substantia debet esse de præsenti, non respicere futurum, aut expectare perfectionem de futuro, Fabian. de Monte dict. tract. de empt. et vendit. quæst.5. num.50. et 51. Gratian. discept. for. 545. num.43. & pluribus seqq.
19 vbi multa recenset exempla, Mangill. de subhast. qu.26. num.13. & seqq. latè Rota Romana decis.725. num.3. et seqq. part.2. in recentior. Gutierez de Gabell. qu.47. nu. 15. & in puncto deliberationis, seù adiudicationis idem Mangill. dict. qu.26. num. 8. & plenè Rota dicta decis.725.

Post oblationem acceptatam expo-

nuntur

nuntur aliæ cedulæ facientes mentionem de dicta oblatione acceptata, & inuitantur denuò plus offerentes, & fiunt incantus, quæ secundæ cedulæ exponuntur etiam apud Regnicolas super prima oblatione, vt per *Tapiam ad ius Regni dict.tit.2. sub nu.6. col.2. post princip.* vbi etiam agit de stipulatione venditionis per Proregem, mox statuto tempore fit deliberatio plus offerenti, & per Dominum Præsidem traditur Victori virga, qui eam deosculatur, & quan-
20 do Victor non est præsens, traditur Ostiario loco partis, apud alios autem fit deliberatio per extinctionem candelæ, vt dicetur inferiùs.

QVid itaque importet dicta deliberatio, & traditio Virgæ, hoc opus, hic labor.

QVòd deliberatio importet venditionem, videtur probare *tex. in d. l. si tempora*, & ibi *DD. & l. quæcunq; C. eod. & toto tit. ff. de in diem addictione*, vbi passim vsurpatur *addictio* pro *venditione*, & signanter *in l. 2.* nec hæsitandum, quin *addictio* illa sit *deliberatio*, quæ fit Licitatoribus concurrentibus, vt probat *tex. in l. quod autem ff. eod. Iodoc. de subhast. c. 3. sub nu. 15. 17. et 26.* ante fin.
21 *Auendan. par. 2. cap. 12. n. 7. 9. et n. 15.* vbi quod facta additione statim dicuntur habere ius in re, & poterunt vti omni iure etiã ante mandatum, *Ricc. collect. 1726. Hermosilla ad l. 52. gl. 7. n. 40. in fin. Rebuff. de præcon. & subhast. in princip. num. 6. Mangill. qu. 26. & qu. 37. num. 23. & qu. 51. num. 3. quæst. 80. in princip. et qu. 86. num. 20.* vbi subdit, quod per deliberationem emptio est perfecta, *clarè Niger de subhast. in tract. de deliberat. in Proem. num. 1. fol. 131. & passim in seqq. & cap. 26. num. 1. fol. 198. & cap. 30. num. 1.* vbi quod per deliberationem fit irreuocabilis dominus, *Montan. de Regal. in verbo, vectigalia, num. 10. & seq. Asin. dicto §. 6. cap. 1. num. 25. in fin.* vers. *vnde liberam venditionem importare, & inferre dicendum est, et cap. 10. nu. 15. et §. 4. cap. 86. num. 5.* vbi ad rem istam aptè *Anton. de Amat. resol. 38. à nu. 1. vsque ad 8. Mastrill. decis. 84. num. 1.* vers. *post perfectam liberationem, & extinctum candela, et num. 2. Boer. decis. 248. num. 2. Tappia ad eius Regni lib. 6. tit. 2. de locatione, et venditione Fundorum Fiscalium fol. 35. et 36.* præcipuè *num. 8. in fin. et nu. 9. Tusch. in verbo emptio, conclus. 124. num. 37.* clarè, & latè *Thesaur. iun. quæst. forens. 101. lib. 3.* vbi sic resolutum refert, *Tor. in compend. decis. in verbo oblatio oretenus facta, col. 2. à med. vsque ad fin. Iulius Ferret. tract. de Gabellis num. 279.* vbi quod per deliberationem iàm emptio, & locatio est perfecta, & *num. 281.* vbi quod est contractus consumatus.

Quod idem dicitur quando res licitata remanet Licitatori ad extinctum candelæ, qua formula vtuntur Regnicolæ,
22 vt apud *Tappiam dict. fol. 35. et 36.* referens modernam pragmat. *fol. 37. Mastrill. decis. 84. Amat. resol. 38. Galeota dicto respon. 14. Montan. de regal. verbo vectigalia d. num. 10.* & apud Francigenas, *Boer. decis. 248. Rebuffi. Papon.* & alij supra cit. *Asin. d. §. 6. c. 10. et §. 4. c. 86.* vbi
23 agit de illa insigni quæstione, si quis incipiat offerre meliorem candela accencensa, quæ extinguatur ante perfectam oblationem, *Mangill. quæst. 80.* & passim idem *Mastrill. de Magist. lib. 5. cap. 9. n. 16. Niger qu.* *Ricc. d. collectan. 1726.*

Id ipsum confirmat descriptio addictionis relata per *Cuiacium in dicta rub. de fide instrum. et iure hastæ*, quod sit *collatio rerum subhastatarum penes eum, qui plus licitatus fuit*, & ad idem tendit *Mysing. in §. empt. sub num. 9. inst. de empt.*
24 dum dixit, *Addictionem esse, Licitanti rem auferendam permittere.*

Er comprobatur hoc idem ex eo, quòd deliberatio æquiparatur adiudicationi, seù addictioni, quæ fit creditori Licitanti, quando alius non offert meliorem conditionem, *ad tex. in l. à Diuo Pio §. si pignora ff. de re iudicata*, quem actum importare perfectam acquisitionem de præsenti ex sensu Doctorum, quos refert, & sequitur, *Rota decis. 725. num. 4. part. in recentior.* & est *Tex. in §. fin. inst. de off. Iud.* ibi: *Quod autem istis iudicijs adiudicatum fuerit, statim eius*
25 *fit, cui adiudicatum est*, & adiudicationem pro deliberatione capit *Castrens. in dicta l. licitatio num. 1. ante fin. Papon. tit.*

de ſubhaſt.paſſim,& præcipuè arreſto 14.
15.et in appendice arreſt.4.& in primo
extracto à regeſtris parlamenti per tot.
Rebuff. artic.7.glo.vnica num.1.Mangill.
de ſubhaſt. qu. 24. num.28. 29. et qu. 26.
num.1.et per tot.Niger eod.tract.tit.de de-
liberatione cap.35.§.15.num.1. Rota Ro-
mana deciſ.725.num. 5.part.2.in recen-
tior.illis verbis, idque etiam comprobatur
ex ſtylo, qui implenit faciendo huiuſmo-
di deliberationes, et adiudicationes, nam
expediuntur mandata curſoribus, vel
exequutoribus de deliberando, et adiudi-
cando, qui deinde illorum exequutionem
deliberant, et adiudicant, fungentes vice
partis, et quidem per verba præſentis tem-
poris, et ſuper eo fiunt publica inſtrumen-
ta cum ſuis clauſulis, poſt quæ ſequitur
traditio, vel apprehenſio poſſeſſionis, &
adiudicationem habere vim emptionis,
& venditionis, Gratian.diſcept.for.545.
num.44.in fin.45.et ſeqq.Mangill.de ſub-
haſt.qu.26.nu.14.et 15.latè Rota d.deciſ.
725.nu.3.et ſeqq.par.2.in recentior. idem
Mangill.qu.99.nu.1.et q.199.nu.3.Niger
tract.de deliberat.cap.35.n.1.fol.235.et
§.7.et §.15.nu.1.vbi quod operatur om-
nes eos effectus, quos venditio facta
ſub haſta.

Et id fortius cum aſſeratur fieri deli-
berationem in venditionem, ſeù vulgari
ſermone, beni deliberati in vendita,
quemadmodum in memoriali aſſeruit
D. Emptor.

Longè magis quando conuentum eſt
de ſoluendo ſtatim pretio poſt delibera-
tionem, quia hoc ſupponit iam initam
venditionem, & emptionem, etiam an-
te celebrationem inſtrumenti, Laſsart.
tract.de decima vendit.cap.3.num.17.Gu-
26 tierez de Gabell.cap.17.num.4. cum pac-
tum de emendo, & vendendo, per ſo-
lutionem pretij, vel partis poſtea factam
tranſeat in vēditionem, quia partes dan-
do, & recipiendo pretium, cenſentur
tacitè contrahere de præſenti & perfi-
cere contractum, vt cum decem & no-
uem Doctoribus concludit Menoch.conſ.
946.nu.12.alios refert, & ſequitur Her-
moſilia ad l. 10.glo. 1.num. 9.Surd.conſ.
52.num.2. licet in ſeqq. oſtendat, id non
eſſe ſemper verum, quando ſcilicet con-
uentio non eſſet pura: quemadmodum
& ex eo, quod ſtatim ſequuta delibera-
tione, & ante ſtipulationem inſtrumenti,
27 ſolent exigi honorantiæ, ſeù honoraria,
quod Regnicolæ appellant criſtalla,
colligitur, emptionem, & venditionem
in ſubſtantia eſſe perfectam, non ſecus,
ac dicitur de Gabella exigenda, ex con-
tractu, quæ ſupponit contractum per-
fectum, Laſſarte dict.cap.3.Gutierez d.
qu.3.et 17.ac paſſim.

Quibus concinit theorema initio præ-
miſſum, vt ſcilicet quando inter partes
conuenitur in præſenti de re, & pretio,
dicatur celebrari venditio, quod ada-
muſſim verificari videtur in deliberatio-
ne, nam in ea conuenitur de re, & pre-
tio, & eſt actus diſpoſitiuus de præſenti,
& ità ex mente gloſa tradit ferè ad litte-
28 ram Tapia dict.lib.6.tit.2.num.8.in fine,
et nu.9.in princip.fol.mihi 36.& in ſimi-
li, eum eſſe contractum perfectum, qui
habet ſuam cauſam efficientem, mate-
rialem, formalem, & finalem ſcilicet pro
efficienti contrahentes, pro materiali
conſenſus ſeparatos, pro formali con-
ſenſus ſimultaneos, & vnitos, pro finali
obligationem inde reſultantem, ſcripſit
Decian.conſ.64.nu.12.et 13.lib.3. atque
hic actus diſpoſitiuus de præſenti dici-
tur fieri inter præſentes, etiam quod li-
citator non ſit præſens, quia ſufficit,
quòd ſit præſens interpretatiuè per
Nuntium, vel Epiſtolam, vel per aliud
æquipollens, nimirum per conſenſum
antè præſtitum, cum conditione, vt de-
liberatio fieret eo ſerò, ſic de præſentia in-
terpretatiua exarat in ſpecie iſta Fabian.
de Monte tract. de empt.et vendit.qu.5.
principal.num.46.ad 51.egregiè Niger.de
ſubhaſt.tit.de deliberat.c.27.fol.201.vbi
quod potentia iuris fungitur præſens,
ex præcedenti mandato, & quod abſen-
ti poteſt fieri deliberatio ratione antece-
dentis conſenſus præſtiti in oblatione,
dum obtulit emere.

Conſenſus enim ille Licitatoris præ-
ſumitur durare per totum illud tempus,
vt ſenſit Bart. in d.l.ſi tempora, et in d.l.
Licitatio Fabian. de Monte tract. de empt.
et vendit.qu.5.principal.num.50. circa
med.et num.90.in fin.ac 91.& cùm non

reperitur præſens actui, Oſtiarius ſupplet eius factum, quia factum Iudicis
29 eſt factum partis, & pariformitèr obligat *Hermoſilla ad l.52.glo.7. num.15. in fine* verſ. *nam Iudicis conſenſus, & factum perinde eſt, Mangill. de ſubhaſt. qu. 199. num.5. Rota Romana dict. deciſ. 725. ſub num.5.* aliquid eſſet in facultate partis eludere actum, & Iudicem, ſe abſentando, quod eſſe non debet, & hoc iure vtuntur ambo Magiſtratus, ſed hic vlteriùs concurrit ratificatio deliberationis, quod ſufficit, *Niger dict. cap. 27. num.6. fol. 201. Rota apud eundem deciſ. 19. num.4.*

In eundem ſenſum perfectæ venditionis facit energia verbi *deliberatio*, nam *deliberatio* eſt perfectio actus antecedentèr imperfecti, & dicit determinationem conſenſus, & actus de præſenti; quemadmodum de verbo *definire* tradit
30 *Bertaz. clauſ. 30. glo.4.* & in terminis terminantibus, quod deliberatio ſub haſta habeat vim perfectæ emptionis, & venditionis etiam ante celebrationem inſtrumenti reſoluit *Theſaur. iun.* videndus *quæſt. for. 101. lib.3.* vbi quòd contractus dicitur perfectus ex quadam ſtipulatione inter partes inducta, & ibi in fine refert, ita illum Magiſtratum, ſeù Cameram Ducalem iudicaſſe, & ſequitur *Thor. in compend. deciſ.* in verbo *oblatio*, vbi in eum ſenſum celebratio contractus refert deciſum à ſacro Concilio; & comprobat alia conſideratio, quòd in tantum deliberatio eſt ipſa eſſentia contractus, vt exindè in inſtrumento non liceat eam in vno minimo iota alterare, ſed prout iacet, ponatur in inſtrumento, additis tantum ſolitis clauſulis ad ſolemnizandum actum iam perfectum.

Atque demum accedit apud nos poſt dictam deliberationem traditio Virgæ per venditorem emptori, quæ ſuum habet myſterium, & ſuo non caret operatiuo effectu, traditio enim Virgæ poſt
31 deliberationem, videtur ficta traditio rei, vel translatio iuris rei venditæ, ſeù datio poteſtatis quaſi per traditionem clauium, vt ad litteram ſentire videtur *Iodoc. Damhouder. tract. de ſubhaſt. cap.1. num. 13.* illis verbis *Hinc ſubhaſtare eſt ſub haſta mittere, hoc eſt per auctionem vendere; Haſta enim erat virga, qua dabatur, cum poteſtas daretur cuiquam alicuius mercis*; & non minus aptè ad rem iſtam *Valaſch. conſultat. 37. nu.6.* ibi. *Vnde patet, quod nec Notarius, nec alius officialis quicquam agit mittendo ramum addictionis in manum emptoris plus licitantis, nec ex eo dicitur emptio perfecta, niſi quando Iudex eam facit, vel mandat fieri*, ſcilicet per traditionem emptoris, vt tota illa deciſione contendit: quod enim operatur traditio vera, idem operatur traditio ficta, vt de traditione gladij, clauium, impoſitione annuli, bireti, & ſimilium latè *Petrus de Oñate dict. tract. diſput.9. ſect.1. num.190.* cum multis ſeqq. *Hermoſilla ad l.23. glo.8. nu. 7. fol. 112.* & de traditione calami in his terminis, quod habeat vim traditionis, ſcribit *Montan. de regal.* in verbo *vectigalia num. 10. col. 2. circa med.* ibi *Hinc infertur pro tradita haberi, ſi per contraſignum, id eſt, calamum tradatur, vt moris eſt*, & in ſimili de coniunctione manum, vel palmarum, vt ſit euidens ſignum perfecti contractus, & conuentionis, *ex Baldo, & Aretino, Decianus conſ. 64. num.14. & 15. lib.3.*

Iungiturque ad probandam perfectionem venditionis in eſſentia, nedùm conuentio de ſoluendo ſtatim pretio ante celebrationem inſtrumenti, & ſolutio ipſa actualis, ſed & ordines dati per Magiſtratum Ordinarium inſtante D. Emptore, datiarijs, vt ei reſpondeant de fructibus vectigalium, cum enim id fuerit petitum vigore deliberationis ſequutæ, & ſolutionis pretij petitum cenſetur in cauſam peractæ venditionis, & ita conceſſum; Quia in corporeis, ſeù in corporalibus, vt ſunt vectigalia, quæ manu non traduntur, ſufficit ceſſio, aut aſſignatio, recognitio, vel aliud æqui-
32 pollens, vt poſt alios de *Oñate dicta diſput. 9. ſect.1. num. 198. & infrà*, vbi ſimiliter de poſſeſſione iuriſdictionis, immò ſola ipſa venditio, vt per *Theſaur. iun. in addit. ad deciſ. 197. in fin. verſ. nam ceſſio eſt facta priori per verbalem venditionem.*

Et per petitionem, & dationem ordinum,

num, videtur actus cessionis consumatus, etiamsi postea D. Emptor non curarit exigere, si quidem dùm Doctores dicunt, per cessionem transferri iura, non requirunt ad perfectionem cessionis exercitium ipsius, sed id pertinet ad exequutionem, immò sufficit sola patientia venditionis in incorporalibus, vt post alios, *Tiraquel. de retract. conuentional.* §. 1. *glo.* 2. *num.* 31. Neque dici potest, quòd illa assignatio fuerit in causam interusuriorum pretij soluti, non in causam fructuum rei venditæ, tùm quia hoc non dicit illa assignatio, tùm quia actus præsumitur fieri in causam magis necessariam, cùm sequuta deliberatione fructus pertineant ad licitantem vti emptorem *Molina* post alios dicta *disput.* 368. fortius soluta maiori parte pretij, *Surd. cons.* 52. *num.* 8.

Neque sensus iste turbatur ex adiecto onere, *tenendi computum, & reddendi de eis rationem*, quia ordo addit causam, *per maggior chiarezza della Real Azienda*, & quia etiam tanquam de fructibus perceptis iure emptoris, erat sumenda ratio, cum adhùc non esset certum quid, & quantum remanere deberet Domino Emptori ex dictis vectigalibus, cum non omnia, sed tanta pars vendita fuerit ex maiori summa.

Accedit denique professio D. Emptoris in omnibus solutionibus pretij per eum factis, dùm dicit *pagarli à buon conto della compra che hà fatto* aliæ autem dicunt, *per conto della vendita di Casal Maggiore*. Et quamuis in venditione, quæ fit per S.E. vti procuratorem Regiæ
33 Maiestatis non sit necessaria solemnitas subhastationum *Ricc. collectan.* 1726. *in fin. Montan. de regal. in verbo vectigalia & nu.* 9. *post princip. vers. aliquando Rouit. cons.* 49. *nu.* 6. *lib.* 2. Et vlterius non fuerint expositæ primæ cedulæ, tamen cum voluerit procedi per subhastationes, cedulæ seù incantus super prima oblatione idem operantur, cum idem essentialiter contineant.

PRO Licitatore autem, vt per deliberationem non sit perfecta venditio, facit.

Primò, quia si per oblationem acceptatam non inducitur purum, & absolutum pactum de vendendo, sed conditionale, *si ita Magistratui placuerit*, vel *nisi alius meliorem conditionem obtulerit*, vt suprà firmauimus, satis operabitur deliberatio in reddendo purum illud pactum antea conditionale, & sic, vt deliberatio perimat illas binas conditiones, & obliget proindè Regiam Cameram ad celebrandam præcisè venditionem; ad quod alludere videtur, *Ety-*
34 *mon.* verbi *deliberatio*, quasi *eliberatio* promissionis de vendendo à dictis duabus conditionibus, vnde Doctores promiscuè in hac specie vtuntur verbo *deliberare, & liberare*, vt videre est apud *de Ponte tract. de potest. Proreg. tit.* 4. *de regal. imposit.* §. 5. *num.* 62. *Galeota respons. Fiscal.* 14. *vsque ad num.* 8. *Mangill. de subhast. qu.* 28. *in princip. Guidopap. qu.* 536. *Niger tract. de deliberat. cap.* 32. *nu.* 1. 2. *Montan. dict.* verbo *vectigalia à num.* 10. *Claper. in cent. caus. Fiscal. causa* 3. *qu.* 1. *num.* 6. *Tapia loco cit. fol.* 35. 36. 37. & consequenter per deliberationem videtur conclusus contractus, non factus, & per eum partes fuisse concordes in faciendo, non in perfecto, vt dicitur in matrimonio concluso, sed non facto, in tractatu concluso, sed nundum celebrato, atque in his terminis, vt deliberatio sit pura venditio, sed imperfecta, & velut quoddam præparatorium ad perfectam venditionem, & interim periculum sit venditoris, visus est sensisse, *Bald. cons.* 393. *præmissis duabus regulis num.* 2. circa med. ibi *Alij dicunt, quod statim est facta emptio, licet postea redigatur in scripturam, quod non placet, imò est quoddam præparatorium, ex quo (sequuto principali contractu) non agi-*
35 *tur, quod confunditur in principali lib.* 4. neque enim ambigi potest, quin *Baldus* loquatur hoc loci de deliberatione, tùm quia loquitur de eo actu, qui non expectat nisi scripturam, vt deliberatio, tùm de eo actu, qui confunditur in formali venditione subsequuta, vt deliberatio, tùm de eo, ex quo (sequuto instrumento venditionis) non agitur, vt ex deliberatione, sed ex ipsa subsequuta venditione, tùm quia in simplici obla-

tione acceptata nulla erat dubitatio,
quo ad periculum,& tamen *Baldus dict.*
*num.*2.in vltimis verbis dicit, quòd dic-
ta quæſtio eſt multum dubia, & ratio-
nes ſunt pro, & contrà: ſeruiunt in eun-
dem ſenſum cæptæ, ſed non perfectæ
venditionis verba eiuſdem *Baldi* in fine
dicti conſilij, dùm inquit, *non cogitur*
ergo emptor perficere contractum niſi ha-
bita ratione diminutionis, ſi tolerabilem
modum exceſſit diminutio, Bartolus ta-
men tenet, quod nulla fiat diminutio, ſed
ſua opinio eſt nimis rigoroſa, & contrà
æquitatem, quam deſiderat natura con-
tractus, & maximè vbi emptio eſt in fie-
ri, & non in facto eſſe, vt eſt in caſu noſ-
36 *tro. Concludo, non cogi hunc promiſſo-*
rem niſi diminuto pretio arbitrio boni,
viri, hac Baldus, qui, vbi loquutus fuiſ-
ſet de ſimplici oblatione acceptata, non
nominaſſet *emptorem*, ſed ſciuiſſet dice-
re, *oblatorem, ſeù licitatorem*, id idem
quod deliberatio facta ſub haſta non ſit
perfecta venditio tradit *Regens Galeota*
*dict. reſponſ.*14.*nu.*4. 5. 6. 7.*ac* 12.*&* 31.
& per locum à contrario *Mangil.de ſub-*
*haſt.qu.*37.*num.*23. & quod ſubhaſtatio
ſit præparatorium faciendæ venditio-
nis, *Niger cap.*3. §.19.*num.*6. *Montan.de*
regal.in verbo vectigalia num. 10. vbi
quod poſt deliberationem alia requi-
runtur ad perfectionem contractus, &
quod facta deliberatione ante celebra-
tum inſtrumentum liceat ex cauſa rece-
dere *Aſin.de exequut.*§.4.*cap.*87.*Coſta de*
reintegr. diſt. 1.*num.*6. vbi alios allegat,
& qui in contrarium allegati fuere,
quòd ſit perfecta venditio videntur lo-
qui de prima perfectione, ne liceat re-
cedere, non de ſecunda quo ad pericu-
lum, vt ex eorum lectura.

Secundò facit, Nam, cum non ſit
vna omnium forma ſubhaſtationis, ſed
variæ ſecundum locorum conſuetudi-
nes, vt ſupra factum fuit; ſic ad cogno-
ſcendum, an deliberatio importet per-
fectum contractum venditionis de præ-
ſenti, inſpiciuntur primo verba, deinde
conſuetudo loci, vt docet *Cuman.in l.li-*
citatio, in fin. ff. de publican. & vectigal.
illis verbis, *præterea ſi dicitur in ſubhaſ-*
37 *tatione, & plus offerenti dabitur, iſta eſt*
quadam promiſſio vendendi, vnde deberet
eſſe ſubhaſtatio iſta forma, vt ſi quis ve-
lit emere, vel conducere dictum datium,
veniat, & offerat, & ſuum erit. Ego pu-
to conſiderari, quod ſi ſubhaſtator dicit, ſi
plus offeratur, (ſupple *ſuum erit*) *vide-*
tur illi delatum, qui magis obtulit, & ſic
impleta eſt conditio, ſi autem dicit, plus
offerenti dabitur, putarem ſolum obliga-
tum ad vendendum; tamen conſuetudo
ſeruanda eſt; Aſin. dict.§.6.*c.*1.*num.*24.
& 25. *& cap.* 10.*num.* 15. vbi conſide-
rata diuerſitate verborum, cum *Cuma-*
no reſoluit. Sed cum de conſuetudine
apud nos generalitèr obſeruetur, vt poſt
deliberationem fiat ex interuallo vendi-
tio per inſtrumentum, vt tunc, & per
verba diſpoſitiua venditionis ſub ea die,
nimirum, *faciunt venditionem dict. N.*
ementi &c. ergo dicendum eſt, quòd an-
tea per deliberationem non fuerit per-
fectè celebrata venditio, quia pro ea-
dem re non fiunt binæ venditiones, & ſi
inſtrumentum fieret tantum ad proba-
tionem venditionis antea factæ, alio mo-
do conciperetur per narrationem ven-
ditionis iam factæ, non per modum ce-
lebrationis ipſius venditionis ſub ea die
rogitus, vt in terminis ad imperfectio-
nem actus præcedentis conſiderat *Caſt.*
in l. contractus Cod. de fide inſtrum. num.
9.illis verbis, *quòd autem hoc ſit verum,*
patet euidenti ratione, quod ſi Notarius
adhibetur, non potuit in ſcriptura ponere
diem, qua partes inter ſe concluſerunt,
38 *ſed diem rogationis, ergo illa die perfici-*
tur contractus, & non erat antè perfectus,
quam traditionem pluribus relatis pro-
ſequitur *Bertazol.dict. clauſ.*30.*glo.*3.*nu.*
12. quanquam in die rogitus parum id
faciat, cum & in ſimplici inſtrumento
ad probationem actus idem eſſet ſeruan-
dum, ſed ſeruit traditio *Caſtrenſis* ad
ſubſtantialia, & diſpoſitiua contractus
concepta ſub die rogitus inſtrumenti,
quod poſt ſcripta, reperi tenuiſſe *Caſ-*
trenſem ipſum in indiuiduo *conſ.*241.*nu.*
2.*lib.*1.ſic loquentem *ex hoc patet, quia ſi*
voluiſſent contractum habere pro perfecto,
& abſoluto, tunc quando ratiocinati ſunt:
non potuiſſet poſtea Notarius ex interual-
lo rogari de contractu iam perfecto, cum
non

non possit sumere rogitum, nisi de eo, quod geritur in eius præsentia. Aut esset dicendum, quod intentio Partium fuisset reiterare contractum in præsentia Notarij, & sic bis voluerint contrahere, quod nullo modo dicendum est, sed potius quod prima conuentio esset quoddam ratiocinium, non autem obligatoria conuentio Partium, sed voluerunt esse obligatoriam tempore confecti instrumenti, etsi dicatur, quod imò partes prædictæ voluerunt facere duos contractus, vnum in quo se obligarent ad permutandum, et de isto voluerunt statim perfici sine instrumēto, alium, scilicet ipsam permutationem, quæ incipit à traditione vera, vel ficta, & de isto voluerunt confici instrumentum, et istum fateor non fuisse perfectum ante instrumentum, similitèr nec primum consensum voluiße prius perfici alios ad *Castrensem* refert *Mantica de tacitis lib.1, tit.10. sub num.7.* idem repetit, *Castrens. in cons.52. nu.1. & 2. lib.2. in rationibus dubitandi*, quamuis postea ex alijs *concluserit contrarium, inquiens, nil implicare*, quin contractus alia die possit repeti coram Notario, & instrumentum fieri ad ma-
39 iorem cautelam, & vti scripturam magis plenam; *& Castrensis* inconstantia, & priore opinione damnata, prosequitur *Decian. dict. cons. 64. num. 31.* circà med. vers. *non obstat moderatio Pauli, & num.32. & seqq. vsque ad num.40. lib.31.* benè *Thesaur. decis.197. num.6.* vers. *nec monet ratio, quam allegat Castrensis, Dec. cons. 340. num. 2.* vers. *quarto quia ratio Pauli de Castro non videtur vera*, & idem sequitur *Mantica de tacitis* loco infrà citando.

Tertiò, cum potissimè pendeat à mente partium, an per illam addictionem voluerint celebrare puram & perfectam venditionem, an imperfectam, aut conditionalem, vt ad litteram probat *Vlpianus in l.2. ff. de in diem addict.* illis verbis *Quoties fundus in diem addicitur, vtrum pura emptio est, sed in diem resoluitur,*
40 *an verò conditionalis est emptio, quæstionis est, & mihi videtur verius, interesse quid actum sit, & in l. Item quod dictum est*, in fine ibi *intererit tamen quid actum sit, & ità Pomponius scribit & in l. quod autem* ibi *sed Iulianus scripsit, multum interesse, quid inter contrahentes actum sit*, vsque adeo etiam si verba sonarent in actum de futuro, tamen si constet, Partes voluisse vendere de præsenti, hoc potissimum attendatur contrà tenorem verborum, vt appositè ad rem istam considerat post Parisiensem *Guttierez de Gabell. qu.47. n.15.* vbi etiam refert *Antonium Rubeum in cons. 29.* qui hanc mentem Licitatoris, ex pluribus conijcitur, ex simplici deliberatione non habuisse venditionem pro pura, & perfecta, sed plurima in futurum contulisse per viam conditionis.

41 Imprimis, in oblatione D. Quæstoris Vicecomitis primo loco facta dicitur per modum conditionis, *con che subito si dourà dare l'effettual possesso di dette entrate à sua ampla dispositione* per quod verbum effectuale, videtur excludi modus fictus.

In secunda item oblatione Dominus Quæstor Vicecomes declarauit velle facere emptionem per Instrumentum sub illis verbis, *lo dichiararà prima di venire alla stipulatione dell' instrumento di vendita*, tùm ibi per modum conditionis *primo, che la Regia Camera facci l'instrumento di vendita con la promessa debita.*

Item aliam adiecit conditionem Regiæ approbationis per ea verba. *Quarto, che in caso la Maestà Sua non approuasse l'acquisto del Feudo, in tal caso &c.*

Rursus distinctè loquutus fuit de deliberatione, & venditione tanquam de diuersis, verba ibi, *si douerà fare la deliberatione, & vendita de detti datij* tùm ibi *supplica si degnino ordinare, che in questa conformità debba seguire la deliberatione, & la vendita.*

Tertiò in prima oblatione D. Quæstoris de Saluaterra in ordine ad pretium obtulit ad numerum foculariorum, & tot pro centenario sic, *pagarà gli fuochi à ragione de lire 40. & l'entrate feudali à ragione di trè per cento nella somma, che con effetto si troueranno essere, il tutto da liquidarsi*, mox ibi, *& al compimento di quanto si liquidarà importare questo contratto, pagarà &c.*

Insuper retinuit sibi electionem datiorum per ea verba, *& altri datij della detta Terra in elettione dell'offerente.*

Obtulit, & ipse sub approbatione Regia, ibi *pagarà vn mese doppo presentatoseli l'approuatione di S. M.*

Restrinxit se ad venditionem fiendam cum translatione dominij, & possessionis, quod, (vt supra probauimus) non operatur simplex deliberatio, verba ibi *mà trà tanto se gli douerà fare la vendita con la translatione del dominio, & possesso.*

Demum adiecit aliam conditionem illis verbis. *Douerà in oltre da S.E. seguire promessa in nome della M. S. & Sua Regia Camera, & come Prencipe, di che qualsiuoglia lesione enorme, & enormissima non sarà posta à mano.*

Sin autem inspiciamus mentem Suæ Excellentiæ (postquam ipsa organo substitutorum tanquam Regis procurator contraxit) discrtè ostendit, per deliberationem non esse celebratum contractum venditionis, dùm edixit in hunc modum, *se venga à la deliberation de los dichos encantos, que per lo que toca à la stipulacion del contrato, resoluere, tenida la noticia de la deliberacion*, & sic substantiam, & stipulationem contractus contulit in tempus post deliberationem, vndè deliberatio non fuit venditio perfecta, quia perfectio contractus est ipsemet contractus, vt dicit *Baldus* quem refert, & sequitur *Guttierez de Gabellis qu.*88.*num.*1. & stipulatio respi-
42 cit, & percutit essentiam contractus, vt sentit *Bald. dicto cons.*393. *nu.*2. vers. *non est nuda pollicitatio, sed magis stipulatio, Montan. de regal.* in verbo *vectigalia, nu.* 9. *in fin.* vbi quod stipulatio est obligatio apud acta Notarij.

Quando autem verba dispositiua & mens referuntur ad actum in substantia de futuro, non dicitur de præsenti perfectus, vt fundat *Guttierez de Gabell. dicta qu.* 4. *num.* 15. sic loquutus, *secundo limita communem sententiam, vt ipsa procedat, quando partes remanent in terminis simplicis conuentionis de vendendo, vel alio actu faciendo in futurum, atque intentio partium, & verba dispositiua, transferentur ad actum de futuro; secus, si & verba obligatiua, & mens re-
43 ferantur ad actum de præsenti, & omnia ad substantiam actus requisita præsto sint, quia contractus celebratus dicitur de præsenti*, & ibi loquitur in ordine ad periculum rei venditæ, vt legere est sub *nu.* 9. *ante fin.* vers. *periculum rei de qua vendenda pactum præcedit, Mozz. de contract. tit. de empt. cap. de substantial. num.*43. *& seqq.* vbi quod consensus debet esse simultaneus de præsenti, *Bertazol. de clausul. claus.*30. *glo.*3. *num.*2. *& seqq. Thesaur. decis.*233. *num.* 5. vers. *ad primum & vers. ad secundum, Rota Romana decis.* 725. *num.*3.4.5. *part.*2. *in recentior. Niger. de subhast. tit. de iudiciali &c.* §.7. *in prin. num.*24. *fol.*239.

Et aliud est vendere, & aliud promittere de vendendo, aliud facere, aliud promittere de faciendo, *Tiraquel. de retract. lign.* §.1. *glo.*2. *num.*56. *Lassarte cap.* 3. *num.*22. *ante fin. & cap.*13. *nu.*5. *Mozz.
44 de empt. cap. de substantial. nu.*46. *& seqq.* latè *Surd. cons.*52. *num.*13. *& num.*66. *in fin. Boer. decis.*48. *num.*8. *&* 9. *Monach. dicta decis.*40. *Rota dict. decis.*725. *num.*3. 4. 5. *& seqq. part.*2. *in recentior. Barz. decis.* cxi. *num.*1. *&* 2. *Vallasc. consult.*82. *nu.* 2. *Niger. dicto* §.7. *num.*25. 26.

Porrò cum ex supra notatis appareat, Partes in multis substantialibus respexisse ad futurum, & sic mentem non fuisse ad actum totalitèr perfectum de præsenti in deliberatione, ita, si percurramus alia duo requisita emptionis, nempè *rem, & pretium*, inueniemus, eorum certitudinem collatam in futurum.

Si enim loquamur de re, videlicet de Feudo, & datijs, pro Feudo se restrinxerunt ad focularia in futurum numeranda, & ad redditus feudales, qui in effectu inuenientur, & ad datia, quæ licitator eliget, *il tutto da liquidarsi &c.* vt in prima oblatione D. Quæstoris de Saluaterra.

Si de pretio, illud fuit pariter incertũ, & collata in futurum eius certitudo, & liquidatio per illa verba, *& al compimento di quanto si liquidarà importare questo contratto, pagarà &c.* vt in eadem prima oblatio D. Quæstoris de Saluaterra.

Con-

Consequitur, vt quando non adest certitudo rei venditæ, contractus non sit perfectus, *tex. in l. necessario ff. de periculo, et commodo rei vendita* ibi *Et si id quod venierit, appareat, quid, quale, quan-*
45 *tumuè sit, & pretium, et purè venit, perfecta est emptio.*

Sicut quando non adest certitudo pretij, vt probat idem *textus* in verbo, *& pretium* relatiuè ad illa verba, *quantumuè sit*, & clarius in §. *pretium* vers. *& certum esse pretium debet, instit. de empt. et vendit.* Et egregiè prosequitur *Guttierez de Gabell. dict. qu. 47. num. 13. Molin. dict. disput. 337. nu. 7. 8. 9. Menoch. consf. 946. nu. 13. 14. 15. Fabian. de Monte dict. quæst. 5. principal. num. 24. in fin.*
46 *25. et 29. Hermosilla tom. 2. glos. 1. l. 1. num. 5.* vbi innumeros de more, *Niger de subhastat. tract. de deliberat. cap. 26. fol. 198. Mozzius de empt. tit. 99.* quanquam sat videatur, vt sit certum per relationem ad aliud *Molina dict. disput. 337. num. 16. Niger* loco proximè cit. *cap. 26. §. 1.*

Id ipsum longè magis de imperfectione contractus, ex venditione Feudi ad numerum focularium constituto, scilicet pretio librarum 42. pro singulo foculario, quæ venditio ad numerationem (vti eadem cum venditione ad mensuram, vt tradit *Caius in l. quod sapè §. in ijs* vers. *quod similitèr quæritur, de ijs,*
47 *qua numero constant, si pro numero corporum, pretium fuerit constitutum, ff. de contrahenda emption.*) vt ante mensurationem, seu numerationem faciat contractum imperfectum, & periculum interim remanet venditori *tex. in l. 1. §. post mensuram ff. de periculo rei vendita*, vbi *Vlpianus* inquit *post mensuram factam venditoris desinit esse periculum, & ante mensuram periculo liberatur, nisi non ad mensuram vendidit, sed fortè amphoras, vel etiam singula dolia*, alter *tex. in l. 2. Cod. eodem*, & ibi plenè *Castrens.* inquiens, tot videri venditiones quot sunt mensuræ, quia tot sunt pretia, alius *tex. in l. quod sapè §. in ijs ff. de contrah. empt.* & plures alios recensent *Menoch. dicto consf. 946. num. 18.* per quam rationem, damnum datum ab Armigeris in destructione ædificiorum, & deterioratione vinearum pertinere ad venditorem, scripsit *Curt. iun. consf. 74. num. 15. in fin. & seqq. vsque ad fin.* & ibi *Socin.* in subscriptione, & *num. 19.* loquitur etiam de diminuto pretio bonorum propter bella, idem *Curt. iun. consf. 76. num. 9. & 11. Guttierez de Gabellis qu. 47. num. 14. Hermosilla* latè *ad l. 24. glo. 1. num. 1.* & infrà *Mangill. de subhast. qu. 78. num. 8. & seqq.*
48 & in deliberatione *Niger tit. de deliberatione cap. 35. §. 7. num. 19. ad 23.* & esse tot venditiones quot iugera, quando pretium est distributum in singula *Bertazol. dict. clau. 30. glo. 6. num. 16. Surd. consf. 101. num. 38.* vbi quod sunt tot contractus quot mensuræ, & *consf. 150. nu. 112. 113. & 114.*

Et quod dicitur de mensura, aut numeratione rei mobilis, procedit etiam in mensura & numeratione rei immobi-
49 lis, *Castrens. in l. cum conuenit, num. 3. Cod. de periculo, et commodo rei vendit. Didac. practicarum cap. 3. num. 10. Curt. iun. consf. 76. num. 9.* vers. *et licet textus loquatur de bonis mobilibus, Lassarte de decima venditionis cap. 5. num. 28.*

Verùm supradictam thesim non mediocriter turbat *Bald. in l. sicut Cod. de ration. empti*, vbi quando venditio incipit à corpore, vel venditur certum corpus, vel certa species, licet constituatur pretium in singula iugera secundum dimensionem fiendam, venditio est perfecta ante mensurationem, quia distributio pretij in singula iugera fit ad de-
50 clarationem solius pretij verba *Baldi* sunt hæc. *Sed in primo exemplo mensuratio non venit ad substantiam, sed ad declarationem solius pretij, quod etiam in se ipso certum est tàm naturaliter, quàm per artem geometricam, et sic contractus est perfectus inspecta veritate, sicut quando contrahitur sub conditione de præterito, licet de existentia talis conditionis incertissimus, et ita teneo*, sequitur ibi *Castrens. num. 4.* per hæc verba. *Sed quærit Baldus notabiliter, quando venditio dicatur facta ad mensuram, pone enim quòd dixi, vendo tibi illam vegetem vini ad rationem viginti solidorum pro qualibet salma, an dicatur facta ad mensuram,*

suram, videtur sic, quod pretium dinumtratur ex mensuris. Contrarium tenet ipse, quòd mensuratio non fit ad substantiam venditionis, sed ad declarationem pretij, quod erat certum in rerum natura, scilicet quantum vinum erat in vegete, licet esset incertum quo ad nos, ideò venditio statim fuit perfecta, & idem in re immobili, si dicerem uendo tibi hunc fundum ad rationem uiginti librarum pro quolibet campo, uel iugere, quòd non diceretur facta ad mensuram, sed tunc dicitur ad mensuram facta, si diceretur uendo tibi decem corbes, uel salmas uini ex ista uegete, uel campos centum terra ex isto fundo, & tunc ante mensurationem uenditio non esset perfecta. Tene menti perpetuo hæc uerba, declarant infinitas leges, & sine ipsis de facili erraretur, & fortè multi dicerent contrarium, quòd qualitercunque de mensuratione sit facta mentio, dicatur facta ad mensuram.

51 Cui sententiæ assistit communis illa regula, aut dispositio incipit à corpore, & censetur ad corpus venditio facta, aut incipit à mensura, & tunc secus, hanc autem incipere à corpore docet contextus oblationum, *di comprare il Feudo, & Datij &c.* atque opinionem *Baldi* secuti sunt *Vrsill. ad Afflict. decis.* 280. *nu.* 2. vers. *imò dico amplius in prædictis, quòd venditio censetur ex omni parte perfecta, Afflict. decis.* 399. *num.* 6. & ibi etiam *Vrsill.* in principio, vbi confirmat, *Alex. Trentacinq. uar. resol. lib.* 3. *tit. de empt. et uendit. resol.* 5. *sub num.* 7. *cap. hæc conclusio in fine*, vers. *quia mensura non uenit ad substantiam, sed ad declarationem solius pretij*, ac videtur sentire *Rota* apud *Puteum dec.* 349. *in fine lib.* 2. dùm sentit, mensurationem posse esse necessariam ad declarationem pretij, *Mantica de tacitis, & ambiguis lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 7. *in fin. Caphal. cons.* 36. *num.* 22. vers. *aut uerò uendo uel loco totum fundum ad rationem talis pretij pro pertica, Tusch.* in verbo *uenditio, conclus.* 48. *nu. fin. et conclus.* 49. *num.* 15.

Contra *Baldum* verò tenuit *Salycet. in d. l. sicut num.* 4. talem venditionem ante mensurationem esse imperfectam, quo ad periculum, *Didac. practicarum cap.* 3. *num.* 7. *Bertazol. de clausulis claus.* 30. *glos.* 6. *num.* 3. *in fin. et num.* 4. *Molina disput.* 366. *num.* 9. vbi post *Didacum* in
52 id refert *Gregorium Lopez Laßarte tract. de decima uendit. cap.* 5. *num.* 22. *et* 23. vbi latè fundamenta vtriusque opinionis expendit, & *Baldum, et Castrensem* neruosè conuellit, *Hermosilla ad l.* 24. *glo.* 2. *num.* 27. 28. 29.

Alij proinde censuerunt, id pendere verosimili mente Partium, an voluerint ex mensura, aut numeratione facere contractum purum, vel conditionalem, quod videtur innuere *tex. in d. l. quod sapè §. in ijs* per ea verba, *quia uenditio quasi sub hac conditione uidetur fieri, ff. de action. empt. Bursat. cons.* 441. *num.* 12.
53 *et seqq.* ac *num.* 17. vbi dicit, id colligi ex coniecturis, *Rota apud Seraphin. dec.* 264. *num.* 6. post alios *Hermosilla ad l.* 24. *glo.* 2. *num.* 17. *fol.* 114. *col.* 4. vbi clarè, & disertè ostendit, pendère à voluntate partium, an voluerint contrahere ad corpus, an ad mensuram, & quando de voluntate constat, cessare omnes regulas contrarias, & *num.* 18. ex pluribus firmat, in casu dubio id probari coniecturis, & ex verosimili mente Partium, *Dec. cons.* 179. *num.* 1. vers. *non obstat dict. Baldi*, vbi quod per traditionem constitutum, vel aliud æquipollens videtur
54 tollere effectum periculi resultantis ante mensurationem, & proinde vbi traditio Virgæ, vel assignatio facta Datiarijs, vt responderent ei fructus, haberet vim traditionis supplere defectum numerationis, ad quod etiam accedit solutio maioris partis pretij ex conuentione ante mensurationem, quæ facit præsumi contractum perfectum, & ad corpus, quamuis residuum pretij esset declarandum ex mensuratione subsequtura per singula iugera; cum interim promissa sit summa, certa, & soluta, seù certum pretium, vt per *Cardin. Mantic. de tacitis lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 7. *Mangill. de subhast. qu.* 78. *in fin.* & sunt insignes traditiones apud *Dec. cons.* 452. *num.* 10. *Socin. cons. ult. num.* 1. *et* 2. *lib.* 3. *Alciat.* 130. *num.* 5. *Caphal cons.* 643. *num.* 11. *in fin. Manent. decis.* 66. *num.* 4. à quibus in ea specie non dissentit, *Surd. cons.* 38. *num.*

5 st

5.et num.26. in fin.et seqq. sequitur alios cumulans, *Artaman.Pistor.obser.209.nu. 8.et 13.* vbi additio duos alios congerit, & vnusquisque eorum loquitur, quando est promissa summa certa, redacto tamen pretio ad singula iugera, prout ex mensuratione resultaret.

Quod multò magis procedere videtur in præsenti casu, cum non sit venditus fundus, aut quid corporale, sed ius incorporeum, nempè Feudum, quod est Vniuersitas iuris, plura sub se continens, & cuius pretium vix aliter declarari potuisset, quàm per numerationem focularium, & sic talis numeratio ex natura rei, & consuetudine fori, & ex verosimili mente contrahentium, non videtur apposita ad conditionandam venditionem, sed ad simplicem pretij declaratio-

55 nem, vt etiam in simili ponderat *Rota apud Seraphin. dict. decis.264. nu.4.et 5.* nec per distributionem pretij in singula focularia, videntur voluisse facere tot venditiones, quot focularia, quemadmodum discurrunt Doctores in propria venditione ad numerum, vel ad mensuram.

Quæ demum quæstio, quo ad numerationem, restringeretur ad focularia, non ad vectigalia, & cæteras entratas tali numerationi non subiectas, nisi dicas, contractum esse indiuiduum, expressa conuentione, sed hoc vix euertere posset naturam vnius corporis, vt induat naturam alterius, potius, quàm è contrà, vel vt vnum quodq; retineat suam.

Ex alio etiam videtur contractus conditionalis, quia vterque Licitator obtulit, sub conditione, *incundi venditionem per instrumentum tex.in l.contractus Cod. de f.de instrum. et in* §. 1. *instit. de emption.* illis verbis. *In ijs autem, quæ scriptura perficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem, et emptionem consti-*

56 *tuimus, nisi, et instrumentu emptionis fuerit conscripta, etsi per tabelliones fiunt, nisi et completiones acceperint, et fuerint partibus absoluta.* Et id procedit etiam si de faciendo instrumento non fuisset expressè conuentum, quia cum id sit consuetum in omnibus contractibus Cameræ, censetur iuxtà eam cõsuetudinem contractum *Bald. in d. l. sicut. Cod. de action.empt.et in l.contract.nu.3. in fin.* vers. *et idem dico, si id à iure, vel consuetudine sit iniunctum*, & ibi *Salicet. num.5. in fin. Amaya in d.l.si tempora num.42.in fin. Auendan. de exequend. mandat. in princip. part.2. cap. 12. num. 11.* vers. *Et casu quo non esset statutum scriptum* ibi, *et omnis locatio bonorum Ciuitatis, Bertaz.dict. clauf. 30.glo.3. num. 15.* vers. *et idem est si de iure, vel consuetudine id sit inductum.*

Non tamen semper requisitum scripturæ reddit contractum conditionalem, sed quando ponitur ad perficiendam substantiam, non quando ad simplicem probationem, vt tradunt *Doctores in*

57 *d.l.contractus*, & signantèr ibi *Bart.Bald. Castren.et Salycet.* ac *in dict.* §. 1. *inst. de empt.Gomez.dict.cap.2. nu.17.* plenè *Decian.cons.64. à num.17. vsque ad fin. primi articuli lib.3. Mantica de tacitis lib.1. tit.10.nu.8.et per tot.Thesaur. decis.197. Gizzarell. decis. 75. Menoch. præsumpt. 148.lib.3.Molina de instit.et iur. disp.337. num. 5. et 6.Tusch. in* verbo *Contractus concl. 990. Lassarte de decima vendition. cap.3. num. 13.et seq. Hermosilla ad l.6. glo. 1. num.2.et seq. fol. 51.* vbi plena manu.

Quando autem scriptura dicatur requisita ad perfectionem substantiæ, quãdo ad probationem contractus, Doctores varia dixere, vt apud *glo.Cyn.Bart. Bal.Salycet.Castrens.* alios in *dicta l.Con-*

58 *tractus, Fabian. de Monte dict.qu.5.principal.nu.53.et 54.Menoch.præsumpt.148. lib.3.Mantica de tacitis dict.lib.1. tit.10. Molin.dict.disp.337. num.5. Tusch.dicta conclus. 990. Gomez. dict. cap.2. num.17. Lassarte dicto cap.3.num.13.*& deinceps, *Decian.* latè *dict.cons.64.à num.17.*& per totum primum articulum, *Hermosilla loco proximè cit. nu. 2. 3. et pluribus seq.* ex quo fonte potest quiuis ornatè dicere in vtramque partem.

Primò igitur *Bald. in d. l.Contractus nu.3. in fin.* dicit, quòd Contractus, qui confirmantur, & adiudicantur in cedulis, sicut sunt contractus, qui fiunt per subhastationes, & qui fiunt à Regibus, & Comitibus, & in quibus forma scriptu-

ræ præcedit consensum, dicuntur fieri in scriptis, idem dicit de subhastatione *Bald. cons. 7. num. 1. lib. 5.* sic inquiens,
59 *isti contractus, qui fiunt tàm solemniter, præcedentibus subhastationibus, dicuntur fieri in scriptis, qui contractus non perficiuntur nisi facta scriptura*, & post *Tuschum* sequitur *Niger. de subhast. §. 2. num. 16. fol. 57.* Sed hoc nihil videtur facere ad casum nostrum, quia tempore deliberationis, iam fuit facta, & perfecta scriptura, tùm de subhastatione, tùm de deliberatione, & quia in nostro casu forma scripturæ non præcedit consensum, vt dicebat *Bald. in dicta l. Contractus*; item quia acceptata oblatione, etiam ante factam scripturam de deliberatione, non licet apud nos pœnitere, quod secus suo in casu contendebat *Bald. dict. cons. 7. nu. 1.* longè minus quando oblatio non est facta soli Notario, sed Prioribus, & Iudici, vt comprobat ibi *Bald. num. 2.*

Secundo *Castrensis in d. l. Contractus num. 9.* post excussas varias formulas contrahendi, proponit casum his verbis *quæro quid in contractibus modernis? pone partes concluserunt mercatum de vna possessione, præsentibus testibus, et expresso pretio, et dederunt sibi manus ad inuicem,*
60 *et more solito dederunt denarium, hoc tamen acto, quòd Notarius vocaretur, et esset rogatus, altera pars pœnitet, altera vult agere ad obseruantiam cõtractus tanquam perfecti, vidi hoc de facto Florētiæ, et dixi quod non, quod postquam egerunt, à principio, vt Notarius deberet rogari, videntur tacitè voluisse suspendere substantiam contractus in tempus rogationis, et quòd prius contractus non esset perfectus, sed fuisset quoddam ratiocinium de futuro contractu.* At hæc formula nec conuenit casui nostro, deinde eius traditio non probatur ab omnibus, & de ea dubitat, *Fabian. de Monte dicta qu. 53. et 54.* & eum reprobat *Dec. cons. 340. nu. 3. Mozz. de cōtract. tit. de essentialibus emptionis, et venditionis num. 51.* latissimè *Bertazol. dicta claus. 30. à num. 11. vsque ad fin. Decian. dict. cons. 64. nu. 21. et seqq. lib. 3.* vbi quod contrà *Castrensem* stat magis communis, & contrà *Castrensem* de receptissimā testatur *Morot. respons. 96. nu. 10. in fine, et seq.* & contrà opinionem *Castrensis* iudicauit Senatus Pedemontanus apud *Thes. decis. 197. num. 7. in fin.* & satis se ipsum explicat *Castrensis*, dùm firmat, posse ante scripturam pœnitere, quod secus pro indubitabili est in casu nostro.

Tertiò *Salycet. in d. l. Contractus num. 1.* dixit, in omnibus contractibus, qui celebrantur apud acta, inesse conditionem, vt celebrentur in scriptis; sed & hoc eàdem responsione, qua *Baldus*, po-
61 test refelli, prout & *Tusch.* in dicto verbo *contractus, conclus. 990. num. 15. et seq.* cùm, vt in his adhùc possit exigi scriptura ad probationem non ad substantiam, *Bertaz. dict. claus. 30. num. 19. et 20.* & prædictam esse simplicem coniecturam scripsit *Aretin. cons. 159. num. 10.* vers. *velint rebus, qua vendicatur per Ciuitatem*, vel celebrare in scriptis possit intelligi de tertia perfectione, *Aretin. dicto cons. 159. num. 11.* vers. *possunt facilius referri, et expleri altero de duobus modis*: vel in scriptis, quo ad probationem, *Mantica dict. tit. 10. num. 7. in fin. vbi num. 12.* dicit, & ipse esse simplicem coniecturam.

Alij distinxerunt, an de scriptura actum sit ante contractum, in ea, vel post, sed neque etiam hæc distinctio placet, quia etiamsi ante conuentum fuerit de scriptura facienda, adhùc intelligi potest ad probationem, vt per *Doctores in dict. l. 2. Fabian. Tusch. Lassarte*, & alios supra relatos, & latè *Bertaz. dict. claus.*
62 30. num. 15. vers. *contrariam opinionem tanquam veriorem* cum numeris sequentibus. vberrimè, *Decian. d. cons. 64. à n. 17. et pluribus seqq. Hermosilla ad d. l. 6. glo. 1. num. 2. 3. seqq.*

Alij proinde voluerunt, tunc demum dici actum de contrahendo in scriptis, cum post conuentionem de adhibendo Notarium, vel faciendo scripturam, adiecta est clausula resolutiua, *non alter, nec alio modo*, & pro hac opinione, nè singulos enumerem, quamplures recenset *Tusch.* in verbo *Contractus conclus. 990. num. 4. 5. et 6.* vbi nouem attestantes de communi refert, & vnum de

magis

63 magis communi, *Bertazol. dict. clauſ.*
30. *num.* 17. *Menoch. dict. præſumpt.* 148.
num. 4. & infrà vnus ad inſtar omnium
Decian. dict. conſ. 64. *à num.* 17. *et ſeq.*
vſque ad finem primi articuli, Hermoſilla
loco proximè cit. *num.* 3. vbi recentiores
adiungit, ſed ea formula eſt de indubi-
tabili, & nimis rigoroſum ad eam reſ-
tringere totam ſeriem contrahendi in
ſcriptis.

Alij quòd dicatur actum de contra-
hendo in ſcriptis, quando contractui
ante perfectionem ſcripturæ, vel ſcrip-
turæ ipſi poteſt addi, vel minui, vt tra-
dit *Caſtrenſ. in dict. l. contractus num.* 4.
verſ. ſed *quando partes agunt, non vt
de contractu conficiatur inſtrumentum,
& num.* 9. *in fin.* ſed, & hoc non eſt per-
petuum, quia poteſt eſſe conuentum,
vt adhibeatur Notarius ad ſubſtantiam,
nec tamen ſit contractus in ſcriptis, vt
per eundem *Caſtrenſ. d. num.* 9. *ante fin.*
& præterea adſunt contractus iàm initi,
quibus non poteſt amplius addi, vel mi-
nui, qui tamen non ſunt perfecti, quo ad
eſſentiam, vt eſt venditio conditiona-
nalis, quæ interim eſt venditio, nec licet
pœnitere, nec poteſt addi, vel minui, ſed
tamen periculum adhùc in ea eſt vendi-
toris, cùm non ſit perfecta quo ad eſſen-
tiam, vt *Laſſarte, Guttierez,* & alij ad rem
hanc ſupra relati concludunt.

Alij, vt id pendeat à voluntate Par-
tium, *Curt. iun. conſ.* 148. *num.* 6. *et conſ.*
303. *num.* 21. *Tuſch. dict. concl.* 990. *nu.* 9.
64 & poſt *Dec. et Aretin.* tradit etiam *Morot.
dict. conſ.* 96. *num.* 11. *Menoch. d. præſump.*
148. *num.* 6. & ex *Caſtillo,* & alijs *Hermo-
ſilla ad d. l.* 6. *num.* 12. *circà med.* inquiens,
*Boni et diſcreti Iudicis arbitrium in pro-
poſito multum valiturum, qui ex verbis
quibus contractum eſt, et cæteris circum-
ſtantijs diudicabit, an contrahentes vo-
luerint contrahere in ſcriptis, vel contra-
ctum habere ſtatim perfectum, et abſolu-
tum,* quæ voluntas coniecturis proba-
tur, *Aretin. conſ.* 159. verſ. *venio ad ſe-
cundum, Tuſch. dicta concluſ.* 990. *num.* 7.
Laſſarte dicto cap. 3. *num.* 14. *Morot. dict.
num.* 12. vbi pro vrgentiſſima coniectu-
ra notat ſolutionem pretij, *Menoch. dict.
præſumpt.* 148. *num.* 6. *et ſeqq.* vbi non-
nullas coniecturas pro, & contra recen-
ſet, *Aretin. d. conſ.* 159. *num.* 10. *et ſeq.*
vbi pariter refert plures coniecturas,
Mantica d. tit. 10. *num.* 12. *Dec. conſ.* 340.
num. 2. *circà finem,* vbi diſertè concludit,
ſolutionem pretij eſſe manifeſtam con-
iecturam perfecti contractus, & idem
repetit *num.* 3. *ante med.* verſ. *quia ſolutio
pretij arguit venditionem perfectam,*
ſequitur hanc coniecturam ſolutionis
pretij, *Hermoſilla loco proximè cit. num.*
12. vbi ad idem refert *Parlador. Felician.
et Caſtill.* idemque dicit de ſolutione
partis pretij, & proſequitur alias con-
iecturas.

Et nunquam cenſeantur partes vo-
luiſſe contrahere in ſcriptis, & ſcriptu-
ram fieri ad eſſentiam, tametſi de ſcrip-
tura actum fuerit, quando contractus
de ſui natura non requirit ſcripturam,
niſi hoc expreſsè, vel æquipollenter
65 conuentum fuerit, vt poſt *Socin.* atte-
ſtantem de communi tradit idem *Tuſch.
dict. concluſ.* 990. *num.* 7. *et* 8. *Decian. dict.
conſ.* 64. *num.* 4. *lib.* 3. *Menoch.* alios in id
referens *dict. præſumpt.* 148. *num.* 4. *et
ſeqq. Aretin. d. conſ.* 159. *num.* 10. *Mantic.
d. tit.* 10. *ſub num.* 7. *ante fin.*

Et opinio, quod eſſentia contractus
non pendeat à ſcriptura, canonizatur in
his terminis apud *Barbat. in rubr. de
empt. et vendit. num.* 7. *et* 8. vbi refert ità
iudicatum; canonizatur etiam apud *Ro-*
66 *tam Romanam deciſ.* 27. *par.* 2. *diuerſ.*
vbi aliæ deciſiones referuntur, & per
Sacrum Concilium ex deciſione relata
per *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 39. & paſſim
ſolere ita iudicari, teſtatur *Gizzarell.
dicta deciſ.* 75. *num.* 8. & de Senatu Pe-
demontano *Theſaur. dict. deciſ.* 197. *nu.*
7. *in fin.* ſed adhùc in contrarium latè
pugnat *Riminald. iun. dict. conſ.* 51. *Hon-
ded. conſ.* 52. *lib.* 1. probantes de veriori,
magis communi, & reſpondentes con-
trariis, vbi etiam confutato *Vaſquio,* &
alijs ſuſtinent, in dubio cenſeri actum
de ſcriptura ad ſubſtantiam, non ad ſim-
plicem probationem.

Canonizatur etiam dicta opinio ex
conſuetudine, & praxi, de qua teſtantur
Aretin. & alij apud *Manticam loco cit. nu.*
7. *ante fin.* verſ. *et in primis pro hac opi-*

nione vrget communis practica, et consuetudo Menoch. dicta præsumpt. 148. *sub num.* 5. quia hodie in omni ferè contractu venditionis immobilium fit instrumentum, vt saltem appareat de titulo, & promissione euictionis, & videntur
67 duo contractus, primus venditionis, & emptionis, alter stipulationis, & ex primo competit actio ex empto, ex secundo actio ex stipulatu, vt formaliter tradit *Thesaur. decis. prædicta* 198. *num.* 8. nihil obstante contraria illa consideratione *Castrensis*, vt non congruat, de eadem venditione fieri duo contractus, & verba omnia concipi sub die rogitus, cui præter ipsum *Thesaurum* ibi *num.* 6. vers. *nec mouet ratio quam allegat Castrensis*, optimè respondent etiam *Dec. cons.* 340. *num.* 2. vers. *Quarto quia ratio Pauli de Castro, Mantica dicto lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 13. *col.* 2. vers. *præterea illa sententia Pauli*, quamuis quo ad consuetudinem, & praxim, adhùc repugnet *Rimin. ald. iun. dicto cons.* 51. *num.* 25. nisi particularis consuetudo fori in specie probatur.

Demum illæ aliæ adiectiones de faciendo instrumentum cum translatione dominij, de tradenda statim possessione, de facienda speciali promissione per S. E. videntur qualificare contractum, & eum reddere conditionalem, conditione suspensiua, quæ impedit perfectionem contractus, & facit, vt
68 interim periculum sit venditoris, *tex. in l. necessariò* §. *quod si pendente, ff. de periculo, et commodo rei vendit. Gomez. dict. tom.* 2. *cap.* 2. *de emption. et vendit. nu.* 32. *in fin. Laffarte de decima vendit. cap.* 3. *et* 5.

Cùm sat sit, ex multis colligi partes non habuisse venditionem, seù adiudicationem pro perfecta, *Gratian. discep. for.* 545. *num.* 56. *Castrens. in d. l. contract. et in dict. cons.* 241. *lib.* 1. *Decian. dict. cons.* 64. & alij passim.

Et non dicitur quid actum, quando aliquid superest agendum *l. Furiosum*, in verbo, *pro nihilo esse, vbi glo. & Bart. Cod. qui testam. fac. poss. Mangill. de subhast. qu.* 80. *num.* 12. *Rota dict. decis.* 725. *num.* 7. *in fin.* quia id dicitur perfectum, quod ex omnibus suis partibus constat, *l.* 1. vers. *sed quod in omnibus rebus ff. de origin. iur. Mangill. de subhast. quæst.* 80. *num.* 11. *Asin. de exequut.* §. 6. *cap.* 10. *nu.* 45. *in fin.*

69 Et actus in vltimo instanti, & vltimis verbis perficitur, & in vltimo instanti conclusionis, à quo vim capit, & vtraque pars remanet obligata, vt post *Bart. Salycet. Castrens. & Fulgos.* tradit *Rota d. decis.* 725. *num.* 7. vers. *contractus enim consistit in vltimo puncto, Mangill. dicta qu.* 80. *num.* 13. Et sola conclusio dicitur esse contractus, & in contractu tunc dicitur conclusum, quando constat de perfectione respectu voluntatis conclusiuæ, quia esse nascitur ex perfectione, & esse constat in conclusione, vt formaliter discurrit *ex Baldo, Bertazol. de clausul. claus.* 30. *glo.* 3. *num.* 2. 3. 4. *& seqq. Asin. dict.* §. 6. *cap.* 10. *num.* 32. *&* 33. *Rimin. iun. cons.* 51. *num.* 14.

Et actus non dicitur perfectus, quando est partim factus, & partim non, *l.* 2. *ff. de origin. iur. Rota dict. decis.* 725. *nu.* 7. *in fin.* & dicitur contractus in fieri, non in facto esse, *Bald. in dict. cons.* 393. *in fin. lib.* 4. *Asin. dict.* §. 4. *cap.* 89. *nu.* 27. vers. *& sic denotantibus actum in fieri, & nu.* 28. & latiùs §. 6. *cap.* 10. *num.* 44. *&* 45. & dicitur venditio incæpta, non com-
70 pleta, *Laffarte dict. tract. de decima venditioη. cap.* 3. *num.* 19. *col.* 2. vers. *quin potius incæpta quædam venditio est*, & paulò infrà vers. *quod venditio incæpta, tunc perficitur*.

Nec refert, quòd illæ adiectiones fuerint positæ in vim conditionis suspensiuæ, aut resolutiuæ, aut in vim modi, cum omnia conueniant in fine, & effectu, nimirum in dissolutione contractus, ex traditis *in d. l.* 2. *ff. de in diē addict.* & licet sint postrema in exequutione, fuerunt tamen prima in intentione, quippè expressa noceant, quæ non expressa, non vitiant, & quæ naturalia erant contractus, potuerint concipi in vim conditionis contractus ex indiuidua mente partium.

Tametsi replicari fortassis possit, esse expressiones eorum, quæ tacitè inerant ex natura contractus, vel ex consuetudine,

dine, quæque etiam non expressa, ve-
71 niebant in exequutione, & proinde nihil operari, quo ad alterandam substantiam contractus, *ad tex. in l. 3. ff. de legat.* 1. cum multis apud *Surd.* qui apposité ad rem loquitur *in cons. 1 10. num. 4. 5. & 6.* vbi ostendit, has, etsi expressas in modum conditionis, non habere vim conditionis; nimirum celebrationem instrumenti cum clausula translationis dominij, & cessionis iurium, traditione possessionis, & similia; Et quo ad promissionem S. E. de non molestando etiam prætextu læsionis ænormissimæ, statim atque oblatio cum ea adiectione acceptata fuit, inducta fuit obligatio Regiæ Cameræ pro eius obseruatione, præsertim cum S.E. circà conditiones, & clausulas oblationum se remiserit Delegatis, & idcircò omnia sua fecit, quibus suam auctoritatem fuit impartitus.

Deniq; remanerent excutiendæ tres aliæ propositiones.

Prima, an possit hùc intrare illa regula, quòd res eodem modo erat peritura penes emptorem.

Secunda, an possit considerari aliqua mora ex parte Emptoris, vel venditricis, quæ faciat morosum teneri de interitu.

Tertia, an Fisco obstare possit, quòd damnum, & occupatio successere in odium, & ex inimicitia cum venditore.

Sed quia de prima fortè agendum erit coram Magistratu Redd. Extraord. vbi nominatim excitata fuit.

Et quo ad secundam, dato quòd D. Emptor pluries sollicitauerit stipulationem instrumenti, & traditionem possessionis, quod etiam facilè præsumendum in Viro prouido, qui iàm tantùm pretium errogauerat, non tamen statim potest exinde conijci mora in Magistratu, qui cum constet ex pluribus Iudicibus, & vtatur opera plurium personarum, & nihil faciat in grauibns, nisi audito Fisco, vix est, vt tàm celeritèr possit res expediri, tametsi maximè voluisset, & sola illa prætensio, vt deberet remanere Referendarius Regius, cùm non omnia vectigalia vænirent, vel saltem vsq; ad finem biennij, cum nihil in contrarium isto casu conuentum fuerit, ex pulcrè traditis per *Rouit. cons. 81. lib. primo*, iustam tribuit causam litigandi, vel consulendi quamuis ab exemplis aliter postea resolutum fuerit.

72 Et quo ad tertiam, dicitur præiudicata ex Sententia Excelsi Secretioris Consilij in causa Restauri Guasconi, in qua hoc pro præcipuo fundamento adducebatur, cum alioqui Regia Maiestas ne dum Conductoribus Impresiarum omnibus, sed & Emptoribus à Camera, & quibusuis alijs teneretur ex allata ratione emendare Subditis omnia damna per Gallos illata in Statu Mediolani, velut in odium, & ex inimicitia Principis, quo nihil leuius, cum id contingat vi maiore, & ex casu merè fortuito, & absq; vlla pœnitus culpa Regiæ Maiestatis, vt pleniùs in dicta causa demonstratum.

Itaque omissa pro nunc longiori istorum discussione, sat fuit Fisco, supradicta in medium hinc inde attulisse pro aliquali enucleatione causæ, votum dicturus tempore expeditionis, cui præmonitus præsto erit. Se tamen &c.

73 *Res hæc iudicata non fuit, quia paulò post hostis recessit ab Oppido Casalis Maioris, in cuius liberam possessionem inductus fuit D. Emptor.*

FINIS.

Menda, interpunctionem, & peccata etiam Grammaticæ, quæ Auctore ad grauiora negotia occupato, in hoc opus plurima irrepserunt, benignus Lector castiget: aliqua tamen indicamus, & corrigimus.

In Indice, & in toto Libro tollendi sunt accentus à particulis *etiam*, *nempe*, *cur*, *sine*, *seu*, *quia*, *ita*, *quando*, *neque*, *diu*, *ante*, *citra*, *inter*, *tamen*, *ergo*, *vltra*, *contra*, *bene*, *saltem*, *inter*, *propter*, *hodie*, *vnde*, & ab alijs, quæ legenti occurrent.

Ad eundem Indicem in litera C. col. *6.* ad versiculum *Præstantioris*, post verbum *debet*, adde *infirmior*, & corrige *regi*.

Menda	Corrige.
fol. 4. num. *36. Roman.*	*Roman.*
fol. 5. num. 10. fit	sit.
fol. *6.* in *Summario* num.*6.* *Exequatus*	*Exaquatus*.
fol.8.ante num.*16.* Æque	Æquè.
fol. 14. ante nu. 22. *Valera*	*Valerius*.
fol.23.*vers.* Non enim, *ibi*, sex	quinque.
fol.24. num.13. amplius	amplus.
fol.25. in *Summario Nepotes non dicantur*	*dicuntur*.
fol.27. num.25. *lia.2.*	*lib.2.*
fol.29. post num.4. vocet	vocer.
Ibidem num. 14. *tiquisque*	*vtiquisque*.
fol. 31. num.59. *Noleum*	*Neleum*.
fol.33. num.103. ; etiam	tolle punctum & comam.
fol.36.nu.28.munificẽtias	munificentia.
Ibid. num.29. *leterarum*	*literarum*.
fol.38.n.107.*Formarienses*	*Tomarienses*.
fol. 38. *tergo* in fine *vers.* *Secundum*, conueniunt	conueniant.
fol.40.nu.17.concessiones	concessione.
fol.41.num.36. timidam	timida.
Ibid. num.39. dicatur	dicitur.
f.51.*tergo* nu.13. Domino	dominio.
fol. 55. num. *67. fulli*	*fulti*.
Ibid.nu.104.*Procuratores*	*Procuratoris*.
In eod. fol. 55. *tergo* doctrinæ, quæ citantur num.1. & 2. sunt per errorem positæ,	
fol.63. *tergo* ratio probat	ratione probat.
fol.68. *tergo* nu.53. *lutrum*	*lucrum*.
Ibid. num. *61. aquæ*	*aquè*.
Ibid. num.62. *restitutio*	*restituto*.
fol.74. num.53. *in fine* contradictorio	contradicto.
fol.76.n.16. *præstantiores*	*præstantioris*.
fol.77. num.14. locis.	iocis.
fol.78. num. 7. veit	velit.
Ibid. num. 8. ęgrotiari	negotiari.

Menda	Corrige.
f.80.in *Summario* n.3. *pro*	*per*.
fol.83.num.16.cusso	cuso.
f.89.in *Argumẽto* aliquos	aliquo.
fol.97.*tergo* num.17.*nunquam*	*nonnunquam*.
fol.98.*tergo* post num.13.*vers.* Hinc fiebat *præpone* 14.	
Ibid.eod.num.scribebant	scriberent.
Ibidem dabant	darent.
fol.103.n.16.*Aphricanus*	*Aphricani*.
fol.106.*tergo* col.1.in fine *successionem*	*successione*.
fol.120.*tergo* nu.7. *exhoneratos*	*exhonoratos*.
fol.124.*tergo* num.23.pecuniarum	pecuniarium.
fol. 126. num. 47. dictat	dictet.
fol.131. col.1. nu.45. ille	illa.
f.146.*tergo* nu.22. *remoui*	*remoueri*.
fol.148.n.20.æquiuocum	æquiuocus.
fol.150.nu.25. *exclusione*	*exclusionem*.
fol.153. num.3. cum matrem	*dele* cum.
fol.156.*tergo* n.57.non fit	non sit.
Ibid.num.59. iudicare	iudicarem.
fol.159.*tergo* n.23.nostrũ	meum.
Ibid. existimemum	existimem.
fol. 160. *vers.* Nec negationum.	negotium.
fol.161.in *Summario* n. 4. *Gontractus*	*Contractus*.
Ibid. num. 14. *mulitet*	*militet*.
fol. 163. in *Summario* nu. 25. *paritare*	*paritate*.
fol.168.*tergo* nu.16. *cupidine*	*Cupidine*.
fol.194.*tergo* nu. 56. *conditionale*	*conditionalem*.
fol. 196. *tergo* nu. 21. additione	addictione.
fol. 203. nu. 72. pœnitus	penitus.

Insuper retinuit sibi electionem datiorum per ea verba, *& altri datij della detta Terra in elettione dell'offerente*.

Obtulit, & ipse sub approbatione Regia, ibi *pagarà vn mese doppo presentatoseli l'approuatione di S. M.*

Restrinxit se ad venditionem fiendam cum translatione dominij, & possessionis, quod, (vt supra probauimus) non operatur simplex deliberatio, verba ibi *mà trà tanto se gli douerà fare la vendita con la translatione del dominio, & possesso*.

Demum adiecit aliam conditionem illis verbis. *Douerà in oltre da S.E. seguire promessa in nome della M. S. & Sua Regia Camera, & come Prencipe, di che qualsiuoglia lesione enorme, & enormissima non sarà posta à mano*.

Sin autem inspiciamus mentem Suæ Excellentiæ (postquam ipsa organo substitutorum tanquam Regis procurator contraxit) disertè ostendit, per deliberationem non esse celebratum contractum venditionis, dùm edixit in hunc modum, *se venga à la deliberation de los dichos encantos, que per lo que toca à la stipulacion del contrato, resoluere, tenida la noticia de la deliberacion*, & sic substantiam, & stipulationem contractus contulit in tempus post deliberationem, vndè deliberatio non fuit venditio perfecta, quia perfectio contractus est ipsemet contractus, vt dicit *Baldus* quem refert, & sequitur *Guttierez de Gabellis qu.*88.*num.*1. & stipulatio respi-
42 cit, & percutit essentiam contractus, vt sentit *Bald. dicto cons.*393. *nu.*2. vers. *non est nuda pollicitatio, sed magis stipulatio*, *Montan. de regal.* in verbo *vectigalia*, *nu.* 9. *in fin.* vbi quod stipulatio est obligatio apud acta Notarij.

Quando autem verba dispositiua & mens referuntur ad actum in substantia de futuro, non dicitur de præsenti perfectus, vt fundat *Guttierez de Gabell. dicta qu.* 4. *num.* 15. sic loquutus, *secundo limita communem sententiam, vt ipsa procedat, quando partes remanent in terminis simplicis conuentionis de vendendo, vel alio actu faciendo in futurum, atque intentio partium, & verba dispositiua, transferentur ad actum de futuro; secus, si & verba obligatiua, & mens re-
43 ferantur ad actum de præsenti, & omnia ad substantiam actus requisita præsto sint, quia contractus celebratus dicitur de præsenti*, & ibi loquitur in ordine ad periculum rei venditæ, vt legere est sub *nu.* 9. *ante fin.* vers. *periculum rei de qua vendenda pactum præcedit*, *Mozz. de contract. tit. de empt. cap. de substantial. num.*43. *& seqq.* vbi quod consensus debet esse simultaneus de præsenti, *Bertazol. de clauf. clauf.* 30. *glo.* 3. *num.* 2. *& seqq. Thesaur. decis.* 233. *num.* 5. vers. *ad primum & vers. ad secundum*, *Rota Romana decis.* 725. *num.* 3. 4. 5. *part.* 2. *in recentior. Niger. de subbast. tit. de iudiciali &c.* §. 7. *in prin. num.* 24. *fol.* 239.

Et aliud est vendere, & aliud promittere de vendendo, aliud facere, aliud promittere de faciendo, *Tiraquel. de retract. lign.* §. 1. *glo.* 2. *num.* 56. *Lassarte cap.* 3. *num.* 22. *ante fin. & cap.* 13. *nu.* 5. *Mozz.
44 de empt. cap. de substantial. nu.* 46. *& seqq.* latè *Surd. cons.* 52. *num.* 13. *& num.* 66. *in fin. Boer. decis.* 48. *num.* 8. *&* 9. *Monach. dicta decis.* 40. *Rota dict. decis.* 725. *num.* 3. 4. 5. *& seqq. part.* 2. *in recentior. Barz. decis. cxi. num.* 1. *&* 2. *Vallasc. consult.* 82. *nu.* 2. *Niger. dicto* §. 7. *num.* 25. 26.

Porrò cum ex supra notatis appareat, Partes in multis substantialibus respexisse ad futurum, & sic mentem non fuisse ad actum totalitèr perfectum de præsenti in deliberatione, ita, si percurramus alia duo requisita emptionis, nempè *rem, & pretium*, inueniemus, eorum certitudinem collatam in futurum.

Si enim loquamur de re, videlicet de Feudo, & datijs, pro Feudo se restrinxerunt ad focularia in futurum numeranda, & ad redditus feudales, qui in effectu inuenientur, & ad datia, quæ licitator eliget, *il tutto da liquidarsi &c.* vt in prima oblatione D. Quæstoris de Saluaterra.

Si de pretio, illud fuit pariter incertũ, & collata in futurum eius certitudo, & liquidatio per illa verba, *& al compimento di quanto si liquidarà importare questo contratto, pagarà &c.* vt in eadem prima oblatio D. Quæstoris de Saluaterra.

Con-

Conſequitur, vt quando non adeſt certitudo rei venditæ, contractus non ſit perfectus, *tex. in l. neceſſario ff. de periculo, et commodo rei vendita* ibi *Et ſi id quod venierit, appareat, quid, quale, quan-*
45 *tumuè ſit, & pretium, et purè venit, perfecta eſt emptio.*

Sicut quando non adeſt certitudo pretij, vt probat idem *textus* in verbo, *& pretium* relatiuè ad illa verba, *quantumuè ſit*, & clarius in §. *pretium* verſ. *& certum eſſe pretium debet, inſtit. de empt. et vendit.* Et egregiè proſequitur *Guttierez de Gabell. dict. qu. 47. num. 13. Molin. dict. diſput. 337. nu. 7. 8. 9. Menoch. conſ. 946. nu. 13. 14. 15. Fabian. de Monte dict. quaeſt. 5. principal. num. 24. in fin.*
46 *25. et 29. Hermoſilla tom. 2. gloſ. 1. l. 1. num. 5.* vbi innumeros de more, *Niger de ſubhaſtat. tract. de deliberat. cap. 26. fol. 198. Mozzius de empt. tit. 99.* quanquam ſat videatur, vt ſit certum per relationem ad aliud *Molina dict. diſput. 337. num. 16. Niger* loco proximè cit. *cap. 26. §. 1.*

Id ipſum longè magis de imperfectione contractus, ex venditione Feudi ad numerum focularium conſtituto, ſcilicet pretio librarum 42. pro ſingulo focularario, quæ venditio ad numerationem (vti eadem cum venditione ad menſuram, vt tradit *Caius in l. quod ſæpè §. in iis* verſ. *quod ſimilitèr quæritur, de iis,*
47 *quæ numero conſtant, ſi pro numero corporum, pretium fuerit conſtitutum, ff. de contrahenda emption.*) vt ante menſurationem, ſeù numerationem faciat contractum imperfectum, & periculum interim remanet venditori *tex. in l. 1. §. poſt menſuram ff. de periculo rei vendita*, vbi *Vlpianus* inquit *poſt menſuram factam venditoris deſinit eſſe periculum, & ante menſuram periculo liberatur, niſi non ad menſuram vendidit, ſed fortè amphoras, vel etiam ſingula dolia*, alter *tex. in l. 2. Cod. eodem*, & ibi plenè *Caſtrenſ.* inquiens, tot videri venditiones quot ſunt menſuræ, quia tot ſunt pretia, alius *tex. in l. quod ſæpè §. in iis ff. de contrah. empt.* & plures alios recenſet *Menoch. dicto conſ. 946. num. 18.* per quam rationem, damnum datum ab Armigeris in deſtructione ædificiorum, & deteriorationе vinearum pertinere ad venditorem, ſcripſit *Curt. iun. conſ. 74. num. 15. in fin. & ſeqq. vſque ad fin.* & ibi *Socin.* in ſubſcriptione, *& num. 19.* loquitur etiam de diminuto pretio bonorum propter bella, idem *Curt. iun. conſ. 76. num. 9. & 11. Guttierez de Gabellis qu. 47. num. 14. Hermoſilla* latè *ad l. 24. glo. 1. num. 1.* & infrà *Mangill. de ſubhaſt. qu. 78. num. 8. & ſeqq.*
48 & in deliberatione *Niger tit. de deliberatione cap. 35. §. 7. num. 19. ad 23.* & eſſe tot venditiones quot iugera, quando pretium eſt diſtributum in ſingula *Bertazol. dict. clau. 30. glo. 6. num. 16. Surd. conſ. 101. num. 38.* vbi quod ſunt tot contractus quot menſuræ, & *conſ. 150. nu. 112. 113. & 114.*

Et quod dicitur de menſura, aut numeratione rei mobilis, procedit etiam in menſura & numeratione rei immobi-
49 lis, *Caſtrenſ. in l. cum conuenit, num. 3. Cod. de periculo, et commodo rei vendit. Didac. practicarum cap. 3. num. 10. Curt. iun. conſ. 76. num. 9.* verſ. *et licet textus loquatur de bonis mobilibus, Laſſarte de decima venditionis cap. 5. num. 28.*

Verùm ſupradictam theſim non mediocriter turbat *Bald. in l. ſicut Cod. de ration. empti*, vbi quando venditio incipit à corpore, vel venditur certum corpus, vel certa ſpecies, licet conſtituatur pretium in ſingula iugera ſecundum dimenſionem fiendam, venditio eſt perfecta ante menſurationem, quia diſtributio pretij in ſingula iugera fit ad de-
50 clarationem ſolius pretij verba *Baldi* ſunt hæc. *Sed in primo exemplo menſuratio non venit ad ſubſtantiam, ſed ad declarationem ſolius pretij, quod etiam in ſe ipſo certum eſt tàm naturaliter, quàm per artem geometricam, et ſic contractus eſt perfectus inſpecta veritate, ſicut quando contrahitur ſub conditione de præterito, licet de exiſtentia talis conditionis incerti ſimus, et ita teneo*, ſequitur ibi *Caſtrenſ. num. 4.* per hæc verba. *Sed quærit Baldus notabiliter, quando venditio dicatur facta ad menſuram, pone enim quòd dixi, vendo tibi illam vegetem vini ad rationem viginti ſolidorum pro qualibet ſalma, an dicatur facta ad menſuram,*

*suram, videtur sic, quod pretium dinu-
meratur ex mensuris. Contrarium tenet
ipse, quòd mensuratio non sit ad substan-
tiam venditionis, sed ad declarationem
pretij, quod erat certum in rerum natu-
ra, scilicet quantum vinum erat in ve-
gete, licet esset incertum quo ad nos, ideò
venditio statim fuit perfecta, & idem
in re immobili, si dicerem uendo tibi hunc
fundum ad rationem uiginti librarum
pro quolibet campo, uel iugere, quòd non
diceretur facta ad mensuram, sed tunc
dicitur ad mensuram facta, si diceretur
uendo tibi decem corbes, uel salmas uini
ex ista uegete, uel campos centum terræ
ex isto fundo, & tunc ante mensuratio-
nem uenditio non esset perfecta. Tene-
menti perpetuo hæc uerba, declarant infi-
nitas leges, & sine ipsis de facili errare-
tur, & fortè multi dicerent contrarium,
quòd qualitercunque de mensuratione sit
facta mentio, dicatur facta ad mensuram.*
51 Cui sententiæ assistit communis illa re-
gula, aut dispositio incipit à corpore, &
censetur ad corpus venditio facta, aut
incipit à mensura, & tunc secus, hanc
autem incipere à corpore docet con-
textus oblationum, *di comprare il Feudo,
& Datij &c.* atque opinionem *Baldi* se-
cuti sunt *Vrsill. ad Afflict. decis.* 280. *nu.*
2. vers. *imò dico amplius in prædictis,
quòd venditio censetur ex omni parte
perfecta, Afflict. decis.* 399. *num.* 6. & ibi
etiam *Vrsill.* in principio, vbi confirmat,
*Alex. Trentacinq. uar. resol. lib. 3. tit. de
empt. et uendit. resol. 5. sub num. 7. cap. hac
conclusio in fine*, vers. *quia mensura non
uenit ad substantiam, sed ad declaratio-
nem solius pretij*, ac videtur sentire *Rota*
apud *Puteum dec. 349. in fine lib. 2.* dùm
sentit, mensurationem posse esse neces-
sariam ad declarationem pretij, *Mantica
de tacitis, & ambiguis lib. 4. tit. 16. num.
7. in fin. Caphal. cons. 36. num. 22.* vers. *aut
uerò uendo uel loco totum fundum ad ra-
tionem talis pretij pro pertica, Tusch.* in
verbo *uenditio, conclus. 48. nu. fin. et con-
clus. 49. num. 15.*

Contra *Baldum* verò tenuit *Salycet.
in d. l. sicut num.* 4. talem venditionem
ante mensurationem esse imperfectam,
quo ad periculum, *Didac. practicarum
cap. 3. num. 7. Bertazol. de clausulis claus.
30. glos. 6. num. 3. in fin. et num. 4. Molina
disput. 366. num. 9.* vbi post *Didacum* in
52 id refert *Gregorium Lopez Lassarte tract.
de decima uendit. cap. 5. num. 22. et 23.*
vbi latè fundamenta vtriusque opinio-
nis expendit, & *Baldum, et Castrensem*
neruosè conuellit, *Hermosilla ad l. 24.
glo. 2. num. 27. 28. 29.*

Alij proinde censuerunt, id pendere
verosimili mente Partium, an voluerint
ex mensura, aut numeratione facere
contractum purum, vel conditionalem,
quod videtur innuere *tex. in d. l. quod
sapè §. in ijs* per ea verba, *quia uenditio
quasi sub hac conditione uidetur fieri, ff.
de action. empt. Bursat. cons. 441. num. 12.*
53 *et seqq.* ac *num.* 17. vbi dicit, id colligi ex
coniecturis, *Rota apud Seraphin. dec. 264.
num. 6.* post alios *Hermosilla ad l. 24. glo.
2. num. 17. fol. 114. col. 4.* vbi clarè, & di-
sertè ostendit, pendère à voluntate par-
tium, an voluerint contrahere ad cor-
pus, an ad mensuram, & quando de vo-
luntate constat, cessare omnes regulas
contrarias, & *num.* 18. ex pluribus fir-
mat, in casu dubio id probari coniectu-
ris, & ex verosimili mente Partium,
Dec. cons. 179. num. 1. vers. *non obstat dict.
Baldi*, vbi quod per traditionem consti-
tutum, vel aliud æquipollens videtur
54 tollere effectum periculi resultantis an-
te mensurationem, & proinde vbi tra-
ditio Virgæ, vel assignatio facta Datia-
rijs, vt responderent ei fructus, haberet
vim traditionis supplere defectum nu-
merationis, ad quod etiam accedit so-
lutio maioris partis pretij ex conuen-
tione ante mensurationem, quæ facit
præsumi contractum perfectum, & ad
corpus, quamuis residuum pretij esset
declarandum ex mensuratione subse-
quutura per singula iugera; cum interim
promissa sit summa, certa, & soluta, seù
certum pretium, vt per *Cardin. Mantic.
de tacitis lib. 4. tit. 17. num. 7. Mangill. de
subhast. qu. 78. in fin.* & sunt insignes tra-
ditiones apud *Dec. cons. 452. num. 10. So-
cin. cons. ult. num. 1. et 2. lib. 3. Alciat. 130.
num. 5. Caphal cons. 643. num. 11. in fin.
Mancnt. decis. 66. num. 4.* à quibus in ea
specie non dissentit, *Surd. cons. 38. num.*

5. et

5.et num.10. in fin.et seqq. sequitur alios cumulans, *Artaman.Pistor.obser.109.nu. 8.et 13.* vbi additio duos alios congerit, & vnusquisque eorum loquitur, quando est promissa summa certa, redacto tamen pretio ad singula iugera, prout ex mensuratione resultaret.

Quod multò magis procedere videtur in præsenti casu, cum non sit venditus fundus, aut quid corporale, sed ius incorporeum, nempè Feudum, quod est Vniuersitas iuris, plura sub se continens, & cuius pretium vix aliter declarari potuisset, quàm per numerationem focularium, & sic talis numeratio ex natura rei, & consuetudine fori, & ex verosimili mente contrahentium, non videtur apposita ad conditionandam venditionem, sed ad simplicem pretij declaratio-
55 nem, vt etiam in simili ponderat *Rota apud Seraphin. dict. decis.264. nu.4.et 5.* nec per distributionem pretij in singula focularia, videnter voluisse facere tot venditiones, quot focularia, quemadmodum discurrunt Doctores in propria venditione ad numerum, vel ad mensuram.

Quæ demum quæstio, quo ad numerationem, restringeretur ad focularia, non ad vectigalia, & cæteras entratas tali numerationi non subiectas, nisi dicas, contractum esse indiuiduum, expressa conuentione, sed hoc vix euertere posset naturam vnius corporis, vt induat naturam alterius, potius, quàm è contrà, vel vt vnum quodq; retineat suam.

Ex alio etiam videtur contractus conditionalis, quia vterque Licitator obtulit, sub conditione, *ineundi venditionem per instrumentum tex. in l. contractus Cod. de f. de instrum. et in* §. 1. *instit. de emption.* illis verbis. *In ijs autem, quæ scriptura perficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem, et emptionem cons-*
56 *tituimus, nisi, et instrumenta emptionis fuerit conscripta, etsi per tabelliones fiunt, nisi et completiones acceperint, et fuerint partibus absoluta.* Et id procedit etiam si de faciendo instrumento non fuisset expressè conuentum, quia cum id sit consuetum in omnibus contractibus Cameræ, censetur iuxtà eam cõsuetudinem contractum *Bald. in d. l. sicut. Cod. de action. empt. et in l. contract. nu.3. in fin.* vers. *et idem dico, si id à iure, vel consuetudine sit iniunctum*, & ibi *Salicet. num. 5. in fin. Amaya in d. l. si tempora num.42. in fin. Auendan. de exequend. mandat. in princip. part.2. cap. 12. num. 11.* vers. *Et casu quo non esset statutum scriptum* ibi, *et omnis locatio bonorum Ciuitatis, Bertaz. dict. claus. 30. glo.3. num. 15.* vers. *et idem est si de iure, vel consuetudine id sit inductum.*

Non tamen semper requisitum scripturæ reddit contractum conditionalem, sed quando ponitur ad perficiendam substantiam, non quando ad simplicem probationem, vt tradunt *Doctores in*
57 *d. l. contractus*, & signantèr ibi *Bart. Bald. Castren. et Salycet.* ac *in dict.* §. 1. *inst. de empt. Gomez. dict. cap.2. nu.17.* plenè *Decian. cons.64. à num.17. vsque ad fin. primi articuli lib.3. Mantica de tacitis lib.1. tit.10. nu.8. et per tot. Thesaur. decis.197. Gizzarell. decis. 75. Menoch. præsumpt. 148. lib.3. Molina de inst. et iur. disp.337. num. 5. et 6. Tusch. in* verbo *Contractus concl. 990. Lassarte de decima vendition. cap.3. num. 13. et seq. Hermosilla ad l. 6. glo. 1. num. 2. et seq. fol. 51.* vbi plena manu.

Quando autem scriptura dicatur requisita ad perfectionem substantiæ, quãdo ad probationem contractus, Doctores varia dixere, vt apud *glo. Cyn. Bart. Bal. Salycet. Castrens.* alios in *dicta l. Con-*
58 *tractus, Fabian. de Monte dict. qu.5. principal. nu.53. et 54. Menoch. præsumpt.148. lib.3. Mantica de tacitis dict. lib.1. tit.10. Molin. dict. disp.337. num.5. Tusch. dicta conclus. 990. Gomez. dict. cap.2. num.17. Lassarte dicto cap.3. num.13.* & deinceps, *Decian.* latè *dict. cons.64. à num.17.* & per totum primum articulum, *Hermosilla loco proximè cit. nu. 2. 3. et pluribus seq.* ex quo fonte potest quiuis ornatè dicere in vtramque partem.

Primò igitur *Bald. in d. l. Contractus nu.3. in fin.* dicit, quòd Contractus, qui confirmantur, & adiudicantur in cedulis, sicut sunt contractus, qui fiunt per subhastationes, & qui fiunt à Regibus, & Comitibus, & in quibus forma scriptu-

ræ præcedit consensum, dicuntur fieri in scriptis, idem dicit de subhastatione *Bald. cons. 7. num. 1. lib. 5.* sic inquiens,
59 *isti contractus, qui fiunt tàm solemniter, præcedentibus subhastationibus, dicuntur fieri in scriptis, qui contractus non perficiuntur nisi facta scriptura*, & post *Tuschum* sequitur *Niger. de subhast. §. 2. num. 16. fol. 57.* Sed hoc nihil videtur facere ad casum nostrum, quia tempore deliberationis, iam fuit facta, & perfecta scriptura, tùm de subhastatione, tùm de deliberatione, & quia in nostro casu forma scripturæ non præcedit consensum, vt dicebat *Bald. in dicta l. Contractus*: item quia acceptata oblatione, etiam ante factam scripturam de deliberatione, non licet apud nos pœnitere, quod secus suo in casu contendebat *Bald. dict. cons. 7. nu. 1.* longè minus quando oblatio non est facta soli Notario, sed Prioribus, & Iudici, vt comprobat ibi *Bald. num. 2.*

Secundo *Castrensis in d. l. Contractus num. 9.* post excussas varias formulas contrahendi, proponit casum his verbis *quæro quid in contractibus modernis? pone partes concluserunt mercatum de vna possessione, præsentibus testibus, et expresso pretio, et dederunt sibi manus ad inuicem,*
60 *et more solito dederunt denarium, hoc tamen acto, quòd Notarius vocaretur, et esset rogatus, altera pars pœnitet, altera vult agere ad obseruantiam cōtractus tanquam perfecti, vidi hoc de facto Florētiæ, et dixi quòd non, quod postquam egerunt, à principio, vt Notarius deberet rogari, videntur tacitè voluisse suspendere substantiam contractus in tempus rogationis, et quòd prius contractus non esset perfectus, sed fuisset quoddam ratiocinium de futuro contractu.* At hæc formula nec conuenit casui nostro, deinde eius traditio non probatur ab omnibus, & de ea dubitat, *Fabian. de Mente dicta qu. 53. et 54.* & eum reprobat *Dec. cons. 340. nu. 3. Mozz. de cōtract. tit. de essentialibus emptionis, et venditionis num. 51.* latissimè *Bertazol. dicta clauf. 30. à num. 11. vsque ad fin. Decian. dict. cons. 64. nu. 21. et seqq. lib. 3.* vbi quod contrà *Castrensem* stat magis communis, & contrà *Castrensem* de receptissimā testatur *Morot. respons. 96. nu. 10. in fine, et seq.* & contrà opinionem *Castrensis* iudicauit Senatus Pedemontanus apud *Thes. decis. 197. num. 7. in fin.* & satis se ipsum explicat *Castrensis*, dùm firmat, posse ante scripturam pœnitere, quod secus pro indubitabili est in casu nostro.

Tertiò *Salycet. in d. l. Contractus num. 1.* dixit, in omnibus contractibus, qui celebrantur apud acta, inesse conditionem, vt celebrentur in scriptis: sed & hoc eàdem responsione, qua *Baldus*, po-
61 test refelli, prout & *Tusch.* in dicto verbo *contractus, conclus. 990. num. 15. et seq.* cùm, vt in his adhùc possit exigi scriptura ad probationem non ad substantiam, *Bertaz. dict. clauf. 30. num. 19. et 20.* & prædictam esse simplicem coniecturam scripsit *Aretin. cons. 159. num. 10. vers. velint rebus, quæ vendicatur per Ciuitatem*, vel celebrare in scriptis possit intelligi de tertia perfectione, *Aretin. dicto cons. 159. num. 11. vers. possunt faciliùs referri, et expleri altero de duobus modis*: vel in scriptis, quo ad probationem, *Mantica dict. tit. 10. num. 7. in fin. vbi num. 12.* dicit, & ipse esse simplicem coniecturam.

Alij distinxerunt, an de scriptura actum sit ante contractum, in ea, vel post, sed neque etiam hæc distinctio placet, quia etiamsi ante conuentum fuerit de scriptura facienda, adhùc intelligi potest ad probationem, vt per *Doctores in dict. l. 2. Fabian. Tusch. Lassarte*, & alios supra relatos, & latè *Bertaz. dict. clauf.*
62 30. *num. 15.* vers. *contrariam opinionem tanquam veriorem*, cum numeris sequentibus. vberrimè, *Decian. d. cons. 64. à n. 17. et pluribus seqq. Hermosilla ad d. l. 6. glo. 1. num. 2. 3. seqq.*

Alij proinde voluerunt, tunc demum dici actum de contrahendo in scriptis, cum post conuentionem de adhibendo Notarium, vel faciendo scripturam, adiecta est clausula resolutiua, *non aliter, nec alio modo*, & pro hac opinione, nè singulos enumerem, quamplures recenset *Tusch.* in verbo *Contractus conclus. 990. num. 4. 5. et 6.* vbi nouem attestantes de communi refert, & vnum de magis

63 magis communi, *Bertazol. dict. claus. 30. num. 17. Menoch. dict. præsumpt. 148. num. 4.* & infrà vnus ad instar omnium *Decian. dict. cons. 64. à num. 17. et seq. vsque ad finem primi articuli, Hermosilla* loco proximè cit. *num. 3.* vbi recentiores adiungit, sed ea formula est de indubitabili, & nimis rigorosum ad eam restringere totam seriem contrahendi in scriptis.

Alij quòd dicatur actum de contrahendo in scriptis, quando contractui ante perfectionem scripturæ, vel scripturæ ipsi potest addi, vel minui, vt tradit *Castrens. in dict. l. contractus num. 4.* vers. sed *quando partes agunt, non vt de contractu conficiatur instrumentum, & num. 9. in fin.* sed, & hoc non est perpetuum, quia potest esse conuentum, vt adhibeatur Notarius ad substantiam, nec tamen sit contractus in scriptis, vt per eundem *Castrens. d. num. 9. ante fin.* & præterea adsunt contractus iàm initi, quibus non potest amplius addi, vel minui, qui tamen non sunt perfecti, quo ad essentiam, vt est venditio conditionalis, quæ interim est venditio, nec licet pœnitere, nec potest addi, vel minui, sed tamen periculum adhùc in ea est venditoris, cùm non sit perfecta quo ad essentiam, vt *Lassarte, Guttierez*, & alij ad rem hanc supra relati concludunt.

Alij, vt id pendeat à voluntate Partium, *Curt. iun. cons. 148. num. 6. et cons. 303. num. 21. Tusch. dict. concl. 990. nu. 9.*
64 & post *Dec. et Aretin.* tradit etiam *Morot. dict. cons. 96. num. 11. Menoch. d. præsump. 148. num. 6.* & ex *Castillo*, & alijs *Hermosilla ad d. l. 6. num. 12. circà med.* inquiens, *Boni et discreti Iudicis arbitrium in proposito multum ualiturum, qui ex uerbis, quibus contractum est, et cæteris circumstantijs diudicabit, an contrahentes uoluerint contrahere in scriptis, uel contractum habere statim perfectum, et absolutum*, quæ voluntas coniecturis probatur, *Aretin. cons. 159.* vers. *venio ad secundum, Tusch. dicta conclus. 990. num. 7. Lassarte dicto cap. 3. num. 14. Morot. dict. num. 12.* vbi pro vrgentissima coniectura notat solutionem pretij, *Menoch. dict. præsumpt. 148. num. 6. et seqq.* vbi nonnullas coniecturas pro, & contra recenset, *Aretin. d. cons. 159. num. 10. et seq.* vbi pariter refert plures coniecturas, *Mantica d. tit. 10. num. 12. Dec. cons. 340. num. 2. circà finem*, vbi disertè concludit, solutionem pretij esse manifestam coniecturam perfecti contractus, & idem repetit *num. 3. ante med.* vers. *quia solutio pretij arguit venditionem perfectam*, sequitur hanc coniecturam solutionis pretij, *Hermosilla loco proximè cit. num. 12.* vbi ad idem refert *Parlador. Felician. et Castill.* idemque dicit de solutione partis pretij, & prosequitur alias coniecturas.

Et nunquam censeantur partes voluisse contrahere in scriptis, & scripturam fieri ad essentiam, tametsi de scriptura actum fuerit, quando contractus de sui natura non requirit scripturam, nisi hoc expressè, vel æquipollenter
65 conuentum fuerit, vt post *Socin.* attestantem de communi tradit idem *Tusch. dict. conclus. 990. num. 7. et 8. Decian. dict. cons. 64. num. 4. lib. 3. Menoch.* alios in id referens *dict. præsumpt. 148. num. 4. et seqq. Aretin. d. cons. 159. num. 10. Mantic. d. tit. 10. sub num. 7. ante fin.*

Et opinio, quod essentia contractus non pendeat à scriptura, canonizatur in his terminis apud *Barbat. in rubr. de empt. et vendit. num. 7. et 8.* vbi refert ità iudicatum; canonizatur etiam apud *Ro-*
66 *tam Romanam decis. 27. par. 2. diuers.* vbi aliæ decisiones referuntur, & per Sacrum Concilium ex decisione relata per *Vrsill. ad Afflict. decis. 39.* & passim solere ita iudicari, testatur *Gizzarell. dicta decis. 75. num. 8.* & de Senatu Pedemontano *Thesaur. dict. decis. 197. nu. 7. in fin.* sed adhùc in contrarium latè pugnat *Riminald. iun. dict. cons. 51. Hondedd. cons. 52. lib. 1.* probantes de veriori, magis communi, & respondentes contrariis, vbi etiam confutato *Vasquio*, & alijs sustinent, in dubio censeri actum de scriptura ad substantiam, non ad simplicem probationem.

Canonizatur etiam dicta opinio ex consuetudine, & praxi, de qua testantur *Aretin.* & alij apud *Manticam loco cit. nu. 7. ante fin.* vers. *et in primis pro hac opi-*

*nione vrget communis practica, et consuetudo Menoch. dicta præsumpt.*148. *sub num.*5. quia hodie in omni ferè contractu venditionis immobilium fit instrumentum, vt saltem appareat de titulo, & promissione euictionis, & videntur
67 duo contractus, primus venditionis, & emptionis, alter stipulationis, & ex primo competit actio ex empto, ex secundo actio ex stipulatu, vt formaliter tradit *Thesaur. decis. prædicta* 198. *num.* 8. nihil obstante contraria illa consideratione *Castrensis*, vt non congruat, de eadem venditione fieri duo contractus, & verba omnia concipi sub die rogitus, cui præter ipsum *Thesaurum* ibi *num. 6.* vers. *nec mouet ratio quam allegat Castrensis*, optimè respondent etiam *Dec. cons.*340. *num.*2. vers. *Quarto quia ratio Pauli de Castro, Mantica dicto lib. 1. tit. 10. num. 13. col. 2.* vers. *præterea illa sententia Pauli*, quamuis quo ad consuetudinem, & praxim, adhùc repugnet *Rimin ald. iun. dicto cons.*51. *num.*25. nisi particularis consuetudo fori in specie probatur.

Demum illæ aliæ adiectiones de faciendo instrumentum cum translatione dominij, de tradenda statim possessione, de facienda speciali promissione per S. E. videntur qualificare contractum, & eum reddere conditionalem, conditione suspensiua, quæ impedit perfectionem contractus, & facit, vt
68 interim periculum sit venditoris, *tex. in l. necessario* §. *quod si pendente, ff. de periculo, et commodo rei vendit. Gomez. dict. tom. 2. cap. 2. de emption. et vendit. nu. 32. in fin. Lassarte de decima vendit. cap. 3. et 5.*

Cùm sat sit, ex multis colligi partes non habuisse venditionem, seù adiudicationem pro perfecta, *Gratian. discep. for.*545. *num.*56. *Castrens. in d. l. contract. et in dict. cons.* 241. *lib.* 1. *Decian. dict. cons.*64. & alij passim.

Et non dicitur quid actum, quando aliquid superest agendum *l. Furiosum*, in verbo, *pro nihilo esse, vbi glo. & Bart. Cod. qui testam. fac. poss. Mangill. de subhast. qu.*80. *num.*12. *Rota dict. decis.*725. *num.*7. *in fin.* quia id dicitur perfectum, quod ex omnibus suis partibus constat, *l.* 1. vers. *sed quod in omnibus rebus ff. de origin. iur. Mangill. de subhast. quæst.* 80. *num.* 11. *Asin. de exequut.* §. 6. *cap.* 10. *nu.* 45. *in fin.*

69 Et actus in vltimo instanti, & vltimis verbis perficitur, & in vltimo instanti conclusionis, à quo vim capit, & vtraque pars remanet obligata, vt post *Bart. Salycet. Castrens. & Fulgos.* tradit *Rota d. decis.*725. *num.* 7. vers. *contractus enim consistit in vltimo puncto, Mangill. dicta qu.*80. *num.*13. Et sola conclusio dicitur esse contractus, & in contractu tunc dicitur conclusum, quando constat de perfectione respectu voluntatis conclusiuæ, quia esse nascitur ex perfectione, & esse constat in conclusione, vt formaliter discurrit *ex Baldo, Bertazol. de claus. claus.*30. *glo.*3. *num.*2. 3. 4. *& seqq. Asin. dict.* §. 6. *cap.*10. *num.* 32. *&* 33. *Rimin. iun. cons.*51. *num.*14.

Et actus non dicitur perfectus, quando est partim factus, & partim non, *l. 2. ff. de origin. iur. Rota dict. decis.*725. *nu.* 7. *in fin.* & dicitur contractus in fieri, non in facto esse, *Bald. in dict. cons.* 393. *in fin. lib.* 4. *Asin. dict.* §. 4. *cap.*89. *nu.*27. vers. *& sic denotantibus actum in fieri, & nu.* 28. & latiùs §. *6. cap.*10. *num.* 44. *&* 45. & dicitur venditio incæpta, non com-
70 pleta, *Lassarte dict. tract. de decima venditton. cap.*3. *num.*19. *col.*2. vers. *quin potius incæpta quædam venditio est*, & paulò infrà vers. *quod venditio incæpta, tunc perficitur.*

Nec refert, quòd illæ adiectiones fuerint positæ in vim conditionis suspensiuæ, aut resolutiuæ, aut in vim modi, cum omnia conueniant in fine, & effectu, nimirum in dissolutione contractus, ex traditis *in d. l. 2. ff. de in diē addict.* & licet sint postrema in exequutione, fuerunt tamen prima in intentione, quippè expressa noceant, quæ non expressa, non vitiant, & quæ naturalia erant contractus, potuerint concipi in vim conditionis contractus ex indiuidua mente partium.

Tametsi replicari fortassis possit, esse expressiones eorum, quæ tacitè inerant ex natura contractus, vel ex consuetudine,

dine, quæque etiam non expressa, ve-
71 niebant in exequutione, & proinde nihil operari, quo ad alterandam substantiam contractus, *ad tex. in l. 3. ff. de legat. 1.* cum multis apud *Surd.* qui apposite ad rem loquitur *in cons. 110. num. 4. 5. & 6.* vbi ostendit, has, etsi expressas in modum conditionis, non habere vim conditionis; nimirum celebrationem instrumenti cum clausula translationis dominij, & cessionis iurium, traditione possessionis, & similia; Et quo ad promissionem S. E. de non molestando etiam prætextu læsionis ænormissimæ, statim atque oblatio cum ea adiectione accepta fuit, inducta fuit obligatio Regiæ Cameræ pro eius obseruatione, præsertim cum S.E. circà conditiones, & clausulas oblationum se remiserit Delegatis, & idcircò omnia sua fecit, quibus suam auctoritatem fuit impartitus.

Deniq; remanerent excutiendæ tres aliæ propositiones.

Prima, an possit hùc intrare illa regula, quòd res eodem modo erat peritura penes emptorem.

Secunda, an possit considerari aliqua mora ex parte Emptoris, vel venditricis, quæ faciat morosum teneri de interitu.

Tertia, an Fisco obstare possit, quòd damnum, & occupatio successere in odium, & ex inimicitia cum venditore.

Sed quia de prima fortè agendum erit coram Magistratu Redd. Extraord. vbi nominatim excitata fuit.

73 Et quo ad secundam, dato quòd D. Emptor pluries sollicitauerit stipulationem instrumenti, & traditionem possessionis, quod etiam facilè præsumendum in Viro prouido, qui iàm tantùm pretium errogauerat, non tamen statim potest exinde conijci mora in Magistratu, qui cum constet ex pluribus Iudicibus, & vtatur opera plurium personarum, & nihil faciat in grauibus, nisi audito Fisco, vix est, vt tàm celeritèr possit res expediri, tametsi maximè voluisset, & sola illa prætensio, vt deberet remanere Referendarius Regius, cùm non omnia vectigalia væmirent, vel saltem vsq; ad finem biennij, cum nihil in contrarium isto casu conuentum fuerit, ex pulcrè traditis per *Rouit. cons. 81. lib. primo*, iustam tribuit causam litigandi, vel consulendi quamuis ab exemplis aliter postea resolutum fuerit.

72 Et quo ad tertiam, dicitur præiudicata ex Sententia Excelsi Secretioris Consilij in causa Restauri Guasconi, in qua hoc pro præcipuo fundamento adducebatur, cum alioqui Regia Maiestas ne dum Conductoribus Impresiarum omnibus, sed & Emptoribus à Camera, & quibusuis alijs teneretur ex allata ratione emendare Subditis omnia damna per Gallos illata in Statu Mediolani, velut in odium, & ex inimicitia Principis, quo nihil leuius, cum id contingat vi maiore, & ex casu merè fortuito, & absq; vlla pœnitus culpa Regiæ Maiestatis, vt pleniùs in dicta causa demonstratum.

Itaque omissa pro nunc longiori istorum discussione, sat fuit Fisco, supradicta in medium hinc inde attulisse pro aliquali enucleatione causæ, votum dicturus tempore expeditionis, cui præmonitus præsto erit. Sic tamen &c.

Res hæc iudicata non fuit, quia paulò post hostis recessit ab Oppido Casalis Maioris, in cuius liberam possessionem inductus fuit D. Emptor.

FINIS.

Menda, interpunctionem, & peccata etiam Grammaticæ, quæ Auctore ad grauiora negotia occupato, in hoc opus plurima irrepserunt, benignus Lector castiget: aliqua tamen indicamus, & corrigimus.

In Indice, & in toto Libro tollendi sunt accentus à particulis *etiam*, *nempe*, *cur*, *sine*, *seu*, *quia*, *ita*, *quando*, *neque*, *diu*, *ante*, *citra*, *inter*, *tamen*, *ergo*, *vltra*, *contra*, *bene*, *saltem*, *inter*, *propter*, *hodie*, *vnde*, & ab alijs, quæ legenti occurrent.

Ad eundem Indicem in litera C. col. 6. ad versiculum *Præstantioris*, post verbum *debet*, adde *infirmior*, & corrige *regi*.

Menda	Corrige.
fol. 4. num. 36. *Roman.*	*Roman.*
fol. 5. num. 10. fit	sit.
fol. 6. in *Summario* num. 6. *Exequatus*	*Exaquatus.*
fol. 8. ante num. 16. Æque	Æquè.
fol. 14. ante nu. 22. *Valera*	*Valerius.*
fol. 23. *vers.* Non enim, *ibi*, sex	quinque.
fol. 24. num. 13. amplius	amplus.
fol. 25. in *Summario Nepotes non dicantur*	*dicuntur.*
fol. 27. num. 25. *lia.* 2.	*lib.* 2.
fol. 29. post num. 4. vocet	vocer.
Ibidem num. 14. *tiquisque*	*vtiquisque.*
fol. 31. num. 59. *Noleum*	*Neleum.*
fol. 33. num. 103. ; etiam	tolle punctum & comam.
fol. 36. nu. 28. munificētias	munificentia.
Ibid. num. 29. *leterarum*	*literarum.*
fol. 38. n. 107. *Formarienses*	*Tomarienses.*
fol. 38. *tergo* in fine *vers. Secundum*, conueniunt	conueniant.
fol. 40. nu. 17. concessiones	concessione.
fol. 41. num. 36. timidam	timida.
Ibid. num. 39. dicatur	dicitur.
f. 51. *tergo* nu. 13. Domino	dominio.
fol. 55. num. 67. *fulli*	*fulti.*
Ibid. nu. 104. *Procuratores*	*Procuratoris.*
In eod. fol. 55. *tergo* doctrinæ, quæ citantur num. 1. & 2. sunt per errorem positæ.	
fol. 63. *tergo* ratio probat	ratione probat.
fol. 68. *tergo* nu. 53. *lutrum*	*lucrum.*
Ibid. num. 61. *aque*	*æquè.*
Ibid. num. 62. *restitutio*	*restituto.*
fol. 74. num. 53. *in fine* contradictorio	contradicto.
fol. 76. n. 16. *præstantiores*	*præstantioris.*
fol. 77. num. 14. locis.	iocis.
fol. 78. num. 7. veit	velit.
Ibid. num. 8. egrotiari	negotiari.
f. 80. in *Summario* n. 3. *pro*	*per.*
fol. 83. num. 16. cusso	cuso.
f. 89. in *Argumēto* aliquos	aliquo.
fol. 97. *tergo* num. 17. *nunquam*	*nonnunquam.*
fol. 98. *tergo* post num. 13. *vers.* Hinc fiebat *præpone* 14.	
Ibid. eod. num. scribebant	scriberent.
Ibidem dabant	darent.
fol. 103. n. 16. *Aphricanus*	*Aphricani.*
fol. 106. *tergo* col. 1. in fine *successionem*	*successione.*
fol. 120. *tergo* nu. 7. *exhoneratos*	*exhonoratos.*
fol. 124. *tergo* num. 23. pecuniarum	pecuniarium.
fol. 126. num. 47. dictat	dictet.
fol. 131. col. 1. nu. 45. ille	illa.
f. 146. *tergo* nu. 22. *remoui*	*remoueri.*
fol. 148. n. 20. æquiuocum	æquiuocus.
fol. 150. nu. 25. *exclusione*	*exclusionem.*
fol. 153. num. 3. cum matrem *dele* cum.	
fol. 156. *tergo* n. 57. non fit	non sit.
Ibid. num. 59. iudicare	iudicarem.
fol. 159. *tergo* n. 23. nostrū	meum.
Ibid. existinemum	existimem.
fol. 160. *vers.* Nec negationum.	negotium.
fol. 161. in *Summario* n. 4. *Contractus*	*Contractus.*
Ibid. num. 14. *mulitet*	*militet.*
fol. 163. in *Summario* nu. 25. *paritare*	*paritate.*
fol. 168. *tergo* nu. 16. *cupidine*	*Cupidine.*
fol. 194. *tergo* nu. 56. *conditionale*	*conditionalem.*
fol. 196. *tergo* nu. 21. additione	addictione.
fol. 203. nu. 72. pœnitus	penitus.